M. S. 2.º pergamino, bien tratado, con 300 f. utiles.

Tractatus de justificatione seu gratia justificante. auctore P. Iacobo Lopez, anno 1623.

Rotulata

De justificatione. P. Iacobo Lopez.

Tractatus; de

P[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] P. Jacobo

[illegible] Theologi[illegible]

[illegible] Theologiæ [illegible]

[illegible] et apud [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

S. J. [illegible]

Tractatus; de=

Forma iustificationis seu gratia iustificante.

Aucthore R. P. Iacobo Lo
pez Societatis Iesu Theologo, nunc-
publico, et primario Theologię scholas
ticę professore, et apud sanctę in=
quissitionis tribunal censore, in
collegio Hispalensi S.ti Hermeng.di

Anno Dni. 1643.



Tractatus de

Forma iustificationis seu gratia iustificante.

Authore R. P. Iacobo lo
pea Societatis Jesu Theologo, nunc
publico, et primario Theologiæ scholas-
ticæ professore, et apud sanctæ in-
quisitionis tribunal censore, in
collegio Hispalensi S.ti Hermenegildi.

Anno Dni. 1643.



Distributio operis.

Ut eum ipsum ordinem servemus, quem iam
quae in nostris tractatibus probavimus, prius distributio o-
peris praemittenda est, quam res ipsas discutiamus, ut
in fronte appareat non modo quid tractandum, verum etiam
ubi et quando tractandum sit. atque ideo 1a haec pagina
erit veluti fax, quae splendore suo adhuc totam
domus supellectilem intuentium oculis offerat ordina-
tam quidem, et distinctam. quod ut facilius consequamur
viginti duas quaestiones instituemus, in quarum 1a plures
haereticorum errores plusque ecclesiae dogmata illis ad-
versa referemus. in 2a nomen, et quidditatem formae
iustificantis investigabimus. in 3a an ~~sit~~ ~~potis~~ eius-
modi forma ~~pr~~ habeat natura sua vim iustificandi; in
4a an sit intrinseca et nobis inhaerens. in 5a an sit
habitus, vel actus. in 6a an sit habitus distinctus ab
habitibus virtutum infusarum, praesertim charitatis. in
7a an licet de facto iustificatio fiat per habitum, pos-
sit saltem divinitus fieri per actum perfectae contritio-
nis, aut caritatis supernaturalis in octava an licet de
facto nulla pura creatura substantialis sit sancta nisi
per gratiam accidentalem, aut realiter superadditam,
possit divina potentia fieri aliqua substantia realis
natura sua impeccabilis, et sancta. in 9a an gratia
santificans expellat physice peccatum; in 10a
an ut expellat egeat condonatione Dei extrinseca,
aut favore. in 11a an divinitus possit compo-
nî

ni in eodem subiecto gratia cum peccato. in 12.ª an sine gratia, aut alio dono intrinseco possit Deus emundare subiectum a peccato. in 13.ª an gratia sanctificans non solum emundet subiectum a peccato, sed etiam sit radix physica habituum supernaturalium. in 14.ª an constituta in subiecto reddat illud filium adoptivum Dei. in 15.ª an sit in omnibus equalis. in 16.ª an sit amissibilis, et unde oriatur, quod amittatur. in 17.ª an quod non amittatur, sed usque ad finem vitæ perseveret sit donum speciale gratiæ. in 18.ª an ut infundatur subiecto præexigat aliquam dispositionem, et qualiter. in 19.ª an requirat aliquam specialem aliquam dispositionem, et qualem. in 20.ª an dispositio ad gratiam possit per solas vires naturales comparari. in 21.ª an ultima dispositio ad gratiam procedat efficienter ab illa. in ultima an possit iustus certo cognoscere se esse in gratia.

Non ignoramus (verbis utor Sancti Hilarij lib. 4.º de trinitate prope initium) ad res divinas (qualis per participationem est gratia) explicandas neque hominum eloquutionem, neque naturæ humanæ comparationem posse sufficere; quod enim inenarrabile est, quid significantiæ alicuius finem, et modum non habet, et quod spirituale est, id a specie corporalium exemploque divisum est; tamen cum de naturis cœlestibus sermo est, illa ipsa, quæ sensumentium continentur, ut in communi, et naturæ, et sermonis eloquenda, non utique dignitati Dei (ego nunc dicerem gratiæ) sed ingenij nostri imbecillitati naria verbis scilicet uti bisque nostris ea quæ et sentimus, et

intelligimus loquuturi: Questio 1a. de Hereticorum erroribus, et eclesie dogmatibus circa presentem mam. Sectio 1a. Hereticorum errata circa nostre iustificationis formam.

Questio. 1a.

De hereticorum erroribus, et eclesie dogmatibus circa presentem mam.

Sectio 1a

Hereticorum errata circa nostre iustificationis formam.

Longissimum sane, et fastidiosum foret si oes eorum errores vellem recensere, quando Osiander in confutatione scripti quod ad versus ipsum ediderat Filipus Melanton viginti dissrepantes sententias apud sosos confessionistas enumerat de iustificatione, atque ideo insigniores solum numerabo, ad quos illud ad precipua capita alterius reflectuntur, ne ipso in limine fastidium nostris auditoribus generemus.

Primus error docet hoes non iustificari per formam aliquam illis intrinsece inherentem, neque in iustificatione eis infundit donum aliquod intrinsece mundans, et sanctificans. ita Calbinus lib. 3o institutionum cap. 11. § 23. ubi sic ait Vides non in nobis extra ee iustitiam nostram. et in antidoto concilij tridentini sessione 6a ad cap 8u, falsum ee contendo

tendo illam iustitiae partem in qualitate posita, (id est) habitu, qui in nobis residet. Consentiunt Osiander in sua confessione, et in reputatione Philippi Melantonij, Mathias Illiricus in Senturijs, Centuria 1a. lib. 2o. columna 238a, ~~Christianit~~ Saxonici, ~~hoc est Lutherani~~ rigidi, et electorales, hoc est Lutherani moles, videturque duxisse originem a Lutheri in commentarijs ad caput [illegible] ad Galatas [illegible]

2us dicit nos iustificari per iustitiam extrinsecam dei, aut christi nobis [illegible] imputatam. Ita Calvinus lib. 3o institutionum cap. 16o §. 1o. dum ait, quare ergo fide iustificamur? quia fide aprehendimus christi iustitiam, qua una deo reconciliamur. Et Mathias Illiricus §. precedente citatus, iustitia, inquit, quam deus impio imputat non sunt qualitates, aut virtutes nostrae, neque ipsa dei essentia, sed divina, et substantialis iustitia, sed totum opus quod christus homo, et deus in una persona mediator noster pro toto genere humano prestitit. at clarissime Lutherani Saxonici, et electorales (dixi iam illos appellari lutheranos rigidos hos moles) in colloquio Antegurglensi aiunt enim electorales in terminos nulla est dubitatio, quin sacra scriptura iustitiam christi, per quam nos coram deo iustificamur, et qua iusti sumus, passionem, et obedientiam christi clariss, et perspicuis verbis appellet. Saxonici vero, obedientia, et meritum christi est res ipsa, quae nobis imputatur, est iustitia ipsa quae nobis donatur, atque adscribitur. Hauserunt ex suo magistro Lutero, qui in cap. 2o ad Galatas post alia conclusit, ergo fide aprehensus, et inhabitans christus est iustitia christiana, per quam nos deus reputat iustos, et donat vitam eternam.

Huic errori partim accedebat Martinus

tiani. Gruserus in lib.° concordiae; Chemnitius apud Filettanum, Albertus Pighius in 2da controversia, et Canonici Colonienses in antididagmate cap. per quas causas iustificemur: qui licet admittant aliquam iustitiam nobis inhaerentem, nihilominus, dicunt, non per eam solum sed etiam constitui iustos formaliter per iustitiam christi imputatam, sine qua alia insufficiens est. Unde in libello Carolo quinto Imperatori exhibito a Lutheranis (quorum princeps erat Bucerus) Ratisbonae haec habentur in articulo 5to: etsi autem is, qui iustificatur iustitiam accipit, et habet per christum etiam inhaerentem; tamen anima fidelis huic non innititur, sed soli iustitiae christi nobis datae, sine qua nulla est, neque esse potest iustitia.

3us docet homines iustificari per fidem, ita Lutherus in 2o cap. epistolae ad Galatas, ait enim, ergo formalis nostra iustitia est sola fides. Calvinus lib.° 3° institutionum cap. 11° §. 19° ubi sic loquitur, dicimus hominem sola fide iustificari. et inferius, an non satis solide solae fidei tribuit omnia, qui operibus adimit &. et in antidoto concilii Tridentini sessione 6ta ad canonem 11um fides ergo sola est, quae iustificat, quibus addit Belarminus Philipum Melanctonem in confessione augustana articulo 4° eosque sequuntur perplures alii.

Est tamen opportune notandum non omnes eodem modo intelligere praedictum suum errorem; nam Lutherus vult fidem ipsam esse formam iustificandi, seu formalem nostram iustificationem, ut patet ex illius verbis proxime adductis (tametsi alias denotet christum per fidem inhabitantem esse nostram iustitiam) Calvinus vero non vult fidem ipsam esse formalem nostram iustitiam, sed instrumentum, quo iustitiam christi apprehendimus, et nostram facimus. Sic enim lo-

quitur

quitur lib.º 3º institutionum cap.e 11º § 2º, iustificabitur ille fide, qui christi iustitiam per fidem aprehendit, et cap.e 16º §. 1º. qua re ergo fide iustificamur? quia fide aprehendimus christi iustitiam, quod duobus exemplis solet ab hereticis explicari, nempe manus pauperis elemosinam accipientis (quo exemplo utitur Philipus Melanton in locis communibus titulo de bonis operibus, in dilasione argutorum, et Chemnitius in examine concilij tridentini sessione 6ª.) et olle continentis thesaurus, (quo utitur Calbinus lib.º 3º institutionum cap.e 11 § 6. cuius hec sunt, fides etiam si nullius per se dignitatis sit, vel pretij, iustificat nos christum adferendo sicut olla pecunijs referta hominem locupletat) manus enim pauperis illius egestatem elevat, et olla vitat, neutra tamen ratione sui pretij, sed ratione elemosine, quam illa arripit, et thesauri, quam ista retinet.

Sed et notandum ulterius triplicem distingui fidem ab hereticis cum Calbino, historicam, miraculorum et promissionum. Primam dicunt esse, qua credimus vera esse, que narrantur in scripturis. Secundam, qua credimus nihil esse, quod a deo fieri non posse. 3am qua credimus veras esse promissiones divinas de gratuita pecatorum remissione per merita cristi; et hanc subdividunt in generalem, et specialem, generalem dicunt, qua in universum id credimus specialem, qua unusquisque sibi aplicat, et specialiter credit sibi esse factam promissionem, et virtute illius fieri remissionem. hoc 3um genus dicunt esse fidem sanctificationis, seu per quam iustificamur, non vero altera. Vide Calbinum lib.º 3. institutionum cap. 2º. et Chemnicium 1a parte examinis concilij tridentini. an autem hec fides specialis consistat in assensu intellectus, qui

proprie

proprie e fides, an in actu [illegible], quid istius fiduciae [illegible] apud hereticos certum: alij enim credunt fiduciam non esse fidem iustificantem, sed ad illam consequi, alij vero credunt, [illegible]

[illegible] Aus considerat formam iustificantem esse iustitiam Christi [illegible] [illegible] esse equalem in omnibus, atque [illegible] constituunt inter Calvinum et Lutherum; imo [illegible] in sermone de nativitate Beatae Mariae ait [illegible] Beata Maria, cui impudentissime et [illegible] adherens [illegible] in defensione confessionis ministrorum Martinistarum ait: Summam esse blasphemiam negare [illegible] iustos mulierem peccatricem, et latronem, quibus Christus in evangelio peccata condonavit, quam ergo Joannes Baptista, et evangelista, quia utrique equaliter suam [illegible] iustitiam Christus imputavit. hi prior eum [illegible] Jovinianus [illegible] Hieronimus lib. 2 [illegible] Augustinus lib. de bono conjugali, et de Sancta virginitate, quos contra ipsum [illegible] quamquam [illegible] fundamento. Jovinianus enim [illegible] docet omnes beatos futuros esse in gloria equales, et consequenter esse in gratia equales, quia [illegible] omnia opera bona esse equalia, sicut et mala. Calvinus vero, et Lutherus non ideo, sed quia iustitia Christi, qua (ut per fidem apprehensa) iustificamur, eadem est in omnibus, equaliter quae per fidem applicatur. tametsi Chemnitius, et Bucerus [illegible] inequalitatem aliquam agnoscunt, non obstante, quod sentiunt eandem iustitiam Christi nobis imputari, per illam [illegible] sanctificari, eo quod fiducia, aut fides, qua applicatur predicta iustitia Christi.

ti nunc in libris Hispaniis ~~[illegible]~~

Quartus error docet hominem iustificari per legem, seu per opera, et doctrinam legis. Sic non nulli Iudei, ut notamus Tertullianus contra Iudeos in principio et Divus Augustinus epistola 95. et sermone 13. de verbis apostoli cap. 4. eiusdem quem errorem mendacem fecit in Tridentinum sessione 6.a de iustificatione cap. 1. et canone 1. ac Paulus in epistola ad Galatas cap. 2. et 3. Sectio 2.a alii errores circa iustificationem ab hereticis inventi.

Sectio 2.a

Alii errores circa iustificationem ab hereticis inventi.

Heretici ut errores erroribus cumulent, rursus 1.o docent iustitiam iustificantem semel habitam non posse amitti; meminit huius erroris Sanctus Augustinus lib.o de heresibus cap. 88. et illum tradidit Calvinus, qui lib.o 3. institutionum cap. 2. §. 11. sic loquitur: ergo ut solos electos semine incorruptibili Deus in perpetuum regenerat, ut nunquam depereat semen vitae eorum cordibus insitum, ita solide in illis obsignat adoptionis suae gratiam, ut stabilis ac rata sit, et §. 12. hoc interim tenendum est quantumvis exigua sit ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illis arrha est, ac sigillum suae adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri posse eius sculturam. et rursus cap. 21. §. 6. iam neque dubium est, cum orat Christus pro omnibus electis, quin illis illi

illa precatur, quod Petro, Ut nunquam deficiat fides illorum, dicimus extra periculum defectionis esse. 9

Eundem errorem tenuisse Luterum, testatur non solum Echius in catalogo errorum, sed Carolus Dehertesiber verbo gratia tertio 2a ubi ex Lutero hec verba refert: hec (baptismata) etiam volens non potest perdere salutem, et ante mille annos id tempus docuisse Iovinianum Monachum Romanum afirmat ipse Castro. ex parte que consentit predicto errori Manicheus (teste Hieronimo in epistola ad Tesifontem) dixit enim aliquos iustos (etiam loquitur de confirmatis in gratia ex privillegio speciali dei) ad eum perfectionis statum pervenire, in quo iam peccare non possunt, et consequenter nec gratiam amitti (que non amittitur nisi per peccatum) post quem idem sensere Begardi et Beneginii, ut refertur cap. ad nostrum de hereticis.

Qui docet iustitiam sanctificantem esse propriam predestinatorum, dicitur erat. ita Calvinus proxime relatas in pro....... ubi Castro, ut de illo refert Ubaldensis tomo 2 cap. 160 et videntur idem sentire Petrus Martir in commentarijs ad caput 8um epistole ad Romanos, et Chemnitius in examine concilij Tridentini. Licet enim hi contra Calvinum concedant fidem, et iustificationem amitti ad tempus posse, eum concedunt sentire tamen quod nequeant finire sine iustitia, qui semel sunt iustificati, atque adeo iustificationem esse propriam predestinatorum.

3us error docet olim iustum sive (etiam certitudine fidei) se esse iustum et sanctum. ita Luterani in articulo 10. 11. et 12. Calvinus in antidoto concilij Tridentini et Chemnitius ad caput 10um 13um et 14um

14um. versus que ad canonem 14um. 15um. et 16um, et lib.o 3. institutionis cap. 2. §. 16. 17. et sequentibus. Buc… …us in lib.o Concordiae articulo de iustificatione Chemniti… …us in examine concilii Tridentini pro dicta sessione 6.a Philippus Melanton in apologia confessionis articulo 4 et 26.o item que de locis titulo de fide, alii que per plures. in quem errorem lapsus etiam fuit Claudius Guilaudus belisiensis super caput Ultimum ad Titum conciliatione 2.a. Ut testatur Castro de haeresibus Verbo gratia.

4us docet non solum posse fide divina credere nos esse in gratia, sed ad id teneri, ut iustificemur, nec posse iustos esse, nisi id credamus. ita haeretici [illegible] proximiori [illegible]: cum enim doceant nos iustificari per fidem, hanc que esse unicum instrumentum, et manum, qua iustitiam apprehendimus, non possumus iustificari, nisi credendo nos iustos esse, aut iustificari; et ut iustificemur tenemur credere, alias non iustificabimur.

5us error docet in iustificatione peccata non tolli, sed tegi iustitia christi per fidem apprehensam, et quamvis Vere maneant, non imputari, ita Calvinus in antidoto concilii Tridentini sessione 6.a ubi hec scripsit: manet Vere peccatum in nobis, neque per baptismum extinguitur, sed quia deletur reatus, imputatione nullum est. et lib.o 3.o institutionum cap. 11. §. 2.o. iustificabitur ille fide, qui christi iustitiam per fidem apprehendit, qua Vestitus in conspectu dei, non Ut peccator, sed tanquam iustus apparet. et §. 12.o. ne posthac dubites, quomodo nos deus iustificet, cum audis Ut concitiare

liare nos sibi non imputando delicta: videlicet caput 15um 5ij. desimij. consentiunt David Pareus in tesibus de pecato his verbis: pecata in nobis non tolluntur, sed in iudicio dei, idest non imputantur, et ubi Tacaquem ad romanos ... lampani de astris, dicens: neque nos illius ... quan do iustitiam, delicti occultationem esse dicimus. et catequismus Palatinus questione 36a sic scribens: christus mediator sua innocentia, ac perfecta sanctitate mea pecata tegit, ne in con specta dei veniant. et questione 126 dimitte nobis debita nostra, idest omnia pecata nostra, que in nobis etiam nunc he rent, propter christi ... ne imputes. vide etiam Plo chium hereticum apud Costerianum lapres 64a. Tirandum, et alios, qui ... plane concedunt per iustificationem nos non reddi liberos a pecatis in nobis, sed apud deum, quia non tol luntur pecata in nobis, sed non imputantur coram deo, et perinde ... ac si non haberemus pecata, que passio iusti tie christi tegantur, et occultantur.

6us enim docet ad iustificatio nem nullam requiri dispositionem preter fidem: ita heretici omnes, qui docent omnia opera nostra esse pecata, damnabilia, viciata, et inquinata ... Calvinus libro 3. institutionum cap. 12 §. 4. ubi ait: omnia hominum opera, si sua dignita te censeantur, nihil nisi inquinamenta sunt et sordes. et cap. 14. §. 4. hemus ne unum a sanctis exire opus, quod si in se censeatur, non mereatur iustam oprobrij mer cedem. et §. 11o: duobus his fortiter insistendum, nullum umquam extitisse pij hominis opus, quod si severo dei iudicio examinaretur, non esset damnabile: ad hec si tale aliquod daretur (quod possibile homini non est) pecatis tamen, quibus labora re autorem ipsum certum est, viciatum, ac inquinatum, gratiam perdere,

...

Chemnitius, et plures alij heretici praesertim ex discipulis Calvini.

7us error docet ad iustificationem seu gratiam iustificantem comparandam, praecedere quidem dispositionem, non tamen requiri ad hanc dispositionem auxilium gratiae supernalis; sed posse nos per liberum arbitrium ad iustificationem disponi, et per vires naturales acquirere dispositionem naturalem ad gratiam iustificantem. ita Pelagius (natione Britanus) qui huic tanquam principi, et doctori adscribi solet hic error, non quia ipse illum invenerit (siquidem teste Hieronimo in proemio dialogi contra Pelagium, prius eundem docuerat Jovinianus) sed quia iam extinctum suscitavit, rationibus et auctoritatibus confirmavit, atque [illegible] edidit anno 405. ut vel Baronius ad praedictum annum n. 7. qua [illegible] infectus fuit Evagrius, et etiam Rufinus, si S. Hieronimo credimus, [illegible] refert Sanctus Augustinus, tum alibi, tum epistola 106. [illegible] autem [illegible] lib. 1o de gratia Dei cap. 3o. his verbis: dicit Pelagius quod ad obtinendam salutem natura hominis sibi sola sufficit.

Pelagio adhaesere ex parte Semipelagiani, sive reliquiae (ut dici solent) Pelagianorum. de quorum auctoritatibus infra suo loco dicemus; ubi etiam exponemus in quo conveniant, aut differant a pelagianis: non enim ab omnibus eodem pacto intelliguntur aut explicantur. Sectio 3a fidei dogmata circa formam nostrae iustificationis.

Sectio 3a.

Fidei dogmata circa formam nostrae iustificationis.

quemadmodum

Quemadmodum sectione 1a posui-
mus quae haeretici ex suo cerebro circa formam iustifica-
tionis tradiderunt ita hac referenda sunt quae fides
in contrarium credenda proposuit, eo ipso ordine reten-
to, ut singulis erroribus singula fidei decreta respon-
deant; sic enim facilius et clarius medicinam vulne-
ribus adhibebimus.

Atque inprimis adversus 1um
errorem ex relatis sectione 1a fide statutum est: homines
sanctificari, seu iustificari per formam intrinsece illis inhaeren-
tem, atque ideo in iustificatione illis infundi donum aliquod
intrinsece mundans et sanctificans. est expressa definitio Tri-
dentini sessione 6a de iustificatione cap. 7. ubi sic habet:
hanc dispositionem, seu praeparationem iustificatio ipsa con-
sequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et sanc-
tificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam suscep-
tionem gratiae etc. et inferius: unica formalis causa iustifi-
cationis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ius-
tos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu men-
tis nostrae, et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur,
et sumus, iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam.
ac rursus: per spiritum sanctum charitas Dei diffunditur
in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. et
canone 11o. adhuc expressius: Si quis, inquit, dixerit homines
iustificari, vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola peccato-
rum remissione exclusa gratia et charitate, quae in cordibus eorum
per spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhaereat, aut
etiam gratiam, qua iustificamur, esse favorem Dei, anathema sit.

Constat etiam haec veritas ex Sacra
Pagina ad Titum 3. salvos nos fecit per lavacrum regene-
rationis

rationis, et renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos, ut iustificati gratia ipsius etc. ad Romanos 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris (loquitur de charitate per quam Spiritus Sanctus datur, et permanet in nobis, et haec est gratia, seu iustitia sanctificans) 1a. Joannis 3. versu 1. videte qualem charitatem dedit nobis Pater: ut filij dei nominemur, et simus. et versu 9. omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius (id est gratia) in eo manet. Plura alia loca dabunt Becanus 2a parte tomo 1o tractatu 4o cap. 2o quaest. 2a Belarminus lib. 2o de iustificatione cap. 3. Stapleton, Montecinos, et alij. nec Patres hic refero, quia de industria eos reservo ad disputationes longiores infra discutiendas.

Ad versus 2um, statutum est nos non iustificari formaliter per iustitiam dei, aut Christi misericorditer imputatam. est expressa Tridentini definitio sessione 6a de iustificatione cap. 7o. ubi sic habet: unica formalis causa (iustificationis) est iustitia dei non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, et sumus. et canone 10o si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse anathema sit. rursusque canone 11o si quis dixerit homines iustificari, vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, aut etiam gratiam, qua iustificamur esse tantum favorem dei anathema sit. et pro eadem veritate sunt loca scripturae proxime adducta, nam quae probant iustificationem fieri per formam intrinsece inhaerentem, probant non esse iustitiam Christi extrinsece imputatam. vide Belarminum, Stapletonem, Becanum

ny; e! Montesinos Sitatos.

Ad Versus 3um statutum e hoes non iustificari per fidem (sive Vt fram, sive Vt instrumentum, et ma[illegible]num iustitiam christi apprehendentes) sic Tridentinus sessione 6a cap. 9. inter alia hec het: Sed neque illud asserendum e oportere eos, qui Vere iustificati sunt, absque Vlla oio dubitatione apud semetipsos statuere se ee iustificatos; neminemque a peccatis absolvi ac iustificari nisi eum, qui certo credat se absolutum, et iustificatum ee, atque hac sola fide absolutionem et iustificationem perfici. et cap. 11o: nemo sibi in sola fide blandiri debet putans [illegible] fide sola se heredem ee constitutum. et canone 9. Si quis dixerit sola fide impium iustificari. ita Vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gram consequendam cooperetur: anathema sit. ac denique canone 14: Si quis dixerit holem a peccatis absolvi, ac iustificari ex eo quod se absolvi, ac iustificari certo credat; aut neminem Vere ee iustificatum, nisi qui credat se ee iustificatum, et hac sola fide absolutionem, et iustificationem perfici anathema sit. et de fide sumpta pro fiducia idem decernitur cap. illo 9o. et canone 12. et 13o. —

Desumpta e hec Veritas ex sacra pagina nq 1a ad Corinthios 13 sic dicitur, Si habuero olem fidem, ita Vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ad Galatas 5 nos autem spiritu ex fide spem iustitie expectamus; nam in Christo Iesu neque circumsitio aliquid valet, neque preputium, sed fides, que per dilectionem operatur. Cum non opera[illegible] tur nisi per dilectionem, atque ideo sine illa non iustificat

fat] 1a Joannis 3, qui non diligit manet in morte [ergo quanvis credat, si tamen non diligat non iustificatur] Jacobi 2. Fides sine operibus mortua est, quod est non sufficere fidem.

Ad articulus 4um. Statuitur est, non omnes esse æqualiter iustos, neque iustitiam in omnibus esse æqualem. Sic Tridentinum sessione 6a cap. 10 Ubi inter alia hæc habet: per observantiam mandatorum Dei, et ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt atque magis iustificantur. quibus consonant quæ habet canone 24. Si quis dixerit iustitiam acceptam non conservari, atque augeri coram Deo etc. anathema sit. et concilium Florentinum in decreto de purgatorio ita loquens: animas, quæ nihil habent purgandum, mox recipi in cœlum et intueri clare ipsum Deum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. cum enim maior perfectio gloriæ, et perfectior modus cognoscendi Deum supponat maiorem et intensiorem gratiam, quæ pro maiori meritorum cumulo conceditur, satis clare colligitur ex verbis Florentini gratiæ, et iustitiæ sanctificantis inæqualitas.

Desumpsit Tridentinum hanc veritatem ex varijs locis sacræ scripturæ; videlicet ex psalmo 83. versu 8. ibunt de virtute in virtutem, 2a ad Corinthios 4. versu 16. licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Ecclesiastici 18 versu 22. ne verearis usque ad mortem iustificari. Apocalipsis ultimo versu 11. qui iustus est iustificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc. quibus adiungi potest illud proverbiorum 4. versu 18. iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem. et illud 2a ad Corinthios 9. versu 10.

et

et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae. necnon omnia ea loca in quibus charitas dicitur in uno maior, quam in alio, ut Joannis ultimo, et Lucae 7. passim secundum Scripturas, ut bene notat Belarminus, iustitia est charitas.

Ad versus secundum homines non iustificari per legem, aut doctrinam legis. ita Tridentinum Sessione 6a cap. 1°. Usque adeo servi erant peccati, et sub potestate diaboli, ac mortis, ut non modo gentiles per vim naturae, sed ne iudaei quidem per ipsam literam legis Moisis inde liberari, aut surgere possent. et canone 1°. siquis dixerit hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse iustificari coram Deo anathema sit. pro eodem facit caput 7um. ubi statuit unicam formalem causam nostrae iustificationis esse iustitiam Dei; non qua ipse iustus est sed qua nos iustos facit iustitiam in nobis recipientes.

Jux fuerat Paulus ad Galatas 2°. versu 16. expressissimis verbis idem docens: Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus legis. et post pauca: nos in Christo Jesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis; propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. et cap. 3. versu 10°. quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, et versu 11°. quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit, lex autem non est ex fide. sectio 4a. caetera dogmata de iustificatione ad [illegible].

Sectio

Sectio 4.ª

Contra dogmata de iustificatione.

Adversus errores sectarii 2.m specialia dogmata fides nostra decrevit, nam adversarium docet: iustitiam qua sanctificamur, et iusti sumus, non esse inamisibilem, sed amitti et deleri posse per peccatum. sic Tridentinum sessione 6.ª cap. 14. qui vero, inquit, ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, ~~et tum~~ excitante Deo per penitentiæ sacramentum merito christi amissam gratiam recuperare procuraverint. ac mox, quam 2.am post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti P.P.es apte nuncuparunt. et cap. 15. asserendum est non modo infidelitate per quam, et ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio peccato mortali, quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti. et postea numerans singula species peccatorum, dicit per illas nos a gratia christi separari. et canone 23. si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere etc. anathema sit. tandemque canone 29. si quis dixerit eum, qui post baptismum lapsus est etc. idem supponit canone 27. vide concilium Milevitanum in suis decretis cap. 6. et 8.

Habetur eadem veritas in sacra pagina Ezequielis 18. verbo 24. si avertit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem, etc. omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur in prævaricatione qua prævaricatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis

morietur

morietur. Joannis 15. versu 2°. omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. et versu 6°. Siquis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. ad Galatas 5. versu 4. evacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, et a gratia excidistis. Ita ad Corinthios 9. versu 27. Sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo: ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar, certe non esset opus castigatione, ne reprobus fieret si certum foret non posse excidere a iustitia accepta; et rursus capite 10°, qui se existimat stare, videat ne cadat. Apocalipsis 3. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. adde primos parentes nostros in gratia fuisse creatos, et per peccatum ab illa excidisse iuxta eaque docet Tridentinum sessione 5a capite 1°. angeli mali in gratia creati sunt, et ab illa per peccatum deturbati, facti demones ex angelis; ut colligitur ex capite 28 Ezequielis, et ex capite 14. Isaie. et ut alios omittam David, Salomon et Sanctus Petrus iusti fuerunt, qui tamen a gratia deiecti sunt, primus per adulterium; 2us per idololatriam; 3us per Christi negationem.

Adversus 2um. docet iustitiam sanctificantem non esse propriam predestinatorum, sed esse etiam non predestinatis, atque ideo non eos solum, qui predestinantur habuisse iustitiam, sed et multoties eos, qui reprobantur. ita Concilium Tridentinum sessione 6. de iustificatione canone 17 sic definiens: Siquis iustificationis

ficationis gratiam, non nisi praedestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote praedestinatos ad malum anathema sit. idemque docuerat Concilii Arausicani 2i cap. 26. et videtur damnatum fuisse in concilio Constansiensi sessione 6.

Eandem veritatem convincunt varia loca scripturae, ex quibus constat nonnullos esse reprobos, qui prius fuerant in gratia, ut facile colliges, ex Ezequiele cap. 28 a n. 14 usque ad 19um inclusive. ex Isaiae 14. a versu 12 usque ad 20um inclusive, et ex Lucae 10. versu 18. dabitque plura exempla singularia Pater Suarez de gratia lib. 11o cap. 2. a n. 8.

Ad versus 3um docet iustum non posse, absque speciali dei revelatione, certo scire praecertim certitudine fidei se esse in gratia; sed quemlibet de sua gratia formidare, ac timere debere. ita Tridentinum sessione 6. cap. 9. ubi post alia ait: Sicut nemo pius de dei misericordia de christi merito, deque Sacramentorum ~~[illegible]~~ virtute, et efficacia dubitare debet, sic quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, et indispositionem respicit, de sua gratia formidare, et timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam dei esse consequutum.

Accedunt sacrae scripturae testimonia Ecclesiastes 9. versu 1. et 2. nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum

servantur

observentur incerta, eo quod universa aeque eveniant iusto, et impio, bono, et malo. Ecclesiastici 5. versu 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. 1a Corinthiorum 4 versu 4. nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. vide psalmum 18. versu 13.

Ad versum quem docet non teneri credere nos iustos esse, neque ut iustificemur, id esse necessarium, ita Tridentinum Sessione 6a cap. 9. his verbis: Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud se metipsos statuere, se esse iustificatos, neminemque a peccatis absolvi, ac iustificari: nisi eum qui certo credat, se absolutum, et iustificatum esse. et canone 13. Siquis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necesse esse, ut credat certo, et absque ulla dubitatione propriae infirmitatis, et indispositionis, peccata sibi esse remissa; anathema sit. Rursusque canone 14. Siquis dixerit etiam neminem vere esse iustificatum, nisi qui credit vere esse iustificatum, et hac sola fide iustificationem, et absolutionem perfici; anathema sit. Praecipue etiam constat haec veritas ex Sacra Scriptura quae docet nos non posse certo (certitudine fidei) credere nos esse iustos, et in gratia; si enim non possumus id certo credere, non tenemur, cum non obligemur ad impossibile.

Ad versum quem docet in iustificatione peccata non tegi, sed vere et absolute tolli, ita Tridentinum Sessione 5a cap. 1 ubi inter alia ad propositum



ly satis aptè hæc hēt: qua iustitia a Deo donati renovamur spiritu mentis nostræ, et non modo reputamur, sed verè iusti nominamur et sumus, iustitiam in nobis recipientes. et cap. 14. quæ pœna, l. sacramento. l. sacramenti voto una cum culpa remittitur. idque constat ex concilio Arausicano, Milevitano, et Diospolitano.

Nec pauca extant scripturæ testimonia, nam 1.° psalmo 50.° n.° 9. dicitur, lavabis me, et super nivem dealbabor. deinde psalmo 102.° n. 12.° longe fecit a nobis iniquitates nostras. 3.° Michæ 7. versu 18. qui aufers iniquitatem, et transeis peccatum. 4. Ezequielis 36. versu 25. effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. ad Romanos 8. versu 1.° nihil damnationis eis, qui sunt in Christo Jesu. et cap. 6. versu 6. vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati. Lucæ 5. versu 20. remittuntur tibi peccata tua. Joannis 1.° versu 29. ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. actorum 3. versu 19. convertimini, ut deleantur etc. Michæ 7. versu 19. projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Isaiæ 1.° versu 18. et cap. 43 n.° 25. et 1.a ad Corinthios 6. versu 11.°

Adversarius 6.us docet ad iustificationem requiri aliam dispositionem præter fidem, ita Tridentinum sessione sexta cap. 6 disponuntur autem ad ipsam iustitiam dum excitante divina gratia et adiuti fidem ex auditu concipientes liberè moventur in Deum etc. et dum peccatores se esse intelligentes a divinæ iustitiæ timore, quo utiliter congruntur

ad considerandam Dei misericordiam se convertunt vi-
tendo in spe, erriguntur etta. illum quae tanquam
iustitiae fontem diligere incipiunt, ac proptera movetur
tur adversus pecata per odium etta. et canone nono. Si
quis dixerit sola fide impium iustificari, ita ut in-
telligat, nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiae
consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse es-
se eum suae voluntatis motu praeparari, atque disponi ana-
thema sit; idem constat ex Florentino in decreto
Eugenij pro instructione Armenorum.

Innumera sunt S.
scripturae testimonia pro eadem veritate veritatis can-
sa capita attingam omittendo verba. primo sunt il-
la in quibus requiritur dilectio dei super omnia, ut
Ioannis tertio versu trigessimo sexto. Ecclesiastici
secundo numero decimo. Lucae septimo versu qua-
dragessimo septimo, prima ad corinthios decimo
tertio. vide etiam caput maiores de baptismo. se
cundo sunt illa in quibus requiritur odium, seu de
testatio de pecatis. ut Mathei tertio versu se
cundo. Lucae decimo tertio versu quinto actorum
secundo versu trigessimo octavo, Apocalipsis secundo
cundo versu quinto. Tertio sunt illa in quibus
requiritur timor, spes, et propositum novae vitae, de
quibus vide Belarminum libro primo de iusti
ficatione capite decimo tertio pectore.

Ad versus
septimum docet ad dispositionem requisitam ad iustificationem
necessarium esse auxilium gratiae, nec vires naturales arbitrij suffi-
cere, ita Tridentinum sessione 6. cap. 5. ubi inquit, declarat

Diat postea ipsius iustificationis exordium a Dei per Christum Iesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiae libere assentiendo, et cooperando disponantur etc. Neque tamen sine gratia Dei movere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit homo). et capite sexto disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia, et adiuti etc. Et canone tertio, Si quis dixerit sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, et diligere, aut poenitere (quae sunt dispositiones ad iustificationem) posse sicut oportet, ut eius iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Videlicet Arausicanum secundum canone octavo, et vigessimo quinto, et Milevitanum capite quarto, et Ephesinum.

§. Urgent eandem veritatem Scripturae testimonia prima ad Corinthios decimo secundo. Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Secunda ad Chorinthios tertio. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Ad Philipenses primo, quia qui caepit in vobis opus bonum etc. Proverbiorum octavo, praeparatur voluntas a domino. Ioannis decimo quinto, sine me nihil potestis facere, et omittam alia plura. quaestio 2a de nomine, et quidditate formae iustificantis. Sectio prima. Multiplex acceptio iustificationis praemittitur, et forma de qua sermo est declaratur.

quaestio 2a

Quæstio. 2a.

De nomine, et quidditate formæ iustificantis.

Sectio. 1a.

Multiplex acceptio iustificationis præmittitur, et forma de qua futurus est sermo declaratur.

Quadruplicem habet significationem in sacra scriptura nomen iustificatio, nam 1o usurpari solet pro ipsa lege, quæ iustitiam docet, iuxta illud psalmi 118 versu 5o. utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas, et versu 8o. iustificationes tuas custodiam, et versu 12o. doce me iustificationes tuas, et versu 16o. in iustificationibus tuis meditabor, et psalmo 18o. versu 9. iustitiæ domini rectæ, id est leges domini rectæ.

2o usurpari solet pro eo quod est iustum facere iuxta ea, quæ habet Paulus ad Romanos 4o versu 5o. credenti in eum, qui iustificat impium, et cap. 8o versu 30. et quos vocavit, hos et iustificavit, et 1o ad Chorinthios 6o. versu 11o. sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. unde Sanctus Augustinus in psalmum 30 concione 1a declarans illud, quid est qui iustificat impium? inquit, qui facit ex impio iustum

item

illum ove epistola 12° cap. 1°. qui iustificat impium, id est, qui ex impio facit pium.

3° usurpari solet pro aumento iustitiae, et tum pro eo quod est crescere in sanctitate, et iustitia iuxta illud Apocalipsis 22°. versu 11°. qui iustus est iustificetur amplius, et ecclesiastici 18° versu 22°. ne verearis usque ad mortem iustificari, quoniam merces domini manet in aeternum, quibus addit Belarminus illud epistolae Jacobi cap. 2° videlicet quod ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum.

4° prolixius quod est, iustum pronunciare seu declarare iuxta illud Isaiae 5° versu 23. qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti aufertis ab eo. et illud proverbiorum 17° versu 15. qui iustificat impium, et qui condemnat iustum uterque abominabilis est apud deum, et illud Lucae 10°. versu 29° ille autem volens iustificare seipsum dixit ad Jesum, et cap. 7° versu 30 dixerat, et iustificata est sapientia ab omnibus filiis ~~Israel~~, ~~et~~ suis, et rursus, omnis populus audiens, et publicani iustificaverunt deum.

Quae autem acceptio sit propria huius controversiae non convenit inter Calvinistas, et luteranos ex una parte et catolicos ex alia, nam Calvinistae solam postremam volunt esse, quoniam iustificare est verbum forense, et valet idem quod in iudicio absolvere, atque ideo Paulus verbum iustificare opponit verbo condemnare, ut patet ex epistola ad Romanos 5° versu 16°, iudicium quidem in uno ad condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. et rursus cap. 8° versu 34°. deus qui iustificat quis est, qui condemnet.

Chatolici

Chatolici vero contendunt duntaxat esse
Q.am, et 3.am, quoniam licet aliquando in sacris litteris, ut
ex proxime dictis constat in eo sensu accipiatur nomen iusti
ficare non semper, ut etiam ex dictis perspicuum est. illud
que discrimen intercedit inter hoies, et deum, quod hic quando
impium declarat iustum iustum illum reddit aut facit,
quoniam illius iudicium eficax est, et semper secundum ve
ritatem, unde nequit iudicare aut declarare res nisi ut
sunt in se; illi vero non ita, atque ideo falso iudicare
possunt declarando iustum, quem inveniunt iniustum, et
talem relinquunt. Per quae patet dandam esse aliquam formam
in peccatore, aut in eo quem deus iustum esse pronuntiat, qua
constituatur in se iustus, et talis qualem deus illum de
clarat.

Igitur controversia futura est in sequen
tibus de forma, qua homo aut angelus constituitur in se iustus,
et deo gratus coniter que obiectum proportionatum divinae di
lectionis, et benevolentiae. at cum multa sint, quae de hu
iusmodi forma controverti possent in ista hac questione.
duo tantummodo investigabimus quidditatis videlicet, et
nomina. Sectio 2a plura nomina formae iustificantis, et ap
tionis electio.

Sectio. 2a.

Plura nomina formae iustificantis, et app[illegible]itio=nis selectio.

Cum ad notitiam rei plurimum con
ducat aptitudo nominis plura hic recensenda sunt, ut ex
illis aptius seligamus. et in primis dici solet lux

animae

animæ quia peccati tenebras ab ea expellit, ut ad Ephesios 5° numero 8°. eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. et eodem modo appellavit illam Sanctus Thomas 3° contra gentes cap.° 150, et Sanctus Chrysostomus homilia de baptisandis, ut omittam alios patres.

2° dici solet signaculum, seu sigillum dei, quia ea cordi imprimitur divina imago, et similitudo. unde dixit Paulus 2ª ad Corinthios 2° numero 21. signavit nos etc. et ad Ephesios 1° numero 13 in quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis, et pro eodem adduci a nonnullis illud Exequielis 28 numero 12°. tu signaculum similitudinis dei, in eodem sensu appellari solet speculum, similitudo, effigies, character et imago.

3° dici solet semen dei, scilicet quia ea seminata in agro nostræ animæ producit fructus vitæ æternæ, scilicet coelestes, quia per illam regeneramur ad imaginem, et similitudinem dei, efficimur que illius filii dilectissimi, sic apostolus Petrus epistola 1ª cap.° 1° numero 23. renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum dei vivi. et Joannes epistola 1ª cap.° 3° numero 9°. omnis, qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.

§ 4°. dici solet puritas, et munditia cordis, quia per illam corda mundantur, et ab omni mortalium sorde, et rubigine purificantur, redduntur que munda nitida, et hac visibili luce splendidiora. quam puritatem, et munditiam expostulabat David cum aiebat, amplius lava me, ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me, et promittebat dominus Isaiæ 1° numero 18°.

Si

Si fuerint pecata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut ~~ut~~ lana alba erunt.

5.° dici solet innocentia, quia facit in eis noxas evanescere, et purgando ab omni mortali crimine reddit innocentes, quos nocentes, et criminosos reperit non enim admittit secum consortium alicuius pecati mortalis; et quia in hoc assimilatur naturae divinae, quae est prima, et supra innocentia, illamque imitatur dici solet participatio divinae naturae, tametsi propter alia etiam officia, ~~hoc~~ nomen ex multorum sententia mereatur.

6.° dici solet sanctitas, et gratia sanctificans eo quod per illam santificemur, sancti ac deo grati reddamur, quod ~~neque~~ neque gratiae gratis datae actualis, seu auxiliatricis praestent, et quia sanctificando simul dat ius ad hereditatem, et constituit filios adoptivos apellari etiam solet gratia adoptionis, ut videre est apud sanctum Ambrosium lib.° 1.° de spiritu sancto cap. 6.°, et pignus hereditatis, ut habet Paulus ad Efesios 1.° versu 13.° signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae.

Denique 7.° dici solet iustitia sanctificans, quo nomine usus est Paulus 2.ª ad Corinthios 6.° cum dixit, quae enim participatio iustitiae ad iniquitatem? et tridentinum sessione 6.ª capitulis 6.° et 7.° ac merito quidem, quia nos iustos constituit rectos facit, reddit adequatos, et commensos regulae totius honestatis: ut enim nunc, cum supponitur esse regula, sancti ac iustificati simus opus est adequemur cum deo tanquam cum sua regula honesti.

exhis

Ex his nominibus duo postrema praestant caeteris, et aptiora sunt: melius enim exprimunt naturam formae iustificantis, seu sanctificantis; nam caetera explicant rem, aut per metaphoram, aut per similitudinem; haec autem per proprietatem. Unde Theologi his frequentius utuntur, tametsi nobis magis in usum venient nomen Sanctitas, et nomen gratia sanctificans, propter ea quae inferius atingemus. Sectio 3a. gratiam sanctificantem esse participationem divinae naturae, qui et qualiter docuerint?

Sectio 3a.

Gratiam sanctificantem esse participationem divinae naturae, qui et qualiter docuerint?

A nomine gradum facimus ad rem, quam nonnulli volentes explicare definiunt gratiam sanctificantem per hoc, quod sit participatio formalis divinae naturae (quominus alii qui cum Vincentio in relectione de gratia christi, et Curiel §. 18o loci statim referendi addunt debere hanc participationem divinae naturae esse formalem, imo, et divinae naturae secundum ultimam differentiam, seu secundum supremum gradum intellectivi) ita Pater Suarez lib. 6. de gratia cap. 12o numero 5. et lib. 7o cap. 1o. numero 30, et 31o. Pater Granado 1a 2ae controversia 3a de gratia tractatu 7o disp. 4a numero 3o. et disp. 8a sectione 5a. §. 4o. numero 20, et 21. Curiel 1a 2ae quaestione 110a articulo 3o. dubio 1. §. 20. et controversia 3a in locum 2ae Petri. 1o. maxima et pretiosa nobis etc. Pater Torres opusculo 3o de gratia disp. 1a dubio 4o a numero 1o. quibus, et aliis pluribus a me

a me, consulto*, pretermissis patrocinatur divus Thomas 3a parte questione 2a articulo 10 ad 1um et questione 3a articulo 4o ad 3um, et formalius, ac expressius questione 62a articulo 1o corpore.

Ceterum non omnes qui dicunt gratiam esse participationem divinae naturae omnino conveniunt in genere participationis nam alij dicunt esse participationem formalem, quam explicant per quandam convenientiam (saltem analogam) et similitudinem praedicati participantis cum participato alij esse participationem virtualem, seu eminentialem, quam explicant per quandam proportionem praedicati inferioris, et creati participantis superiori divino, et eminentiori participato. inter quae genera participationis adhuc reperiunt duo alia. nam quidam volunt per participationem (sive formalem, sive eminentialem) divinae naturae, quam in gratia agnoscunt, esse phisicam, hoc est per phisicam convenientiam, aut proportionem acceptam, alij volunt esse moralem, hoc est per moralem similitudinem et secundum estimationem prudentum.

Verum cum plura praedicata sint in divina natura, quorum gratia credi possit participatio, ut hi auctores explicent in quo sita sit specialiter diversas opiniones ingressi sunt. nam 1o B. in sentiis loco supra allegato a pagina 14a docet gratiam esse participationem divinae naturae, ut dicit esse ens per essentiam, independens, imparticipatum, et habens omnem plenitudinem essendi.

2o. Pater Suarez lib.o 7o de gratia ubi supra, docet gratiam esse participationem divinae naturae secundum quod est intellectualitas quaedam altioris ordinis, quam sit, vel esse possit ulla substantia intellectualis creata. et postea hanc intellectualitatem numero 35o plus evol-

vens

vens, ac magis explicans dicit consistere in hoc quod sit principium radicale omnium virtutum, et actuum illarum, quod proprie ad naturam spectat ut natura est. eandem explicationem tradit Curiel 1a 2æ quæst. 110 articulo 3o dubio 1o.

3. Pr. Granado numero 25o docet gratiam esse participationem divinæ naturæ, secundum quod est principium radicale intelligendi, et amandi supernaliter nam sicut in naturalibus intellectus, et voluntas oriuntur ab essentia hominis, et angeli, ut mediis illis intelligant, et ament naturaliter, et ita immo sic a gratia emanant habitus qui intellectum evehunt ad supernales intellectiones, et volitionem, seu amorem.

4o Dicit Torres numero 6o supra nominatis locis docet gratiam esse participationem divinæ naturæ secundum quod talis est, ut ratione sui illi debeatur beatitudo, sicut enim Deo ex eo quod habeat talem naturam debita est beatitudo, ita gratia habitualis talis est naturæ, ut ratione illius sit debita beatitudo habenti gratiam. nam in sententia huius autoris non opus est speciali favore extrinseco ultra entitatem gratiæ, sed id ipsa præstat per se, et ratione sui.

Obiicit 2° Sanctum Chrysostomum homilia 12ª in Matheum ubi dicit: iustitia nihil aliud est, quam omnium mandatorum plena custodia, etc. Certe hæc authoritas parum urget, probat enim, si quid probat, hominem esse iustum, et sanctum formaliter per observantiam, et custodiam omnium mandatorum, quod in se falsum est, et nullo pacto ad nihil obiiciens, cum neget hominem constitui iustum per actus et nemo dicat requiri [illegible] tum, et non quemcumque, sed talem in speciali, ideo dicendum est, Sanctum Chrysostomum non

loqui

loqui de iustitia sanctificanti, sed de legali, quae consistit in observantia legis. 2. si loquitur de sanctificante, illam explicat a posteriori per signum, quia plena custodia mandatorum signum est iustitiae interioris habitualis sanctificantis.

Obijcit 3°. ex proprietate rationis iustus est adaequatus, et commensus regulae, cui commensurari debet: ergo iustitia est adaequatio, et commensio cum regula. unde cum deus ipse sit suprema regula, cui homo commensurari debet in ratione moralis formalissime consistet iustitia in adaequatione, et commensione cum deo tanquam cum sua regula. pro quo faciunt quae addit Lessius Sicut enim, inquit, conceptus divinae mentis, seu idea est mensura perfectionis naturalis, seu bonitatis in rebus omnibus, ita lex aeterna est mensura perfectionis moralis, et sanctitatis supernaturalis in omnibus operibus bonis; quis enim perfectus est, et sanctus, cuius affectus, et mores exacte congruunt legi aeternae.

Respondetur nomen iustus dupliciter posse accipi 1° prout signat praecise idem quod sanctus; et hac ratione esse iustum non est formaliter esse commensum, et absolute adaequatum cum sua regula, nec iustitia est adaequatio cum eadem. 2° prout signat non praecise sanctum, sed relative sanctum, et hac ratione est idem ac esse commensum regulae. unde quia hoc nomen explicat sanctitatem per relationem, frequentius utor nomine sanctitatis, et gratiae sanctificantis, quod absolute et non relative ad regulam explicat sanctitatem, et hinc oritur, quod forma sanctificans homini interne inhaerens per se ostenderet in illo quantum est ex conceptu sanctitatis.

1a.

ta regula absente, aut deficiente, hō posset dici abso-
lute et formaliter sanctus, licet non absolute, et formali-
ter iustus sumpto nōe iustus relative ad regulam.
Ad illud quod ex Lesio adde-
batur Respondemus potius pro nobis ee, nam eo ipso quod
Deus aeterna sit mensura sanctitatis non constituit illam, sicut
mensura non constituat rem mensuratam, illam autem con-
stitueret si sanctitas esset adequatio, et commensuratio,
quia ex hac coalescit ex utroque extremo, ut in lo-
gica dicebamus.
Obijcit 4° forma sanctificans est per-
fectio non in genere phisico phisice, sed in genere mo-
rali, et ideo illius solum est capax creatura intel-
lectualis, et moralis: ergo debet consistere in adequatione cum
regula morali cui commensurari debet. atqui nulla regula
est, cui commensurari debeat, nisi Deus: ergo eatenus
hō est sanctus, quatenus est commensuratus Deo tanquam
supremae regulae. Respondetur negando ans. est enim perfectio
phisica, et in genere phisico (phisice enim hō est iustus,
et per phisicam perfectionem sanctus) quamvis etiam
dicatur perfectio in genere moris, tum quia deservit ad
~~signanda~~ dignificanda opera meritoria, tum ad confe-
rendum ius ad gloriam (saltem supposita pacto) tum
ad fundandam extimationem moralem subiecti in quo est
et alias extimationes omittamus, quae in docendo meo ex-
geruntur. quare negamus consequentiam.
Obijcit 5° quod hō dicitur absolu-
te, et simpliciter iniustus ea iniustitia, quae est pecca-
tum consistit in eo quod sit inadequatus cum Deo tan-
quam cum suprema regula honesti; et id per quod dicitur

stituitur inadequatus ~~divino~~, et difformis huic regulae est simpliciter iniustitia, quae est formaliter peccatum: ergo a contrario: quod non sit absolute, et simpliciter iustus apud Deum est quod sit absolute, et simpliciter adaequatus tali regulae: et consequenter adaequatio ipsa erit simpliciter iustitia sanctificans.

Respondetur distinguendo consequens: ergo quod non sit absolute iustus relative ad regulam, est absolute quod sit illi adaequatus concedo consequentiam, quod sit non relative, sed in se absolute iustus, potest ~~iustus~~ enim iustus aequivalet nostri sanctus nego consequentiam; quia ut ostensum est non pendet a regula conceptus sancti, aut formae sanctificantis, (ea ratione qua supra dixi) quamvis posita regula oriatur, seu resultet conformitas, et adaequatio in iusto quae denominationes conformis, et adaequati.

Dices esse peccatorem esse difformem, et inadaequatum regulae, sed esse iustum, et sanctum est oppositum esse huius, quod est esse peccatorem: ergo esse iustum, et sanctum est esse conformem, et adaequatum regulae (atque ideo sanctitas erit conformitas, et adaequatio cum eadem regula) patet consequentia, quia difformi non opponitur nisi conforme. Respondetur negando consequentiam. Si loquatur de formaliter, et non solum radicaliter conformi ad probationem negamus difformi solum opponi formaliter conforme, etiam opponitur radicaliter conforme, ut dicemus infra. radix enim conformitatis formalis cum regula habet incompatibilitatem cum formali difformitate, seu actuali inadaequatione, quam peccatum mortale habet cum regula, quem admodum mut-

ti dicunt non solum calorem fralem heri oppositionem pla incompatibilitatem nalem cum frigiditate, sed etiam ignem qui e radix illius caloris; et dici potest ro tor radicalis. item quemadmodum siltitudini in albe dine non solum opponitur disiltitudo sed etiam nigre do. Sectio 12a arguta cetera dissolvuntur.

Sectio 12a.

Argumenta cetera disolvuntur.

Pergit adhuc Recentior, et formando prose, et contra nos nova arguta, atque ideo obijcit Deus s: id e propriè iustitia sanctificans in creatura, quod participat proportionaliter illum conceptum, quo constitu tur Deus fraliter, et propriè sanctus, sed id participat proportionaliter conceptum istum sanctitatis Dei, quod en sua rone frali e detratio creaturae intellectualis ad amorem ho nesti iuxta sam regulam honestatis Deum. ergo e vere et propriè iustitia sanctificans. minor pr, quia Deus ex eo e fraliter sanctus, quod sit detratus ad amorem sui super oia, et reliquorum oium, quae iuxta suum divinum dictamen amare debet, et nihil aliud e in quo sancti tas divina consistat: sed id quod est detratio crea turae intellectualis ad amorem honesti iuxta sam re gulam honestatis, sua iuxta divinum dictamen participat proportionaliter conceptum illum sanctitatis Dei: ergo.

Resp. 1o distinguendo maiorem, quod participat proportionaliter ut cunque nego maio rem: quod participat proportionaliter, quantum opus e, et participare potest concedo maiorem: distinguo etiam minorem

minorem, id participat proportionaliter, quantum ~~e cale~~ opus é, et participari potest, quod ex sua rone frali é expre cisse detratio ad amorem honesti: etta nego minorem, quod é detratio, et simul excludit o[mn]e inhonestum grave concedo minorem, et nego colntiam, non precisse é sanctitas, ut diximus infra, quia participat sanctitatem divinam secundum conceptum detrationis ad amorem honesti, nisi etiã participet alterum qui etiam includitur in sanctitate divina.

Resp. 2° concedendo maiorem, et distinguendo minorem, sed id participat proportionaliter etta, quod é detratio ad amorem honesti iuxta sam regulam honestatis si sit concedo minorem, ita ut exigat quod sit nego minorem, et similiter distinguendum é consequens, ac proportionaliter concedendum, aut negandum. hinc tamen non pr. quod sanctitas, et fra sanctificans consistat in adequatione et honestate cum sa regula honesti, sed in fra de se detrante ad illam adequationem casu quo existat, et detur regula, et proportionaliter participante divinam sanctitatem secundũ gratum sibi detrationis.

Objicit 2° predicta adequatio, et conformitas cum sa regula honestatis dlo het oes effectus iustitie sanctificantis: ergo in predicta adequatione consistit fralis sanctitas, et iustitia sanctificans. pa det colntia, quia nequeunt alteri fre convenire effectus proprii iustitie sanctificantis. ans pr. quia sui effectus iustitie sanctificantis é ex sua rone frali constituere subtum proprium gratum, et dlo amabile. eum reddere dignum eterna gloria eiusdemque here=

des

dem. 3° efficere purum, et innocens ab eo quae letali cri-
mine immunem 4ᵗᵒ constituere filium adoptivum a
qui omnes hos effectus causat dictat conformitatem
adaequatio cum sua regula honesti ergo est formalissime
iustitia sanctificans.

Respondetur distinguendo antecedens adaequatio
habet omnes effectus iustitiae sanctificantis ratione illius regulae
intrinsece inhaeret subiecto, et inhaerendo detrahit ad omne hones-
tum excluditque omne inhonestum grave concedo antecedens ratio-
ne alterius partis, quam ~~potest~~ ultra talem formam impor-
tat, et includit adaequatio cum sua regula honesti, nego
antecedens, et simul consequentiam. Conformitas, et adaequatio inclu-
dit praedictam formam, et simul regulam, atque ideo inclu-
dit sanctitatem, et aliquid amplius cum quo sanctitas de
facto conformatur. quid ergo mirum si talis adaequatio
habeat effectus sanctitatis, quandoquidem illam in se habet,
et includit, unde tamen non sequitur, quod ipsa sanc-
titas sit adaequatio, quemadmodum homini conveniunt omnes
effectus animalis, quia in homine includitur animal, non tamen
ex hoc convincitur, quod conceptus animalis sit formaliter
homo.

Obijcit 3° ex eo quod homo sit adae-
quatus honesto, modo dicto, dignissimus est qui pro-
clametur a Deo, et in hoc consistit, quod amet homo
et amicus. ergo constituit subiectum amicum Dei, at-
que ideo iustum. Confirmatur, quia ex eo quod homo sit
affectus ad obediendum Deo illique parendum in omni-
bus, sed habet ex parte sua ut filius, et aliquis
paternus affectus, sicut iustitiae sanctificantis habet
ius ad haereditatem Dei. ergo cum in hoc consistat
quod

quod sit filius adoptivus, ro adæquans creaturam intellectualem cum deo tanquam cum sa regula honesti ē formalissime iustitia sanctificans.

Resp. hom adæquatum hones tum esse quidem dignissimum, qui propter se ametur; non quia ut sit dignissimus, qui propter se ametur requiratur, quod sit adæquatus, neque, quia requirantur oia, quæ dicit ēē adæquatum, sed quia hoc quod ē, ēē adæquatum includit aliquid se tenens ex parte hois, et illi inhærens, quod non ē adæquatio constituit tamen subtum dignissimum, quod propter se ametur; quemadmodum qui hēt gratiam sanctificantē, et albedinem ē dignissimus, qui propter se ametur, non quia albedo talem constituat, aut requiratur ut talis sit, sed quia in coniuncto ex gratia, et albedine, ē aliquid, nempè gratia, se tenens ex parte hois, quod non ē totum coniunctum constituit tamen subtum dignissimum amore dei, unde ad rel. qua dicimus; in eo quod ametur propter illud donum se tenens ex parte hois consistere, quod ametur, utamur, quin opus sit tamari propter totum coniunctum adæquationis, atque ideo illud donum absque reversu ad adæquationem constituit amicum.

Ad confirmationem concedimus reliqua præter illud : ergo ro adæquans creaturam intellectualem cum deo tanquam cum sa regula honesti ē formalissime iustitia sanctificans, quod sic distinguendum ē: ē formalissime iustitia sanctificans rone partis quam includit, et se tenet ex parte subi concedo consequentiam; rone alterius partis extrinsecæ, subto

subto, quam adaequatio includit, et intrinsece importat negotientiam. Sectio 13ª. Legitima def.io, et explatio gr. sanctificantis. — —

Sectio 13ª.

Legitima definitio, et explicatio gratis sanctificantis.

Post reiectas aliorum opiniones superest, ut nostram in medium proferamus, et quantum in nobis fuerit elucidemus. E igitur gratia sanctificans, seu sanctitas s.ª ria radicalis, et quasi substantialis f.ra vone sui detrans subtum ad bonum honestum grauiter preceptum, et positive ab eodem excludens ob grauiter inhonestum. Plura continet def.io, quae si recte explicentur, illam ee legitimam, et ad rem presentem aptissimam demonstrabunt. Ergo divisim.

I.º dicitur s.ª ria radicalis, et quasi substantialis f.ra, tum quia gratia sanctificans e s.ª ria radix virtutum, et actuum supernalium, ac se hét in supernaliorde ne, velut f.ra substalis in nali. nam quemadmodum quae ex parte subti precedunt ad introductionem f.ae, sunt dispositiones viam ad illam externentes, et veluti domicilium preparantes, et quae sequuntur sunt passiones, proprietates, ac effectus etta. itaque in pura creatura precedunt ad f.ram iustificantem introducendam sunt dispositiones, et quae sequuntur .l. sunt proprietates, et passiones .l. effectus illius, et accidentia; —

E tquemadmodum ad f.ram substalem consequuntur tanquam iam radicem pot, et ad[illegible] et

et illam actus nales. ita ad formam iustificantem, seu gratiam consequuntur virtutes, et habitus infusi; qui se habent, 1. ut propri, et ad hos habitus, et gratiam sequuntur actus supernales. et denique quemadmodum in nalibus compositum nale generatur dum communicatur subto forma substalis, et primaria radix potentiarum, et actuum, ita in supernalibus homo regeneratur, dum illi communicatur forma quasi substalis, et primaria radix habituum, et actuum supernalium.

Tum etiam quia sanctitas non est res transiens, sed de se durans, et habitualiter perseverans, quod optime denotatur per esse primarium radicale, et quasi substale, si quidem quod in rebus tale est, est de se diuturnium, et permanens.

Tum denique quia esse sanctum non consistit in operatione, sed ad illam supponitur, aiente Augustino lib.o de fide, et operibus cap.o 14.o, opera sequuntur iustificatum, non precedunt iustificationem, et item in lib.o 1.o contra duas epistolas Pelagianorum cap. 2.o non vivunt homines bene nisi prius sint efecti filii dei, atque ideo ut denotetur formam illam non debere esse operationem, seu actum, dicimus esse primariam radicalem, et quasi substalem. quod nequit convenire actui seu operationi.

2.o dicitur ratione sui, ut denotetur ea grata, que sanctitas prestat cum subtum sanctificat debere prestare per se ipsam, et ut sic loquar ex propriis suis meritis non ex favore aliquo extrinseco, aut aliunde emendicato, neque ex consortio alterius formae connotati, aut tri. atque ideo debet esse talis, ut eo

eo ipso quod in subto ivati sit vi sua illud sanctum constituat etiam si nihil aliud superaddatur.

3° dicitur determinans ad omne honestum ut constet talem debere esse predictam formam, ut nequeat ea retenta in subto non amari honestum graviter preceptum, aut prorrumpere in aliquod graviter inhonestum, sed necesse sit in sensu composito, et ex positione illius prorumpere in amorem honesti graviter precepti, et in odium gravis inhonesti. unde non relinquitur indiferentia ad amorem honesti, et inhonesti in ma graviter precepta, aut ad implendum grave aliquod preceptum, et non implendum.

4° dicitur omne honestum, quia ad sanctificandum, et ut forma aliqua sanctitas sit non suficit quod ad aliquod honestum determinet subtum, sed opus est, quod ad omne graviter preceptum, nam si non determinet ad omne relinqueret indiferens ad aliquod inhonestum, et ad violationem gravis alicuius precepti, atque ideo esset de se indiferens, ut in eodem subto simul cum pecato mortali esset, sive cum gravi aliquo inhonesto, quod sanctitati repugnat.

5° dicitur honestum graviter preceptum, quia de conceptu sanctitatis create non est determinare ad operandum, quodcunque honestum etiamsi non precipiatur, quis enim contrarium dicat (non ne iustus erit iustus quamvis nihil actu operetur?) sed solum ad operandum quodcunque honestum graviter preceptum, sive quod idem est, ad implendum omne, quod honeste precipitur sub obligatione gravi. iustus erit eo ipso quod talis sit, debetque dispositus ad omnia precepta, si ocurrant sub obligationi

gatione gravi implenda.

Dixi graviter, aut sub obligatione gravi preceptum, quia cum creata Sanctitas non sit incompatibilis cum pecato veniali, nec dicat repugnantiam cum violatione levi, siquidem septies in die cadit iustus, ut ait Sapiens proverbiorum 24° non detrahit subtum ad omne honestum, etiam preceptum, sed solum ad id, quod sub gravi obligatione preceptum est, ita ut violatio illius non sit levis pecatum, sed grave, huic enim Sanctitas omnio repugnat, et cum eo incomposibilis est.

Denique dicitur, et positive a subiecto excludens omne graviter inhonestum, quia non sufficit negativa exclusio qualiter fit per extrinsecam condonationem pecati, aut divinam remissionem, sed opus est, quod ipsa sit positiva, et positive repugnat inhonesto gravi, ratione cuius repugnantie illud â subiecto excludat. Dixi gravi, quia non requiritur quod excludat inhonestum leve, ut modo dicebam, siquidem in suum consortium admittit nostra Sanctitas non modo unum, vel alterum, sed pene innumera pecata venialia, ut omnio catolico certum est.

Ex quibus perspicuum relinquitur in duobus potissimum Sanctitatem consistere, primo in detractione positiva, et sua via, ad implenda omnia, et singula precepta, sive positiva, sive negativa sint, dummodo sub obligatione gravi ferantur, et honesta sint. 2° in repugnantia cum omni pecato letali, seu graviter inhonesto, ita ut quolibet horum deficiente nec Sanctitas consistere, nec concipi possit, quamvis non sic creat deficiente

deficiente conceptu adequationis cum sa regula honesti si deficiat precisse, ex defectu regulæ. Sectio 14a rone probatur doctrina sectionis precedentis.

Sectio. 14a
Rone probatur doctrina sectionis precedentis.

Licet hæc nostra Sa sufficientissimè probata credi posset ex refutatione aliarum, nam cum aliqua denoat ee vera, eo ipso reliquæ exclusæ sint sequitur nostram ee veram, nihilominus quia hæc probatio negativa é, et quasi indirecta positivè stabilienda erit, quod præstabunt rones sequentes.

1a in eo consistit completa, et perfecta sanctitas creata quod accipitur per participationem de sanctitate substali, et frali divina, secundum quod â creatura participabilis é, sed forma positiva determinans ad omne honestum, et repugnans oi inhonesto, mo explicato, é id quod accipitur per participationem de sanctitate divina, secundum quod â creatura participabilis é. ergo fra positiva detrans ad oe honestum et positivè excludens oe inhonestum é completa et perfecta sanctitas creata. maior videtur certa, quia cum sanctitas creata sit participata, seu participans divinam, et eo perfectior sit quo plus participat divinam illa erit perfecta et completa sanctitas, quæ totum acceperit, quod per participatione potest accipi de divina. Minorem probo, quia sanctitas divina duo hæc hét, seu duo hæc in illa resplendent, nempe excludere oe inhonestum grave, et detrare ad oe honestum iuxta sam regulam, potestque utrumque per participationem accipi, cum nullum repugnet creaturæ ex conceptu talis.

2a ea sola fra é sanctitas, seu gratia sanctificans, quæ rone sui nunc é adequata sæ regulæ honestatis, et sanctitatis divinæ; sed ea sola fra é nunc adæq

adequata ratione sui se regulae honestatis et sanctitatis divinae, quae dictat ad omne honestum, et excludit omne inhonestum modo dicto. ergo ea sola forma est sanctitas, seu gratia sanctificans, quae hic Deo gratum habet. Maior mihi videtur certa quia cum adequari regulae sit tantum habere quantum habet, seu praescribit regula; et sola regula honesti duplex illud gratum habeat sola illa forma se regulae adequatur, quae utrumque illud gratum habet.

Adverte tamen me dixisse sanctitatem esse formam, quae nunc adequatur, non vero esse adequationem, quia formalis adequatio claudit in suo conceptu utrumque extremum, ut supra dicebam, non vero sanctitas; quod si in ma de atributis loquens de atributo bonitatis moralis, et sanctitatis dixi, sanctitatem esse adequationem cum sola regula honesti, intelligendus sum de adequatione passiva se tenente ex parte formae sanctificantis, non de formali, neque insolens est eiusmodi loquutio cum saepe dicamus filium esse similitudinem patris, et unam albedinem esse similitudinem alterius cum tamen solum velimus, cum ita loquimur filium esse similem patri, et albedinem albedini; itemque dicimus extensionem quatuor palmorum esse adequationem ulnae, et solum volumus talem extensionem esse adequatam ulnae.

3a. quae est formalis sanctitas, seu in eo formalissime consistit sanctitatis conceptus, quo praecisse posito ponitur, et quo non posito, non ponitur, seu ablato aufertur. sed posito praecisse illo duplici conceptu, utramque ponitur, ponitur sanctitas, et utroque aut altero deficiente non ponitur sanctitas: ergo in utroque, utramque ponitur consistit formalissime sanctitas. maior saepe a me probata

probata e minorem probo: quia utroque posito subiectum e mundum ab omni scelere, positive afectum ad omne honestum, et de tratum ad parendum in omnibus Deo precipienti, exequendumque omnia mandata, iuxta sanam regulam honestatis: quid Dest, ut sit sanctum, et forma eos efectus causans sanctitas?

Deinde si deficiat exclusio omnis inhonesti non erit sanctitas, quia 1. una gravi inhonestate admissa subiectum erit immundum maculatum, et non sanctum, non autem e sanctitas, que subito inexistens non redit illud sanctum. Rursus si deficiat determinatio positiva ad omne honestum erit indiferens ad inhonestum grave: sanctitas autem non e indiferens ad consortium graviter inhonesti, ut nuper dicebam.

Probatur 4. forma habens illa prata, utramque posita redit subiectum dignum amore amicitie divine, dignum beatitudine, et quod tractetur, ut filius: sed hec a nulla forma prestari possunt que non sit sanctitas, et gratia sanctificans: ergo forma ea prestans sanctitas, et gratia sanctificans. Sectio 15.a ea que possunt in contrarium obijci.

Sectio. 15.a

Ea que possunt in contrarium obijci.

Obijcitur 1.o precisse per hoc, quod forma determinet subiectum ad omne honestum e sanctitas: ergo sanctitas non plus requirit; atque ideo illud prorsus incompatibilitatis cum omni inhonesto prorsus superfluit: probatur, quia eo ipso quod determinet ad omne honestum excludit

dispositive ad inhonestum; siquidem ex vi positive illius determinationis non manet indifferens ad inhonestum.

Respondetur 1º argumentum non probare, quod non requiratur utrumque, sed quod ex vi primi praestet utrumque, seu ex vi primi inferatur 2um. atque ideo probatio antecedentis non cohaeret cum 1º consequente. Respondetur 2º, negando antecedens. ad probationem nego etiam antecedens, nam si subiecto existenti in peccato mortali habituali infunderetur gratia sanctificans non excluderet tale mortale ex praeciso munere determinandi ad esse honestum; quia ea determinatio est ad producendum esse honestum; hoc est ad semper honeste operandum in materia graviter prohibita, aut praecepta, faciendumque in omnibus secundum regulam praecipientis. haec autem determinatio, si aliunde non habeat aliam incompatibilitatem cum peccato, non excludit peccatum habituale, neque est incompatibilis cum illo. Praeterquamquod si adhuc contendas illam determinationem ex suo conceptu habere incompatibilitatem cum peccato habituali, et debere excludere esse inhonestum nostram conclusionem potius adstruis, quam impugnas.

Dices te solum contendere, quod eadem indivisibilis formalitas, seu conceptus, qui determinat ad honestum repugnet omni inhonesto, illudque excludat a subiecto, nec opus sit duplici conceptu. Respondetur parum a me curari, quod per eandem, aut diversum formalitatem internam sanctitas utrumque munus praestet, dummodo utrumque praestet ex suo formali conceptu; ita ut sine altero nequeat intelligi. Neque ego duplicis formalitatis internae huc usque memini. Solum appelavi duplex praedicatum, aut duplicem conceptum, quia duplex munus exercet. moea

praestet

praestet per unam modo per duplicem fraliatem intrinsecam, quod ad praesentem partem refert.

Obijcitur 2°. Si non daretur adaequatio, et conformitas cum 1a regula honesti non daretur sanctitas: ergo sanctitas consistit in praedicta adaequatione. antecedens probatur si non daretur adaequatio cum 1a regula honesti, nec daretur determinatio ad omne honestum; deficiente autem determinatione ad omne honestum non daretur sanctitas. Ergo deficiente adaequatione cum 1a regula honesti non daretur sanctitas. Maiorem probo, quia deficiente adaequatione cum 1a regula honesti non daretur honestum; honestum enim est, quod habet conformitatem cum 1a regula, at quando non est honestum ad quod detur determinatio non datur determinatio ad honestum. Ergo deficiente adaequatione deficit determinatio ad honestum.

Respondetur negando antecedens: si sermo sit via constitutionis (quidquid sit via conexionis, quam modo non curo) ad probationem nego maiorem loquendo de determinatione quantum est ex parte sanctitatis, et in eodem sensu nego minorem ultimae probationis. quemadmodum enim omnipotentia divina dicitur determinata ex se ad omne non repugnans, etiam quando omnia finguntur repugnare, ita sanctitas dicitur determinata, et determinare ex se ad omne honestum, adhuc quando fingitur nihil esse honestum, quia sensus utrobique est absoluti conditionatis, hoc pacto omnipotentia taliter determinata est ad omne non repugnans, ut si aliquid non repugnaret illud absolute posset, nec per ipsam staret quominus absolute posset, quando repugnaret, et sanctitas taliter est determinata ad omne honestum, ut si aliquid graviter praecipiatur, aut occurrat graviter prohibitum debet ad illud implendum amplectendo, et fugiendo quae ratione iniungitur

iniungitur, nec petit ipsam stat, quominus absolute detret, quando non e posse honestum quod occurrat.

Obiicitur 3.° si nihil vitaretur nec prosequeretur (eo quod per impossibile deficiant 1.a ria et secundaria regulae) non esset sanctitas quamvis maneret tra intrinseca, quae de facto iusto inhaeret subtum quae detrat ad ol honestum. ergo sanctitas non consistit praecisse in illa tra intrinseca, quam detrat ad honestum, et repugnat oi inhonesto, sed partialiter claudit aliquid extrinsecum, nempe regulam, quod e consistere in adaequatione, et conformitate cum illa, siquidem adaequatio, et conformitas nihil aliud e, quam complexum ex regula praescribente, et tra, quantum e de se detrante iuxta praescriptum regulae. ans pr quia sanctitas e relative opposita pecato, seu contrarie, et pecatum importat de conotato, tanquam terminum, sublato autem termino relationis relatio tollitur, et sublato uno contrario alterum perit cum contrarium sit in ordine ad contrarium.

Rtur negando ans intellectum via constitutionis, ut in siti iam notavi. ad probationem dico etiam deum ee extremum contradictorie oppositum, negationi dei, quae impossibilis e; et tamen non ideo e impossibilis deus. ergo quamvis pecatum sit extremum oppositum sanctitati haec non erit impossibilis illo impossibili existente. Regula enim illa deficiente tro relationis (in ee rei) deficit relatio non e semper vera, sed multoties opus e, quia pereat etiam in ee tri, qualiter non periret pecatum in superiori eventu, quamvis esset impossibile in ee rei.

Obiicitur 4.° si de conceptu sanctitatis foret repugnantia, et incompatibilitas cum pecato, iustus non operaretur liberae, libertate rei inde, quam do implet in ma
aiori

gra ri divina precepta, quod ē absurdum; Sequela patet quia non potest operari opposito precepto, stante gratia sanctificante, que precedit operationem: ergo eatenus operari potest preceptum oppositum quatenus afferret gratiam sanctificantem, atque ideo libertas ad oppositum non ē immediata in re precepta, sed in gratia expellenda.

Rētur negando sequelam ad probationem concedo ans intellectum in sensu composito gratie cum oposito precepti (non enim datur libertas ad talem compositionem) sed distinguendo csens; quatenus auferre potest gratiam antecedenter, et a fixdè quam per ipsum oppositum precepti nego cōntiam, quatenus potest auferre per ipsum oppositum precepti concedo cōntiam, gratia per oppositum precepti formaliter expellitur, atideo non antecedit gratie violationem, quod opus erat ad libertatem matam rei in expulsione gratie sed subsequitur, cum non sit auferenda gratia, ut violetur preceptum, sed preceptum violandum ē, ut auferatur gratia. Sectio 16.ª non nulla colliguntur ex dictis.

Sectio 16.ª

Non nulla colliguntur ex dictis

Colligitur 1.º, gratiam sanctificantem ēe participationem divine sanctitatis tam primarie quam secundarie, sed tam essales, quam atributales. patet, quia cum in utraque sit duplex illud pratum scilicet tendendi ad ōe honestum, et excludendi ōe graviter inhonestum accipiendo illud, accipit aliquid utriusque, quod est utrumque participare. non tamen definienda ē per hoc, quod participet, ut supra dicebam.

Colligi-

Colligitur 1°. gratiam sanctificantem, seu increatam sanctitatem expressissimo conceptu sanctitatis, non esse participationem divinae sanctitatis, secundum quod excludit le inhonestum, seu peccatum veniale, quia licet sanctitas increata habeat excludere non solum inhonestum grave, sed etiam leve; id non exigitur ex conceptu communissimo sanctitatis, neque ex conceptu particularis sanctitatis creatae, sed ex conceptu perfectissimo, et omnissimo divinae, ideo saepe repetiis gratiam sanctificantem, seu sanctitatem increatam esse de ratione ad omne honestum, et excludere omne grave inhonestum; quam alii id non exprimant, forsan, quia inhonestum absolute acceptum, et sine restrictione prolatum stat pro gravi et non pro levi, quandiu aliud non declaratur.

Colligitur 3°. neque esse participationem divinae sanctitatis essentialis, aut attributalis secundum conceptum illarum ultimum, aut specialissimum, ~~[illegible]~~ secundum quod est increata sanctitas, infinitae perfectionis, imparticipabilis, infinitae durationis, ~~[illegible]~~ aut in quantum habet esse per essentiam absque dependentia ab alio. nihil enim horum praedictorum communicari potest creaturae neque haec potest in illorum aliquo assimilari Deo. unde P. Lessius supra citatus, cap. ult.o 2. plures differentias assignat inter sanctitatem divinam, et creatam; nam 1°, inquit, illa est sanctitas per essentiam, haec autem non. 2. illa est substantia, haec accidens. 3°. illa est omnino infinita intensive, et extensive, haec utroque modo finita (intellige finitam extensive quoad omnimodam extensionem, nam in certo genere est [illegible] extenditur

ditur ad infinita Sanctitas creata. Ut diceemus in... 4.º illa nunquam potest crescere aut minui, hec [potest] 5.º illa est superior omni sanctitate hec non. 6.º illa est efficiens, conservans, exemplaris, fralis, specifican, et finalis omnis sanctitatis, hec non.

Colligitur 4.º gratiam sanctificantem seu sanctitatem creatam recipere magis, et minus, posse quemadmodum et augeri, ac contra posse unum iustum esse iustiorem alio patet quia potest esse maior, et minor. Ratio ad honestatem ad maiorem, et minorem resistentiam cum pecato; quamvis omni pugnet quilibet gradus gratie sanctificantis, quantumvis remissus, et exiguus. an autem crescere possit in infinitum incertum est, nam varie sentiunt Theologi suo loco rem definiemus.

Colligitur 5.º sanctitatem non consistere in exercitio aliquo, seu actu 2.º, seu actus 2.us operationis est, sed esse conceptam per modum actus primi permanentis, nam licet persona rationalis, seu intellectualis nullo omnino actualiter operetur, adhuc intelligitur absolute, et simpliciter sancta, nec sanctitatem amittit statim atque ab exercitio, et operatione cessat.

Colligitur 6.º priam regulam honestatis esse mensuram, unde optime colligi possit perfectio, et augmentum sanctitatis create; nam cum sit sanctitas ... et suprema, quo plus ad eam accesserit nostra per similitudinem, seu plus de illa acceperit per participationem eo erit nostra maior, et perfectior. et quo minus accesserit vel acceperit, eo minor, et imperfectior erit.

Colligitur 7.º hanc causalem non esse apriori, sed a posteriori ideo sanctitas est talis quia est conformis, seu quia conformatur, et adequa...

hec cum sua regula, non prius est sanctitatem esse talis quam dari conformitatem, sicut prius est albedinem Petri esse talem talis vel naturae in se quam esse similem alteri albedini, et prius est rem habere quatuor palmos extensionis quam esse aequalem ulnae cum illa est adaequari. et ratio est, quia talis natura gratiae constituit conformitatem, et adaequationem, sicut talis natura albedinis Petri constituit similitudinem cum alia albedine, et constitutum nequit esse prius constituente. potius igitur a priori erit haec, quia sanctitas est talis conformatur seu est conformis suae regulae.

Colligitur 6°. sanctitatem, seu gratiam sanctificantem non solum excludere peccatum antiquum praeexistens in subiecto. sed novum impedire ne introducatur quandiu ipsa est, sicut calor non solum excludit a subiecto frigiditatem praeexistentem, sed resistit introductioni alterius, licet cedat, et vincatur. et ratio est, quia si non excluderet novum introducendum, quandiu ipsa est, non esset incompatibilis cum illo, atque ideo simul posset esse. semel autem posito quod cohaereant possent etiam simul cohaerere quamvis peccatum antea praeextitisset, cum repugnantia non oriatur ex eo quod praecedat sed ex propriis conceptibus. Dixi tamen quandiu ipsa est, quia non absolute impedit, sed relinquit locum introductioni ipsa decedente, et cedente. quaestio 3. an gratia sanctificans habeat ex sua natura vim illam sanctificandi, independenter ab aliquo extrinseco favore Dei. Sectio 1a. status quaestionis, et doctorum s.

Quaestio 3a

An gratia sanctificans habeat ex sua

natura vim illam sanctificandi independenter ab aliquo extrinseco favore Dei.

Sectio 1a

Status questionis, et doctorum sentent[iae]

Constat ex questione precedenti quid sit Sanctitas creata, seu gratia sanctificans, cum explicuerimus illius præcipua essentialia, et quidditativum conceptum; restat videamus, an vis illa sanctificandi seu obtinendi adimpletionem cuiuscunque honesti graviter precepti, et excludendi omne graviter inhonestum, conveniat ei ex intrinseca natura, et propriis gratiæ essentialib[us] absque dependentia ab aliquo extrinseco favore Dei; vel non, sed accidat ex eo quod Deus illam acceptet, vel ex sua liberalitate et misericordia peccata condonet seu remittat quando gratiam subiecto infundit.

Adverte tamen hic non controverti an sanctitas talis sit ex natura sua, et talem habeat repugnantiam cum omni gravi inhonestate seu peccato mortali, ut nec de potentia absoluta possit cum illo coherere (hæc enim difficultas gravissima et serio discutienda inferius) sed an quando expellit peccatum, et subiectum sanctificans, expellat, et sanctificet per se ipsam, et natura sua independenter ab alia acceptatione Dei vel favore extrinseco eiusdem; quidquid sit an supremus moderator omnium absoluto suo dominio utens suamque divinam omnipotentiam extraordinarie exercens possit impedire ...

tendo num naturalem sanctitati debitum. quemadmodum licet calor per suam naturam, et entitatem expellat frigiditatem, illique repugnet sub controversia est an in gradibus intensis possit componi per divinam potentiam, atque ideo diversa difficultas esset an calor per suam naturam expellat frigiditatem, atque an calor supposito, quod per suam naturam frigiditatem expellat possit divinitus cum illa in eodem subiecto cohærere.

In qua controversia duplex est sententia. 1a negat gratiam iustificantem suapte natura posse iustificare animam, eamque a peccatis [illegible] purgare, sed indigere favore Dei acceptantis talem gratiam, et peccata remittentis, aut condonantis. quam acceptationem et condonationem dicit esse complementum nostre iustificationis. refert pro hac sententia Pater Vasquez Durandum in 3o distinctione 33 articulo 5 questione 1a in 3 modo opinandi Scotum in 4o distinctione 16. questione 2a § tertio in 3a ratione conclusionis Gabrielem ibidem distinctione 14a questione 2a articulo 2o post 3 conclusionem Ocam etiam in 4o questione 3a littera E, et videri potest in 5o distinctione 17a questione 1a. Joannem Medinam codice de penitentia questione 12a § corolarie sequitur: aiunt enim gratiam sanctificantem, seu iustitiam nobis inhærentem per quam iustificamur non pugnare stricte natura cum peccato, sed solum ex Dei constitutione, et voluntate, quibus ego addo Pater Conincke actibus supernaturalibus disputatione 21. dubio 8o numero 102. 110, 130. 151, et 152 Pater Ripalda de ente supernaturali tomo 3o libro 3o disputatione 26 sectione 8 numero 42. ubi pro eadem alegat Pater Salas Pater Lessium Pater Hurtadum, Lamum, Victoriam, et gravissimos magistros salmanticenses. et dicit quod Ipse id fuisse ostendisse

de in tractatu de iustificatione.

Eidem se subscribunt alij doct[ores]
de cum schola nominalium, qui teste predicto [...]
eodem modo philosophantur de iustitia nostra, et sancti[tate]
de, atque de moneta, eius que valore. nam si[cut]
moneta e metalum, quod secundum suam nam[ram]
[con]sideratum atque precissio, et extimatione regis
het valorem monete, het vero accedente regia [ex]
timatione, aut lege, ita in gratia sanctificante
qualitas gratie, que precisse secundum suam nam[ram] no[n]
het vim sanctificandi, et expellendi peccatum, het v[ero]
si deus ad id acceptet, l. decernat sanctificare, et
mundare a pecato, dum ipsa infunditur subiecto.

2a docet gratiam seu iustitiam sanc[]
tificantem na sua here vim sanctificandi, et indep[en]
denter ab alio favore extrinseco nos reddere iu[s]
tos, et vera sanctos. Ita Per Vasques 1a 2e di[s]
p[utatio]e 204 a cap. 2o, et 4. Per Torres opusculo
de gratia dispe 1a dubio &. Per Granado 1a 2e
Contro[versi]a 8a tractatu 8. dispe 4 numero 6. et
Montesinos ibidem dispe 33a questione 3. 2. Mer[]
sius tomo 2 tractatu de gratia dispe 9. sectione 1a
a numero 2. Monseius dispe 12a. Ulisi neque
Belarminus libo 2o. de iustificatione Valencia [1a]
2e dispe 8a questione 6a punto 3, et apud Per
Vasques Aureolus, Durandus, et Capreolus: quibus
Per Suares videtur ex una parte adherere. Sectio
gratiam habitualem heres ex na sua, et atque novo [favo]
re, seu acceptatione dei, vim sanctificandi.

Sectio 2a.

Gratiam habitualem habere ex natura sua, et absque novo favore, seu acceptatione Dei vim sanctificandi.

Ita doctores ... et pr. 1° quia si gratia, seu sanctitas, qua de facto iustificamur, et nobis intrinseca est non haberet na. sua reddere vere iustos ac sanctos sed egeret novo favore aut acceptatione dei non inesset nobis vera, et perfecta iustitia seu sanctitas, quod est dogma hereticorum intelligi potest Calvinistarum aliis, tum in antidoto tum contra tridentinum sessio 6a cap. 1°. sequela pr. quia id non est vera, et perfecta sanctitas ultra quod aliquid requiritur ad vere iustificandum, seu quod non habet de se quidquid opus est ad vere iustificandum. at gratia, seu sanctitas, quae nobis intrinsece inest non habet de se quidquid opus est ad vere iustificandum, sed ultra illam aliquid requiritur, nempe novus favor seu acceptatio extrinseca; ergo non est vera, et perfecta sanctitas.

Confirmatur. secundum id non est aliquid vera iustitia, et sanctitas, quo praecisse dato ipsa non datur, sed data praecisse gratia et iustitia inherente, secundum id quod inheret non datur vera iustitia, et sanctitas, quoniam adhuc deest novus favor, et acceptatio dei, quibus deficientibus abest conceptus vere sanctitatis. ergo secundum id quod nobis inheret non est vera iustitia, et sanctitas. atque ideo secundum quod est vera iustitia, et sanctitas nobis intrinsece non inheret. adde quod si iustificatio est renovatio, cum iustificatio non sit absolute interior, seu intrinseca

alia, oppositè probamentes ex forma adequate intrinsecè
renovatio non est absolute interior, sed intrinseca conti-

Pr. 2° quia si id quod nobis inhæ-
non sufficit natura sua formaliter iustificare. ergo id quod nobis in-
hæret non est sufficiens, sed insufficiens iustitia, contra Tri-
dentinum sessione 6a cap. 7. ac proinde nec formaliter iu-
stificat, cum nequeat formaliter iustificare iustitia insufficiens.
sequela pr., quia nihil aliud est iustitiam esse insufficien-
tem, quam non sufficere, sed non sufficit, id quod nobis in-
hæret: ergo est iustitia insufficiens.

Pr. 3° quia eodem modo sequitur iu-
stitiam, sive formam nobis intrinsece inhærentem non esse
adæquatam formam, sive causam formalem nostræ iustifica-
tionis, quod expresse adversatur Tridentino sessione
illa 6a cap. 7. pr. quia causa formalis adæquata est illa
quæ non eget alia concausa formali, sed si iustitia nobis in-
trinsece inhærens non sufficeret ex natura sua, sed egeret
novo favore extrinseco aut acceptatione Dei, egeret alia
concausa formali. ergo non esset causa formalis adæquata.
minorem probo, quia favor ille extrinsecus, sive accepta-
tio Dei esset concausa formalis, cum esset pars formalis iu-
stificationis, ita ut ea præcisse pereunte, et reliquis per-
stantibus non daretur formalis iustitia adæquata, nec comple-
ta iustificatio.

Probat 4° Pater Vasques quia se-
quitur ex contraria sententia causam formalem nostræ iusti-
ficationis non esse unicam, sed duplicem, contra Triden-
tinum nuper citatum probat, quia altera forma nobis inhæret, al-
tera est favor Dei extrinsecus, seu acceptatio Dei. et præterea
dici posset nos iustificari per iustitiam Christi, et favorem Dei
contra

contra Tridentinum canone 10, sicut dicimur nos iusti-
ficari per qualitatem, et iustitiam inhaerentem - pr, quia ratio
iustificationis formalis claudit utramque partem. cur potius di-
ci potuerit iustitia inhaerens, quamvis ex sola insufficiens si-
ne alia parte, iustificare formaliter, quam iustitia christi, seu
acceptatio Dei quamvis non sit ex sola forma iustificandi.

Probat 5. idem Vasquez: impossibile
est imperfectam iustitiam compleri favore extrinseco Dei, ut
ulteriorem habeat rationem iustitiae et sanctitatis: ergo si habet perfec-
tam rationem iustitiae, et sanctitatis habet quidem natura sua, non
favore aliquo extrinseco, et acceptatione Dei: antecedens alia via
ipse probat. potest autem probari hac forte ratione, quia
cum Deus nequeat mutare naturas rerum nequit facere, quod
aliquid de se non forma sit forma per aliquid extra ip-
sum, nam ratio formae est illi intrinseca. ergo nec potest facere
quod qualitas nobis inhaerens, quae de se non est forma suffi-
ciens sanctificare formaliter sit forma sufficienter sanctifi-
cans formaliter, per aliquid extra ipsam, nempe per favo-
rem extrinsecum Dei.

Confirmari posset hoc, et urgeri sic.
demus qualitatem gratiae nobis inhaerere antequam acce-
dat favor Dei extrinsecus; tunc non sufficienter nec vel
re iustificabit secundum te, quia deest complemen-
tum favoris, sine quo natura formae inhaerentis insufficiens est.
accedat deinde favor, adhuc forma inhaerens non sufficien-
ter iustificabit formaliter, quod probo sic, nihil praestat
formaliter ipsa forma inhaerens, accedente favore praeter id
quod praestabat, antequam favor accederet, cum quidquid
de novo formaliter fit a favore de novo adveniente fiat,
et ratione illius denominative a toto coniuncto ex favore,
et

et fra inherente. preter quam quod; quidquid non prestat per se ipsam non prestat fraliter ipsa; sed quidquid non prestabat antea, et prestat novo favore adveniente, non prestat fraliter per se ipsum: ergo non prestat fraliter ipsa, atque ideo, q̃ antea sufficienter justificabat fraliter, q̃ non sufficienter iustificat fraliter accedente favore extrinseco. Sectio 3a. hoc ipsum confirmant aliqui ex eo quod sit polis fra na sua sanctificans.

Sectio 3a.

Hoc ipsum confirmant aliqui ex eo quod sit polis forma natura sua sanctificans.

Aliqui nostram sam ex eo confirmant quod sit polis fra na sua, et absque ullo favore, aut acceptatione dei iustificans: ergo non e̊ cur negetur id convenire gratie sanctificanti. ans probant 1o. quia ex nullo capite repugnat qualitas, q̃ alia fra tam excellens na sua ut posita in subto, illud constituat dignum amore dei in ordine ad beatitudinem supernalem. atqui talis qualitas seu fra esset na sua sanctitas, et fra iustificans. ergo non repugnat eiusmodi fra sanctificans. confirmant, quia polis e̊ fra, que na sua sit radix virtutum supernalium infusarum; ea autem esset fra na sua sanctificans: ergo e̊ polis talis fra. Verumquantam vim he̊at hec confirmatio constat ex supradictis, et constat e̊e exiguam.

Probant 2o. polis e̊ habitus, seu qualitas supernalis que respiciat proxime, et adequate honestum, seu que ita respiciat honestum ut quantum de se

se é possit cum creatura intellectuali ellicere actum amo
ris circa obiectum honestum, quod ut tale proponatur, nequeat
que ulla ratione ellicere actum prosequtionis circa aliquod
obiectum aliter quam sub ratione honestis; sed eiusmodi
habitus é iustitia natura sua sanctificans. ergo possibile é
fore quae natura sua sit iustitia sanctificans. maiorem pro
bant, quia habitus, qui respiciat honestum secundum se.
tanquam obiectum formale respicit honestum proxime, et ade
quate, sed habitus iste é possibilis. ergo maiorem inprimis probant
quia eo ipso quod habitus habeat pro obiecto formali honestum, ut
honestum é, potest ferri sub ratione honesti ad omnia, quae
ut honesta proponantur, sicut voluntas humana ex eo quod
potest ferri ad omnia honesta, et delectabilia, quod habeat
pro obiecto formali bonum ut abstrahit ab honesto, et delec
tabili, et sic de rebus alijs. ergo. deinde probant mino
rem; quia nulla omnino terminorum contradictio invoshitur
in eo, sicut nulla invoshitur in hoc, quod voluntas
humana respiciat pro obiecto adequatum bonum secundum
quod abstrahit ab honesto, et delectabili. ceterum hic
vero non probat plenam, et completam iustitiam sed partialem
illius conceptum explicat.

Probant 2°. quia possibilis é habitus su
pernaturalis, qui natura sua solum respiciat honestatem iustitiae
et alius, qui solum respiciat honestatem misericordiae, et
sic de alijs. ergo possibilis erit habitus qui natura sua solum
respiciat honestum secundum se; atque adeo eo ipso res
piciat omnia obiecta honesta. confirmant alterius ex potentijs
vitalibus; nam potentia visiva respicit omnes, et solos colores
quoniam obiectum formale adequatum é color, et preterea
auditiva respicit omnes et solos sonos, quoniam obiectum
adequatum

adequatum illius est sonus secundum se, et sic de alijs. Sensus itaque communis respicit omnes colores, omnes sonos, omnia tangibilia etc. quia respicit sensibile, ut sic tanquam objectum adequatum. insuper intellectus respicit verum tanquam objectum formale, potest percipere quodcunque ens. ergo similiter erit possibilis habitus, qui respiciat tanquam objectum adequatum honestum ut honestum.

Demique confirmant, et ut aiunt quidam recentiores fere evidenter, quia nulla est terminorum contradictio in eo quod voluntas divina ferri nequeat actu prosequtionis nisi circa honestum: ergo nulla est terminorum contradictio in eo quod aliquis habitus sit solum productivus actuum amoris qui ad honestum sub ratione honesti feratur. non plus probant confirmationes quam in principalis. eodem modo diminutæ sunt iuxta supra dicta. Sectio 4a. duabus obiectionibus adversæ partis satis fit.

Sectio. 4a.

Duabus obiectionibus adversæ partis satis fit.

Obijcitur 1o nulla forma creata est possibilis que constituta in subjecto necessitet Deum ad amandum illud amore amititie, aut paterno. ergo nulla est possibilis, que natura sua sit sanctitas, seu gratia sanctificans. consequentia patet, quia si esset possibilis forma, que natura sua constituat subjectum verè amicum et filium Dei, non posset non necessitare Deum, ut amaret tale subjectum quale illud est, et consequenter ad amandum tale subjectum amore amicitiæ, aut paterno. antecedens probatur. quia amare aliquem amore amicitiæ est velle illi aliquod bonum, proportionaliter quidem amato, et illius bonum est. Sed quævis forma pos-

in subto potest Deus non velle tali subto aliquod aliud bonum, et potest velle non quibit naq. illud pura pa tina: ergo po sita quavis fra in subto potest Deus non amare illud amore amicitie ettam.

Confratur, quia prius ē Deum amare creaturam intellectualem, quam quod illi tribuat bonum quodcunque illud sit, siquidem collatio boni ē effectus amoris Divini, et prius ē ca, quam effectus: ergo non movetur Deus, et multo minus necessitatur ex boni collatione ad amandam creaturam, cui illud inest.

Rei potest tripliciter. 1° Eodem modo probari nullam ē fram creatam, que sua sua sit iniustitia, et que subtem maculet, quia si talis fra esset, talis posita in subto necessitaret Deum ad odio prosequendum tale subtum, et quidem odio inimicitie: ergo nulla ē talis talis fra. patet colentia, quia si esset talis ei modi fra, que constituat alre inimicum Dei non posset non necessitare Deum, ut odio prosequeretur subtum quale illud ē, et colentie ad prosequendum odio inimicitie. ans pr, quia prosequi aliquem odio inimicitie ē velle illi aliquod malum, ut eius malum ē; sed quavis fra posita in subto potest Deus non velle illi aliquod malum: ergo posita quavis fra in subto potest Deus non prosequi odio inimicitie tale subtum.

2° Rei potest distinguendo ans. nulla ē que constituta in subto necessitet Deum rone sui precisse concedo ans: rone perfectionis, que in illo ē, nego ans. et simul colentiam. quia ad sanctitatem non opus ē, quod precisse rone sui Deum necessitet, sed quod ea posita subtum sit aptum, et dignum Divina

divina amicitia, et supposita tali dignitate Deus a divina sua perfectione quasi cogatur, impellatur, et necessitetur ad amandum subjectum in quo est. quemadmodum posita creaturarum bonitate, ratio Deus illas amat (ut fert communior, et probabilior sententia) non quia bonitas creaturarum tanta sit, tantam vel habeat vim, ut ratione sui Deum necessitet ad amorem, sed quia divina perfectio tanta ut nequeat non amare, quod bonum est, aut bonitatem ea ratione qua habet.

3º Respondere potest distinguendo antecedens: amicitia constituta in subjecto necessitet absolute Deum ad amandum amore amicitiae nulla facta suppositione, concedo antecedens; non absolute, sed ex suppositione, quod sit praecisive si nulla alia finis, aut motivum superius ocurrat, nego antecedens et consequentiam ad probationem dico non esse de ratione amicitiae, quod absolute vellimus amico aliquod aliud bonum, praeterea quae in ipso sunt, sed quod in amico taliter complaceamus propterea quae in illo sunt, ut ex complacentia illius moveamur ad volendum ei alia bona, si maius, aut superius motivum (executionem impediens, aut suspendens) non ocurrat. unde quamvis ocurrente maiori alio motivo Deus possit non velle iusto aliud bonum, nec tractare illum, ut filium nullo ocurrente non poterit, quia dignus est iustus qui ametur efficaciter, et tractetur ut talis, non ocurrente alio motivo, et Deus amat res, ea ratione qua amabiles sunt.

Ad confirmationem dico illum actum quo Deus confert homini, aut angelo sanctitatem esse quidem illa priorem, et ideo neque esse amorem iusti,

iusti, vl iustus é, neque proinde amicitiæ vigorose
loquendo, quia amor amicitiæ é iusti, vl iustus é,
et potius supponit iustum constitutum, quam constituit.
postquam autem ex vi talis actus hó constitutus
é iustus deus in illo nário, et efficaciter complacet,
efficacia quidem quoad affectum, virtute cuius non, si occu
rrat aliquod maius motivum velet suo iusto aliquod aliud
bonum.

Obijcitur 2°. ea fra ná sua sanctifi
cans nário esset, aut absoluta, aut vlre, et proprie respectiva.
at neutro mo potest eē: ergo non é pōlis talis fra. maiorem
ponunt adversarij certam, et vlre é. minorem probant, quia in
primis non potest eē absoluta ex suo frali, et quidditativo
conceptu, quia cum sit ex suo conceptu amicitia, et filia
tio, quę non sunt ad se, sed ex fralissimo conceptu ad
aliud (nemo enim é amicus, aut filius sui) nequit ex eodē
conceptu eē absoluta.

Quod autem nequeant eē respec
tiva probant, tum quia non é ulla ro fundandi talem
affectum, seu relationem, tum quia non é trus ab
que rone autem fundandi, aut tri nullus existit rus.
ergo. maiorem ex ea probant, quia nequit eē ro fundandi re
lationem ipsum subtum sanctitatis, nam relationes non fundan
tur in subtis, sed in subtis debent eē rones fundandi
relationes. neque etiam é ipsa sanctitas, nam si hec eē
ipsa relatio debet ante sanctitatem supponi ro fundandi talis
relationem. preter subtum, autem, et sanctitatem nihil é.
ergo nulla é ro fundandi.

Sed neque é trus quoniam si ali
quis trus posset esset maxime deus tanquam sa regula
honesti

honesti: atqui Deus hac rone nequit ee terus, quia Deum ee actus seu regulam honesti e Denoatio extrinseca, seu quid morale; et quod morale e, seu Denoatio extrinseca nequit ee terus vel alicuius, aut realis rus, qualis in gratia sanctificante, seu sanctitate e.

Refter sanctitatem non ee ex suo specialissimo, et comunissimo conceptu aliquid respectivum, sed abstrahere, quod si sermo sit de sanctitate creata, licet daremus ee respectivam transcendentaliter ex suo conceptu eo quod importet ronem prij virtutum, et forsam et amactuum, supernatium, non predicamentaliter (nisi per denoatiōnem extrinsecam) rus autem transcendentalis non tollit cominus res, aut fra sit absoluta, siquidem quelibet entitas creata respicit transcendentaliter Deum, ut suum auctorem, et cam, nectamen quelibet dicitur respectiva, sed innumere sint absolute.

Quod afferebatur de rone fundandi, et tro vim non het, nam rus transcendentalis non presupponit ronem fundandi, sed e ipsa entitas respicientis, terus vero huius rus non opus e, quod sit verus, et realis, cum actus intellus representans chimeram heat rum transcendentalem ad illam, cum tamen illa non sit quid reale, sed potius implicet quod realis sit. Unde licet daremus, quod Deus, ut sa regula, et virtutes infuse l. actus circa honestum esset terus, ad huc sanctitas prestet illum transcendentaliter respicere tanquam id cum quo conformari deberet. negamus tamen Deum ee terus transcendentaliter respectum a santitate.

Videamus nunc quantis vim heat, quod adducebatur ad impugnandum sanctitatis ee absolutam

tam. damus nunc amicitiam, et filiationem complete et adæquate acceptas ee' fras respectivas. at negamus, quod sanctitas, seu gratia sanctificans præcise per se ipsam sit completa, et adæquata amicitia, seu filiatio adoptiva. nam filiatio adoptiva exigit aliud tanquam partiale constitutivum, et intra dicam; et amicitia cum deo, ut pote amor mutuus importat redamationem divinam, atque ideo sanctitas completa ē incompleta amicitia, hoc ē amicitia iusti secundum eam partem quæ præcise se tenet ex parte illius, quem reddit propterea se amabilem, et dignum amore divino, non vero redamatum. Sectio 5a. Alia argumenta dissolvuntur. —

Sectio. 5a

Alia argumenta dissolvuntur. —

Obijcitur demum 1o. impossibile ē quod fra aliqua na sua detrahet ad oē honestum. ergo impossibilis ē sanctitas creata na sua talis. patet solutio, quia ubi ē impossibilis actus ē impossibilis fra. ergo si actus 2us sanctitatis creatæ ē detrahere ad oē honestum, et hoc ē impossibile impossibilis erit prædicta sanctitas. ans pro, quia plura honesta sunt inter se incompatibilia. ergo si non impossibile sit subtrahi aliquod detrahi ad incompatibilia: impossibile erit detrahi ad oē honestum. —

Resp. 1o. hoc argumentum non solum probari impossibilem ee sanctitatem creatam na sua detrahentem ad oē honestum, sed etiam ee impossibilem divinam, quia nulla nec per se, nec per accidens potest detrahere ad res oīo incompatibiles, atque ideo l. ipsa sanctitas divina erit impossibilis, quia ad impossibilia nequit detrahere. sed et eodem modo convincitur non posse deum oīa honesta præcipere;

quia

quia non potest Deus precipere injustitia vel quod oia honesta impediret, ut tu ipse fateris.

Resp. 2° eodem modo retorqueri argumentum, si omnia honesta inter se repugnent sicut sile de omnipotentia divina, videlicet inter possibilia sunt plura que repugnant inter se. Sed divina omnipotentia non potest tollere repugnantiam. ergo neque potest tollere oia possibilia.

Quare verum quod sicut divina omnipotentia solum habet posse oia ea rone qua non repugnant, non vero ea que repugnant, et ideo non potest producere oia collective sed divisive, ita sanctitas habet na sua determinare ad oe honestum, quia honestum precepti, non vero quia est non honestum, vel non precepti. Unde cum obstat repugnantia ea rone, qua repugnant, et talia simul, nec sint honesta, nec precipiantur, aut precipi possint non pertinet ad sanctitatem ex na sua determinare ad illa.

Objicitur 2° non est possibilis fra qui sit na sua perfecta adequatio, et conformitas, cum ut sequamur rectius, adequate et conformius, cum Deo tanquam prima regula honesti est id aut in hoc consistit, aut saltem requiritur, ut fra sit na sua sanctificans. ergo non est possibilis maius modi fra. maior in hunc modum pr: non est possibilis que sit primum oium effectuum honestorum, aut affectus qui tendant circa honestum grabiter preceptum. quia, si dicat non plus posse Deum precipere, quam creaturam obedire, et ad tot posse limitatam creaturam determinare, quod infinita Dei voluntas valet precipere. nunc vero creatura finita obediendi potest prestare infinita precipiendi, hoc autem requiritur ut fra sit na sua Sanctificans

Sanctificans ergo non est forte talis sanctitas.

Respondeo negando. Ut sanctitas ali-
qua sit vera, seu sanctificans, satis est si adequetur quan-
tum de se est cum sua regula honesti, ut gravitur precipiente, aut prohibente, iuxta supradicta, et hac ratione forte est sanctitas vera, seu conformis, et adequata cum sua regula honesti. atque ideo nego maiorem. ad probationem nego etiam minorem, quia cum precepta Dei sint rationabilia, et prudentissima non videantur circa impossibilia illi, cui imponuntur, atque id circo non potest plura precipere, quam que potest prudenter, et rationabiliter precipere, nec potest plura prudenter, et rationabiliter precipere creature, quam que creatura, saltem ellevata exequi potest. unde fit, quod semper temperetur, et veluti commensuretur virtus divina, ut precipiens cum potentia creature ad obediendum, et exequenda precepta. non ergo excedit vires rei creatae supernaturalis, ut est sanctitas, adequatio cum sua regula honesti, ut minor illa aiebat.

Dices Deus potest precipere plura et plura, ac tandem infinita. creatura autem non potest facere plura, et plura, ac tandem infinita: ergo nequit esse creatura, ut est sanctitas creata adequari, et commensurari cum sua regula precipiente. Minorem probo, quia virtus finita non potest infinita. Respondeo Deum non posse absolute precipere creature infinita, si creatura, saltem ellevata non posset exequi infinita, alias posset imprudenter precipere, saltemque irrationabiliter, si preciperet impossibilia. plura autem et plura successive in infinitum potest creatura, cum cogitationes Beatorum per totam eternitatem habende sint plures, et plures in infinitum

ty) atque ideo potentia dicuari, et confirmari cum sua res... ita precipiente plura, et plura in infinitum.

Ubi vellem ad ultimum argumentum posse instaurari in violatione preceptorum: etenim non est in voluntate creata potentia violanda omnia divina precepta, siquidem Deus potest plura, et plura prohibere in infinitum; creatura autem nequit plura, et plura in infinitum cum virtus finita voluntatis, non it ad infinita. ergo tam repugnat quod gratia determinet ad implendum omnia precepta gravia, quam quod voluntas per propriam libertatem determinet ad illa violanda.

Obijcitur 3. si solum esset polymitus fidei adhuc esset perfecta sanctitas, et tamen tunc non determinaret natura sua ad omne honestum, cum actus fidei non sit omne, sed tantum aliquod honestum: ergo non opus est ad perfectam sanctitatem, quod natura sua determinet ad omne honestum. nec satis est dicere, quod tunc actus fidei esset omne honestum, cum ex suppositione facta in argumento non supponere aliud honestum. nam contra est 1o, quia hac ratione habitus fidei esset tunc sanctitas, siquidem deberet ad actum fidei determinare ad omne honestum. 2o quia tunc sanctitas idem prestaret determinando ad actum fidei ac modo prestat, quatenus precise determinat ad illum; sed nunc non habet rationem sanctitatis, quatenus precise determinat ad fidem: ergo neque tunc, aut certe haberet denominationem extrinsecam sanctitatem, et non esse sua.

Respondetur in predicta hypothesi... tium sanctificantem solum determinare ad solum actum fidei, ex parte autem sua, et quantum

de se, ad omne aliud honestum si ocurrat precepto, et prole sit; quem ad modum in nostra de atributis dicebamus de divina omnipotentia, casu quo omnes creaturae preter unam redderentur impossibiles. unde licet detratio ad actum fidei non sit sanctitas, neque propter hoc precisse esset tunc sanctitas esset propter detrationem universalem, et quasi substantialem, quam habitus prestat; quantum est ex parte sua ad omne honestum, quod cunque sit si graviter precipiatur, quod neque fides statuere prestaret, neque gratia nunc prestat, precisse in quantum detrahat ad fidem.

Obijcitur 4.º si deus prohiberet aliquam rem gravem intrinsece malam, et ius tu prohibitione aut obligationem ignoraret posset nihilominus rem prohibitam facere absque emissione gratiae. ergo haec non excludit positive omne inhonestum grave, cum non excludat rem illam prohibitam quae est intrinsece inhonesta graviter. Respondetur tum non dari inhonestum voluntarium ut tale in re peccati (cum quo solum habet incompatibilitatem gratia sanctificans) sed materiale et involuntarium. cum quo optime cohaerere potest creata sanctitans. quaestio 4.ª an gratia sanctificans seu forma qua iustificamur sit nobis intrinseca, et realiter inherens. sectio prima explicantur quaestio, et placita referuntur.

Quaestio 4.ª

An gratia sanctificans, seu forma, qua iustificamur sit nobis in=trinseca

trinseca, et realiter inhærens.

Sectio 1a.

Explicatur quæstio, et placita referun-tur.

Non disputamus in præsenti an sanctitas, seu forma iustificans sit utcunque nobis intrinseca, cum hæretici ipsi non negent (.l. negare non debeant) esse moraliter intrinsecam, quandoquidem credunt iustitiam dei, aut christi, quæ realiter nobis est extrinseca aplicari, imputari iustificatis perinde ac sive eis inhæreret, et esset intrinseca, quod est in æstimatione morali esse intrinsecam. est igitur sermo de inhærentia phisica realiter intrinseca.

Et quidem hæretici plane fatentur esse extrinsecam. ita Calvinus lib.o 3o institutionum cap.e 2o. §. cap.o 11 §. 23. cap.e 16. §. 1. et in antidoto Tridentinæ in sessione 6a cap. 8. Luterus in cap. 2 epistolæ ad Galatas et in eo sententia Saxonici, et electorales. Mathias Illiricus in suis scriptis centuria 1a lib.o 2o. Osiander in sua confessione, et in refutatione Philippi Melanctonis, atque ex parte Martinus Chemnitius in lib.o concordiæ. Chemnitius apud Tiletanum, et canonici Colonienses in antididagmate cap. per quæ causas iustificemur.

Inter hos tamen hæreticos dissidium est maximum circa sui erroris fundamentum; nam alij, ut Calvinistæ, et Luterani, ex eo putant iustificationem fieri per formam extrinsecam, quia forma iustificandi est obedientia et

et iustitia christi per fidem aplicata, et apprehensa. alij, ut Osiander, quia credunt iustitiam dei, seu christi, qua deus est esse id quo iustificamur. alij denique, ut Gusenus, quia putant partim esse aliquod intrinsecum, partim ex vita christi domini, et ad hunc modum delirant alij.

Cum chatolicorum sensus constanter asserat iustitiam sanctificantem seu sanctitatis formam qua iusti sumus esse nobis realiter intrinsecam, et phisice iustis inhaerentem. ita Suarez lib. 3. de gratia cap. 6. et lib. 6. cap. 3. Belarminus lib. 2. de gratia cap. 3. Valentia 1a 2ae disp. 4 quaest. 3 puncto ultimo Monsieur disp. 1. in 2a parte disputationis cap. 4. vide sed hanc Per Pr. positas 1a 2ae quaestione 110 articulo 1o numero 2o, et articulo 2o ac rursus quaestione 113. articulo 2o Becanus 2a parte tomo 1o tractatu 4o cap. 2o Conim de actibus supernaturalibus disp. 11a dubio 1. Stapletonus tomo 2o articuli lib. 3o de iustificatione prolegomeno 2o et rursus cap. 2o et 3. eiusdem libri fusse que in sequentibus. Suarbius Turrianus opusculo 1. de gratia disp. 1a dubio 5. 6. 7. Per Vasquez 1a 2ae disp. 202. cap. 1o, et 3. Montesinos ibidem disp. 3a quaestione 3. a numero 30. Per Granado eadem parte controversia 8a de gratia tractatu 8o disp. 2a numero 3. Vega in Tridentinum cap. 4. et alij cum divo Thoma 1a 2ae quaestione 110a articulo 1o et quaest. 113a articulo 2o.

Dicendum. Ut cum nota sanctum esse dici- [illegible] doctores chatolicos in decernendo, an haec veritas

ritas sit de fide non de fide ee etiam ante Tridentinum sentire Scotus, et alii coeteri tamen doctores dicunt ante Tridentinum non fuisse definitam, ac proinde nec de fide. Imo sunt qui sentiant nec fuisse rem certam, praesertim de parvulis, ante concilium Viennense, sed ambiguam, et probabilem, cum Innocentius 3us cap. Maiores de baptismo quaestionem dijudicans referat contrarias opiniones Theologorum nihil quae definiant circa illas. post Tridentinum autem dicunt ee certam, et de fide ob eiusdem concilii definitionem. Voluit litem componere P. Suarez lib. 6. de gratia cap. 1 numero 3 ea distinctione Theologis usitata, qua dicimus rem dupliciter posse ee de fide 1o. quoad se, l. in se, 2o quoad promulgationem, et sufficientem propositionem factam a viva ecclesiae. Priori modo dicit fuisse rem de fide ante concilium Tridentinum non posteriori, quia veritas ante concilium continebatur in sacra scriptura, quamvis huius sensus non esset adeo perspicuus, et notus, nec per ecclesiam aperte explanatus. post concilium vero Tridentinum utroque modo ee de fide, et quia continetur in sacra scriptura, ut prius, et quia facta e sufficiens promulgatio viva totius ecclesiae quatis non erat antea. Sectio 2a nostram sanctitatem, seu formam iustificantem ee nobis intrinsece inhaerentem pr autoritate.

Sectio. 2a

Nostram sanctitatem, seu formam iustificantem esse nobis intrinsece inhaerentem pr authoritate.

sentimus

Sentimus cum doctoribus catholicis gratiam qua iusti sumus, et de facto sanctificamur vere et realiter nobis inhaerere, quod haeretici negabant, et prius quam omnibus rem confirmemus, autoritate roborabimus, tum ex sacra scriptura, tum ex concilijs tum denique ex patribus.

Et inprimis hanc veritatem sacra pagina continet, ut ex multis locis constabit quorum aliqua hic adducemus. 1° enim continetur in illis quibus iusti dicuntur templum dei in quo ipse l. spiritus sanctus habitat personae vel divinae mansionem faciunt. Ioannis 14 versu 23. ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. 1a ad Corinthios 3. versu 16°. nescitis quia templum dei estis, et spiritus sanctus habitat in vobis, ac cap. 6. versu 19. ac nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, et epistola 2a cap. 6. versu 16°. qui autem consensus templo dei cum idolis vos enim estis templum dei vivi, sicut dicit deus, quoniam inhabitabo in illis et ... ad Ephesios 2°. versu 22. in quo et vos coedificamini in habitaculum dei in spiritu 2a ad Timotheum 1° versu 14. bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. cum enim haec inhabitatio, et mansio fiat per gratiam, sequitur hanc vere esse in nobis, ut ratione illius deus, l. persona spiritus sancti sit, et habitet in nobis.

2° ex illis quibus dicitur gratia nobis donari, diffundi in cordibus, et signari. 1a Ioannis 3 versu 1°. videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur et simus filij dei, vocat nostram sanctitatis charitatis. ad Romanos 5. versu 5. charitas dei (sic etiam appellat gratiam sanctificantem) diffu-

sa e in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est
nobis, et versu 17 multo magis abundantiam gratiae, et
donationis, et iustitiae accipientes. 2a Petri 1o maxima
et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini
divinae consortes naturae. 2a ad Chorinthios 1o, qui
(deus) et signavit nos, et dedit pignus in cordibus nos-
tris. ad Ephesios 1o cap. 1, versu 13. in quo, et credentes sig-
nati estis, et cap. 4o versu 30. nolite contristare spi-
ritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemptionis.

3o ex illis in quibus dicimur reno-
vari per iustitiam, et sanctitatem, hanc quae esse unitatem
ad Ephesios 4 versu 24. renovamini spiritu mentis ves-
trae, et induite novum hominem, qui secundum deum creatus
est in iustitia, et sanctitate veritatis. vide etiam ad
Chorinthios 2a cap. 5. versu 17, et concilium Triden-
tinum sessione 6 canone 5] psalmo 40. versu 5. sa-
na animam meam, quia peccavi tibi, Isaias 6. versu 10.
ne forte etc. corde suo intelligat, et convertatur, et
sanem eum. renovatio enim spiritus, et vita animae nostrae
intelligi sunt non extinguere.

Adduci possent etiam alia loca
in quibus dicimur generari in filios dei, et semen dei
in nobis manere, nam generatio nostra spiritualis fit per gra-
tiam, et fraim sanctificantem, quae habet, ut semen dei
de oritur consortium divinae naturae, et similitudo. vide Io-
annis epistola 1a cap. 3. versu 9. et Petri epistola
1a cap. 1o, et epistola 2a cap. 1o numero 4.

Probatur 2o ex conciliis nam 1o Clemens
5us in Clementina unica de summa Trinitate, et fide
chatolica § ultimo ait ex concilio Viennensi, opinionem

nis, quae dicit tam parvulis, quam adultis concedi in baptismo infusam gratiam, et virtutes; tanquam probabiliorem, et dictis Sanctorum, et doctorum modernorum Theologiae magis consonam, et concordem sacro approbante concilio duximus elligendam.

Deinde Tridentinum sessione 6a cap. 7 sic ait hanc dispositionem seu praeparationem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio, et renovatio interioris hominis, et interioris. Unde iusti nominamur, et sumus iustitiam in nobis recipientes, ac paucis interiectis id tamen in hac impii iustificatione fit, dum eiusmodi sanctissimae passionis merito per Spiritum Sanctum charitas dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. tandem canone 11o. Si quis dixerit homines iustificari i. sola imputatione iustitiae Christi, l sola peccatorum remissione, exclusa gratia, et caritate, quae in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhaereat, aut etiam gratiam, qua iustificamur esse tantum favorem dei anathema sit. vide etiam concilium Milevitanum cap. 3o.

Probatur 3. ex patribus, et 1o sanctus Augustinus tomo 2o. Epistola 85 sic ait, quid est aliud iustitia cum in nobis est etiam quam interioris hominis pulcritudo, et tomo 5. lib.o 19 de civitate dei capitulo 27. hic in unoquoque iustitia est tomo 8. in psalmis 98, ad illa verba iustitiam et iudicium in Iacob haec nos, qui fecit ipsam iustitiam, quam habemus, ipse in nobis fecit. quis enim in nobis fecit iustitiam, nisi qui nos iustificavit? nos ergo impii ille iustificator, quando, et ipsis

iustitia

iustitiam ipse in nobis fecit, qua illi placeam.

2° [redacted] Sanctus Chrisostomus omilia ad Neofitos ubi ita loquitur, multis quidem videtur caelestem gratiam in peccatorum remissione consistere, nos autem honores computabimus decem: hac de causa etiam infantulos baptisamus, ut non sint coinquinati pecato, ut eis addatur sanctitas, iustitia adoptio etc.

3. Sanctus Basilius de Spiritu sancto cap. 26 ita inquit. Sicut sic videndi vis est in oculo ita gratia Spiritus Sancti est in anima purgata, et sicut ars est in eo, qui illam nactus est, ita gratia Spiritus Sancti in eo qui illam recipit, semper quidem presens, et si non perpetuo operans. Vide sanctum Cirilum lib. 4. in Isaiam ad illa verba capitis quadragessi quarti vide Zsmemento horum Jacob, et Israel, ut omittamus alios, est enim concors patrum sententia, ut videre est apud Velarminium lib. 2. de iustificatione cap. 8. Canisium lib. 3. de beata Virgine Vegam lib. 7 in Tridentinij Stapletonij, Valenciam, et alios, et l. ipsi heretici id supponunt siquidem Cemnicius in 1a parte examinis concilij tridentini haec habet non movemus litem, quomodo iustificationem accipiant patres, et infra non ignoro aliter loqui patres etc.

Sectio 3a per id ipsum rationibus ex sacra pagina deductis.

Sectio. 3a.

Probatur id ipsum rationibus ex sacra pagina deductis.

1°

1ª iusti sunt viva membra christi iuxta illud ad Romanos 12 versu 5. multi unum corpus sumus in christo, singuli autem alter alterius membra, et 1ª ad Chorinthios 12 versu 11 vos estis corpus christi, et membra de membro, at qui membra viva, non solum habent vitam, et vitales operationes in capite, sed etiam in se ipsis. ergo iusti non solum in christo, qui est eorum caput, sed in se ipsis habent vitam, quae est sanctitas, et iustitia.

2ª iusti sunt palmites, et christus vitis iuxta illud Joannis 15. numero 4. ego sum vitis vos palmites, sed palmites non solum habent vitam in vite, seu vitam quae est in vite, sed etiam vitam, quae vere sit in ipsis, neque solum habent operationes vitales vitis, sed proprias in se ipsis. ergo, et iusti non solum habent vitam spiritualem animae in vite christo, sed etiam in se ipsis.

3ª iustorum corda mundantur per gratiam, et sanctitatem ad videndum deum, iuxta illud mathei 5º. beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt, sed munditIes oculorum debet fieri et esse in illis, nam si ipsi in se inmundi sint, quamvis mundissimi habeantur, et reputentur, videre solem non possunt. ergo gratia, et sanctitas iustorum in ipsis est, illis quae inhaeret.

4.ª christus sponsus est, et anima iustificata illius sponsa (ut constat ex canticis canticorum cap. 4. versu 9., et 12 item que capite 5. versu 1.) et quidem pulcherrima, ut habetur cap. 1. versu 7. cap. 2 versu 13. capite 4 versu 1.

1, et 1. cap. 6 versu 3. et 9 cap. 1. numero 6: sed sponsa non dicitur pulcra sponsi pulcritudine, seu pulcritudine que in sponso est, sed pulcritudine propria in ipsa sponsa existente, ergo et anima non dicetur pulcra a gratia, et iustitia, que in sponso christo est, sed ab ea que in ipsa existit, vereque ei inheret.

Imo addit Belarminus, idcirco sponse tribui in canticis pulcritudinem propriam mulieris et sponso pulcritudinem propriam viri, ut intelligamus aliam esse pulcritudinem christi, aliam anime iustificate, quinimo ut idem notat esset absurdum, quod sponsus celestis, vere, et in se pulcerrimus sponsam haberet fedissimam, et turpissimam, solumque exterius ornatam pretiosa aliqua viri veste.

5ª in hominibus, qui iustificantur fit fons aque vive, hoc est gratie salientis in vitam eternam, iuxta illud christi Joannis 4. versu 10 dedisset tibi aquam vivam, et versu 14°, aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam, non autem fieret in iustis fons, si in illis non esset gratia sed in christo, quantumvis putaretur, aut crederetur in iustis esse. ergo gratia iustis intrinseca est, illis que inherens. preterquam quod aqua nequit dici viva, nisi in visceribus fontis ebulliat, et formetur. ergo nec gratia talis per metaphoram appellabitur, nisi intra iustorum animas concipiatur, et formetur.

6ª christus dominus passus, et mortuus est, ut nos, et suum populum, seu ecclesiam vere sanctificaret, secundum illud ad Efesios 5. versu

2° tradidit Temetipsum pro nobis oblationem, et verse 25. et 26 se ipsum tradidit pro ea (ecclesia) ut eam sanctificaret mundans ea lavacro aquae in verbo vitae, ut sit sancta et inmaculata. ad titulo 2. versu 14. dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem. ad Hebreos 13. versu 12. ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Sed si iusti non haberent iustitiam et sanctitatem inherentem, sed imputative solum, nec in se iusti essent, nec vere sanctificarentur, nec Christus finem, quem intendebat consequeretur. ergo iusti habent iustitiam, et sanctitatem inherentem. Sectio 14.a interna sanctitatis inherentia alijs rationibus comprobatur.

Sectio 14.a

Interna sanctitatis inherentia alijs rationibus comprobatur.

Probatur adhuc 1° charitas sive caritas. non sufficit peccatum alienum imputatum, ut quis vere dicatur peccator, iniustus, et filius diaboli. ergo nec sufficiet iustitia aliena Christi aut Dei imputata, ut aliquis iustus sit, sed requiritur, quod vere in se iustitiam habeat. patet consequentia, tum quia non minus requiritur iustitia ad veram denominationem iusti, quam peccatum ad realem denominationem peccatoris, tum etiam, quia denominatio peccatoris per maculam habitualem est moralis denominatio. vero iusti semper est physica; atqui facilius est denominari moraliter subtam per

frig

stiam imputatam, quam physice. ergo Christus non potest satisfacere per peccatum alienum, nec potuit satisfacere alio pro, quia christo domino imputata fuere peccata nostra, ut pro eis satisfaceret, sicut nobis fuit imputata illius iustitia, immo ea apellavit sua psalmo 21. verba delictorum meorum etc., nec tamen christus fuit vere, et proprie peccator iniustus, et filius diaboli, ut deberet esse si sufficeret imputatio peccati alieni, ut esset proprie peccator. ergo.

Quod Dominus Mathias Illiricus in confessione antuerpiensi cap. 6. et Brentius in apologia fatetur christum dici verissime peccatorem, quia patentissime imputavit nostra peccata, impie blasfemant. nam ut optime Pater Valques, Montesinos, et alii catholici observarunt, quamvis christus dictus fuerit peccator 2a ad Corinthios 5. versu 21, eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, et item maledictus ad Galatas 3. numero 13. christus nos redemit de maledicto factus pro nobis maledictum, nunquam dictus est maledictus, nec peccator, sed ubique iustus, innocens, sanctus, et segregatus a peccatoribus, atque ideo maledictum in 2o loco dicitur, quia sustinuit poenas, et maledicta nostri peccati debita, peccati vero, in primo quia fuit hostia pro peccato. nam ut bene Sanctus Augustinus lib. 2o. adversus Maximinum cap. 2 peccatum in scripturis saepe accipitur pro victima oblata in expiationem peccati, ut cum dicuntur sacerdotes manducare peccata populi.

2o in iustificationem christus nobis restituit iustitiam, et sanctitatem, quam per peccatum in Adamo amisimus. sed per peccatum non amisimus

in

in Adamo iustitiam christi extrinsecam, sed intrinsecam.
ergo iustitia, et sanctitas, quam nobis in iustificatione
christus restituit non est iustitia christi, sed alia intrin
seca. maior ex S.to Augustino lib.o 6. de genesi
cap. 24 recipimus, inquit, iustitiam, ex qua per pec-
catum lapsus est homo, et cap. 26. ecce quod amisit A-
dam per peccatum. in hoc ergo renovamur secundum
id, quod amisit Adam. et S.tus Ireneus lib.o 3.
cap. 20 idem statuit. minor comprobatur quia iustitia, quam
perdidimus in Adamo, erat sibi illi, qua in statu
innocentiae fuit iustus Adamus, hic autem non fuit
iustus in eo statu per iustitiam christi extrinsecam, sed
per intrinsecam. nec in sententia probabilissima iustitia A-
dami erat dependens a christo, illius vel meritis, sed
independens ab illo. cum multi credant eandem perseveraturam
si non peccaret Adamus nec esset aut veniret christus,
quod stare non posset si esset ipsa iustitia christi. —
3.o post iustificationem vocat
nos sacra scriptura absolute iustos, sanctos, filios Dei et
heredes gloriae, ut patet ex epistola ad Romanos cap.
8.o et ad Epheseos cap. 3. alijs que locis. sed
si essemus sancti et iusti per iustitiam christi nobis imputa-
tam non possemus absolute tales appellari. ergo non
per iustitiam christi nobis imputatam, sed per intrinsecam
nobis inhaerentem sumus iusti et sancti. minor probatur a
contrario sensu, quia christus dominus vere in se, et
absolute sanctus erat eo quod iustitiam intrinsece habebat,
quamvis nostra peccata illi extrinsece imputabantur.
ergo nos vere, et absolute peccatores essemus, eo quod
intrinsece peccatum haberemus, quamvis iustitia christi ex-
trinseca

trinsecè nobis imputetur probo consequentiam, quia non est propria ratio quare imputatio iniustitiae non tollat absolute denominationem iusti, quam imputatio iustitiae absolute denominationis iniusti –

4° probari potest ex R. Becano qui haeretici eatenus dicunt nos iustificari iustitia christi imputata, quatenus per fidem credimus nobis remissa esse peccata propter christi merita, et per iustitiam ipsam christi nos iustos effici. atqui per talem fidem non potest id fieri ergo non iustificamur per iustitiam christi imputatam, sed per iustitiam nobis inhaerentem. Minor probatur quia ut id fieret per fidem deberet haec fides esse prior iustificatione, siquidem ea debet esse prior suo effectu, et ex sententia Calvini in antidoto Tridentino ea fides est causa iustificationis. talis autem fides non potest esse prior iustificatione alias esset falsa cum prius quam sint remissa peccata credat esse remissa, et iustificationem peractam prius quam sit, videlicet in illo priori, in quo fides esset non daretur iustificatio, nec peccatorum remissio. forsan haec ratio instari posset in verbis consecrationis praecise christi signantibus.

5° Probat Belarminus, quia nobis imputaretur iustitia christi, ut per eam iusti haberemur, et crederemur, perinde, ac si nostra propria et intrinseca esset, non minus iusti haberemur crederemurque, quam ipse christus; proindeque diceremur, crederemurque redemptores, salvatores mundi etc. quod est absurdum. Probatur sequi, quia id praestat illa ipsa iustitia christi, qua ipse iustus est, et nobis imputatur perinde, ac si esset propria.

A

Et posset confirmari, quia omnes iusti essent equales, et equaliter sancti, imo et equalem sanctitatem haberet quilibet iustus cum christo, siquidem omnes, et singuli essent sancti eadem sanctitate christi; sicut omnes, et singulae personae divinae sunt equaliter deus, quia habent eandem deitatem, seu quia eadem est omnium deitas. verum instari forsan posset hoc non in meritis christi, quae quia aplicantur, et offeruntur non pro omnibus, quorum digna sunt, et causare potterant, non causant omnia in singulis.

6. probant Pater valencia, et Pater vasques. homo cum iustificatur fit obiectum proportionatum divinae dilectionis; iustus enim est dignus amore divino, et dilectione dei, incipitque diligi cum antea non diligeretur, sed potius odio aficeretur. sed non potest hoc fieri nisi detur aliqua mutatio in deo, aut in iusto, qui est terminus divinae dilectionis. ergo cum nequeat dici quod fiat in deo (alias deus intrinsece mutaretur) dicendum est fieri in ipso homine, atque ideo sanctitatem, seu gratiam sanctificantem, quae iustis constituit obiectum proportionatum divinae dilectionis esse illi intrinsecam, et inherentem. minor comprobatur, quia si omnia sint invariata, tam ex parte dei, quam ex parte hominis, nulla esset ratio cur potius nunc quam antea homo diligeretur.

Confirmat hoc ipsum divus Thomas 1a 2ae questione 110. articulo 1o. dum ait in hoc distingui dilectionem creatam ab increata, quod haec non praesupponit bonum, quod diligit, sed diligendo efficit; dilectio vero creata non efficit, sed supponit. ergo deus,

dig

dum ligit iustum ponit in illo aliquod bonum, et ... nempe gratiam, ut reddat iustum, ergo fit iustus non per favorem extrinsecum, aut extrinsecam iustitiam sed per formam intrinsecè inhærentem.

7º. probat Pe. Granados, quia iustificari per formam nobis intrinsecè inhærentem est magis consentaneum divinæ liberalitati, et meritis Christi: itemque magis conveniens ipsis iustis. ergo cum aliunde nulla sit repugnantia, ita fieri asserendum est. antecedens probatur: quia maior liberalitas est, quod non solum condonentur homini peccata, sed etiam interius decoretur, ac remuneretur dono, et forma supernaturali gratiæ, fiatque intrinsecè obiectum aptum divinæ dilectioni, sicut peccator per peccatum fit obiectum divini odii. Rursus id quod magis declarat divinam liberalitatem magis consentaneum est meritis Christi, magisque conveniens iustis, qui intrinsecè decorantur, et ad dignitatem filiorum extolluntur.

8. denique alii probant, quia neque homo potest dici albus albedine aliena, neque omnipotens aliena omnipotentia. ergo similiter neque poterit dici iustus iustitia aliena. antecedens omnes recipiunt consequentiam probant, quia denominatio iusti est eiusdem generis cum duabus præcedentibus, et aliis similibus. Verum Pe. Vasquez non probat hanc rationem ob propria, quæ in materia de incarnatione tuetur. Sectio 5a ea quæ ab auctoritate petunt hæretici contra nostram doctrinam.

Sectio. 5a

Ea, quæ ab auctoritate petunt hæretici contra nostram doctrinam.

hæretici

Heretici multa congerunt pro suo errore stabiliendo, quorum precipua, et difficiliora hic adducemus, reliqua enim ex horum solutione sponte ruent, aut facillè solvi poterunt. et inprimis obijciunt Calvinus Bucerus, et Chemnitius ea loca in quibus sacra pagina nòlm iustificare accipit more forensi pro eodem, ac iustis declarare, et pronuntiare. unde iustitia erit ipsa inocentie declaratio, et iustitie cristi imputatio. eius modi autem loca plura sunt, nam psalmo 50. versu 6. dicitur, Ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris, et proverbiorum 17. versu 15. qui iustificat impium, et qui condemnat iustus, et Isaie 5. versu 23. qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti aufertis ab eo. et Luce 7. versu 29. et omnis populus audiens, et publicani iustificaverunt deum, et versu 35. et iustificata e sapientia ab omnibus filijs suis, rursusque cap. 10. versu 29. ille autem volens iustificare se ipsum. et ad Romanos 8. versu 33 quis accusabit adversus electos dei? deus, qui iustificat, quis est, qui condemnet.

Respondeo dupliciter 1º instando argumentum ad hominem per contrarium sum, sepe in sacra scriptura iustificare non accipitur more forensi pro eodem, ac iustum declarare, sed pro eodem, ac iustus facere. ergo hac ratione accipi debet; patet consequentia, quia cur potius illa, quam hec credenda sunt. antecedens probatur ex Paulo ad Romanos 5. sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem sic et per unius iustitiam etc. sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituuntur multi

multi, et cap. 8, quos et iustificavit illos, et glorificavit.

Respondetur 2°. quod licet daremus nomen iustificare accipi pro eodem, ac iustum declarare, cum Deus nequeat peccatorem declarare iustum, nisi illum iustum faciat, et mundet a peccato (alias falsum esset illius iudicium, et iniqua declaratio) fit debere prius mundari, et iustificari peccatorem per gratiam, quod contendimus, et mox accedere divinam declarationem.

2° obijciunt ea, in quibus sacra pagina dicit nos iustificari iustitia Dei, aut Christi, et eiusdem obedientia. Sic Paulus ad Romanos 3. versu 22. iustitia autem Dei per fidem iesu christi in omnes etc., et cap. 5. versu 19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi, ad Philippenses 3. versu 9. et inveniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed illam, quae ex fide est christi iesu. 1a. ad Corinthios 1° versu 30. ex ipso autem vos estis in christo iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio etc.

Respondetur 1°. Becanus non quaeri hic an christus sit nostra iustitia, sed an iustitia christi sit nostra. Dicitur 2°. eo sensu dici nostram iustitiam, quo dicitur nostra sapientia; at non dicitur nostra sapientia, quia per illam formaliter simus sapientes, sed effective, ergo neque dicitur nostra iustitia, quia per illam formaliter simus iusti, sed effective, quatenus nos efficit iustos producendo in nobis iustitiam intrinsecam. Respondetur 3° similes locutiones reperiri in sacra scriptura, siquidem psalmo 17 versu 1°. dicitur fortitudo nostra fortitudo Dei. Diligam te domine fortitudo mea

psalmo

psalmo 70 versu 5. dicitur [struck] pascientia nostra, tue pascientia mea domine psalmo 26 versu 1º dicitur nostra salus, et illuminatio, dominus illuminatio mea, et salus mea, nectamen ideo dicimur fortes fraliter per fortitudinis, et omnipotentiam dei; pascientientes fraliter paciencia dei esse ergo neque propter illa realias loquutiones dicendus erit cristus, aut illius iustitia, iustitia nostra taliter, quod per illum fraliter iusti simus. Respondetur 4º iustitiam nostram dici iustitiam dei, quia a deo, tanquam a 1ª et principalissima causa infunditur, ut recte Augustinus libro de spiritu et littera divus Hieronimus libro 1º adversus Pelagianos, et rectius Tridentinum sessione 6ª de iustificatione capitulo 16 audi. que enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inherentem iustificamur illa eadem dei est, quia a deo nobis infunditur per cristi meritum. et potest etiam dici cristi, teste Belarmino, quoniam hic satisfecit patri pro nobis, et satisfactionem ita nobis donat, et communicat cum nos iustificat, ut nostra satisfactio, et iustitia dici possit, qui sensus, et explicatio est de mente Bernardi epistola 109 ad Inocentium non tamen negari debet alterius formalis iustitie nobis inherens.

3ª objiciunt ea in quibus dicitur iustitiam nobis imputari, seu nostrum credere reputari ad iustitiam. ad Romanos 4. versu 3. ad Galatas 3. versu 6. Jacobi 2. versu 23. Genesis 15. versu 6 in quibus locis loquens sacra scriptura de Abrahamo ait, credidit Abraham deo, et reputatum est illi ad iustitiam quasi diceret, inquit Calvinus Abraham credidit, et per fidem, qua credidit aprehendit iustitiam Christi, que sic aprehensa reputata est illi, &c.

Respondetur

Resp. 1° hunc locum non esse ad rem, nam Scriptura hic non loquitur de fide, qua Abraham crediderit remissa illi esse peccata, et iustitiam imputari, qualem requirit Calvinus, ut necessariam ad iustificationem, et ut illi fit christi imputatio. Resp. 2°. non dixisse Scripturam Abraham credidit Deo et reputata est illi iustitia sed reputatum est illi ad iustitiam, quasi diceret credidit, et ipsum credere acceptum est, ut mereretur iustitiam quoad augmentum videlicet, quia bona opera iustorum, quale erat ipsum credere (Abrahami) supponunt iustitiam, et merentur augmentum.

4°. Obiiciunt ea, in quibus dicitur nos iustificari in Christo aut per Christum. ad Ephesios 1. versu 4. 5. 6. elegit nos in ipso (Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati, etc. in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Actuum decimo 3. versu 39. in hoc (Christo) omnis qui credit iustificatur. ad Romanos 5. versu 9. multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, et versu 11. sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem habemus, Actuum decimo 3. versu 38. quia per hunc (Christum) vobis remissio peccatorum. Ergo in Christo, et per Christum nobis est remissio peccatorum, et iustificatio. ergo nostra iustitia Christi est.

Resp. in his locis solum contendi, quod Christus fuerit causa meritoria nostrae iustificationis, non quod formaliter per Christum, aut illius iustitiam sancti et iusti simus. Formam enim nostram iustificantem nobis sua passione, sanguine, et operibus meritus est, et intuitu eorum aeternus Pater gratos nos habet, atque infundendo iustitiam

iustitiam in illos efficit, et quidem parlam per signa... cam efficientem in Sacra Scriptura, et non. tamen, tra... lem patet ex Ioannis 1º omnia per ipsum facta sunt, ad Hebreos 1º, per quem fecit et secula; et proverbiorum 8. per me reges regnant. Sectio. 6. Solvuntur ea, quae ex ratione petuntur.

Sectio. 6ª

Solvuntur ea, quae ex ratione petuntur.

Obijciunt 1º iustitia, qua iusti reddimur debet esse perfecta, et immaculata: huiusmodi autem non est alia, nisi iustitia Dei, aut Christi. Ergo per has, aut earum alteram iustificamur. Minor pr. nam Isaiae 64. numero. 6. dicitur, et quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae, et Iob 9. versu 2. non iustificabitur homo compositus Deo, et psalmo 142 versu 2. non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Respondetur distinguendo maiorem debet esse perfecta, et immaculata, quae congruit purae creaturae concedo maiorem, supra, aut extra id quod congruit purae creaturae nego maiorem. non congruit purae creaturae illa ipsa iustitia, quae propria Christi, aut Dei sed alia longe inferior, et imperfectior. quamvis intra sphaeram purae creaturae immaculata, et perfecta; neque oppositum probant, quae adversarij adducunt.

Nam Respondetur tripliciter 1º in illis locis non dici absolute nostram iustitiam esse in se imperfectam

perfectam, et maculatam, sed vu dei post se quodammodo dici in iustitiã, quemadmodum creaturæ comparatione dei, et coram divina maiestate, immensitate que divini esse reputatur arena exigua, et quasi non sint non quia vere non sint, sed quia inter deum, et creaturas est tanta distantia, tantusque excessus, videlicet infinitus, ut facta comparatione, quasi nihili habeantur creaturæ, et pro nihilo reputentur.

2°. Respondetur verba ea esse humiliter prolata in persona, et nomine peccatoris considerantis maiestatem dei offensi, illiusque infinita puritate qua cognitione præeunte humiliter petit, ne secum agat ex rigore iustitiæ, sed ex plenitudine misericordiæ, et potest addi ideo ea verba dici, quia cum omnes quantumbis iusti sæpe venialiter peccent quasi hos defectus nostra iustitia sentit, cum eos non expellat, et apparet immaculata hoc est associata involuta, et mixta cum peccatis nostris venialibus in eodem subiecto concurrentibus, quæ nisi deus sua misericordia remittat non effugient divinum iudicium. Vide si placet aliam explicationis satis consentaneæ, et congruæ textui, soli apud Patrem Vasquez disp. cap. 6. annumerato.

Obijciunt 2°. per iniustitiam, et inobedientiam Adami omnes constituti sumus peccatores, ergo per iustitiam, et obedientiam christi omnes constituentur iusti. Probatur consequentia, quia non est minus efficax iustitia et obedientia christi ad iustificandum, quam iniustitia et inobedientia Adami ad maculandum, imo efficacior multo est iustitia christi iuxta illud Pauli ad Romanos 5. versu 15 non sicut delictum ita et do[num]

si

Si enim unius delicti multi mortui sunt; multo magis gratia Dei, et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit, antecedens etiam probo ex eodem Paulo ibidem, sed numero 12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit etc., et etiam ex Tridentino sessione 5.a in decreto de peccato originali cap. 2°. Si quis Adae praevaricationem sibi soli, et non eius propagini asseruit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem, et iustitiam quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum mortem, et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem, et peccatum, quod mors est animae anatema sit, cum contradicat apostolo etc.

Respondetur distinguendo antecedens omnes constituti sumus peccatores formaliter per iniustitiam, et inobedientiam Adami negando antecedens, causaliter, et ut sic loquar, originaliter, concedo antecedens. nam ut decernit Tridentinum loco proxime adducto canone ultimo 3. Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest, unicuique proprium. itaque Adami peccatum non est omnibus commune, ut forma, qualis esset si per illud omnes formaliter iniusti essent, sed ut causa, et singuli habent peccatum proprium, quod in illis est, et per quod sunt formaliter iniusti.

Ad probationem potius ex praedicto loco Pauli sumere possumus argumentum in contrarium, nam si per iustitiam, et obedientiam Christi constituimur iusti, sicut peccatores per iniustitiam, et inobedientiam Adami. ergo sicut per inobedientiam, et iniustitiam Adami non constituimur formaliter peccatores, sed causaliter, et demeritorie, ine[s]

inestque unicuique suum proprium peccatum distinctum a peccato Adami perquod fit unusquisque formaliter peccator, ita per iustitiam, et obedientiam cristi non constituemur formaliter iusti, sed causaliter, et meritorie ineritque unicuique sua propria iustitia a iustitia cristi distincta perquam sit formaliter iustus. de mente Tridentini facille constat ex proxime dictis.

Obijciunt 3°. si hoies iustificantur non iustitia cristi, sed iustitia propria illis intrinsece inherente frustra christus mortuus esset, cum ea sola posita hoies iusti essent absque eo quod cristus pro illis interveniat, atqui dici non potest posse hoies iustificari cristo non interveniente ergo non iustificantur iustitia sibi propria, et intrinsece inherente. Respondetur negando maiorem, nam licet opus non sit, quod cristus interveniat, ut posita iustitia inherente hoies iusti sint, nihilominus opus est, quod interveniat cristus, ut iustitia illis infundatur, cum Deus illam infundat propter cristi merita atque ideo non frustra, sed utilissime cristus mortuus est.

Obijciunt 4°. bene potest hō denominari proprie iustus a iustitia extrinseca: ergo bene potest esse iustus per iustitiam cristi. consequentia patet, quia si propter aliquam rationem non posset esse iustus iustitia cristi maxime, quia esset forma extrinseca a qua nihil potest proprie denominari. ans probatur, quia bene potest res denominari proprie talis a forma illi extrinseca, ut semper est in obiecto quod denominatur proprie cognitum visum, et amatum ab extrinseca cognitione visione, et amore: ergo etiam a iustitia extrinseca hō proprie poterit denominari iustus, an non?

Respondetur 1° posse retorqueri argumentum

argutij ad hōlm eadem frā concludendo, quod hō possit ēe albus, frigidus, videns per frām extrinsecam quia potest aliquid denoari proprie tale per frām extrinsecā: ergo et potenit hō denoari proprie albus, frigidus, et videns per albedinem, frigiditatem, et intellectionem extrinsecam. cur non? quod si dicas has denoationes esse intrinsecas, et denoationem extrinsecam provenire non posse a frā extrinseca, non ego idē vere possum?

Rᵉˢᵖ 2º. Per. Vtraque non quamlibet rem posse extrinsece denoari a qualibet frā extrinseca, sed opus ēe, ut inter eā, quē denoant, et denoantur, sit aliquod genus affinitatis, et conexionis quod in com: mo loquendi censeantur idoneum fundamentum talis denoationis (aliàs quēlibet res denoaret quamlibet.) nulla autē conexio, seu affinitas videtur ēe inter dei iustitiā aut cristi, et hōlm, quē pro fundamento sufficiat, ut denoetur hō ab illa iustus, sicut ipse latē probat. atque ideò non potest ab illa hō denoari, quamvis aliquē aliē res possint denoari a frā extrinseca.

Obijciunt. 5. hōes iustificantur per remissionem peccatorum, sed remissio peccatorum confertur per merita cristi, et ab illis causatur. ergo hōes iustificantur per merita cristi. Rᵉˢᵖ 1º negando maiorem praecisse remittere peccata non ē proprie iustificare, sed ad summum iustificare negative, quod ē reddere subtum non iniustum, minime vero reddere iustum. Rᵉˢᵖ 2º omissa maiori distinguendo minorem; sed remissio peccatorum causatur per merita cristi effective, et meritorie concedo minorem; formaliter nego minorem. nē dicere quod merita

cristi

christi sunt ea meritoria expulsionis peccati, quatenus merentur fram per quam expellitur, non ideo sunt fra expellens: iustitia autem qua iusti sumus e fra expellens peccatum. sectio 7a an gratia sanctificans inhereat immate aie.

Sectio 7a.

An gratia sanctificans inhereat immediate animae.

Cum ostensum huc usque sit sanctitatem nostram, seu gratiam sanctificantem ee intrinsecam, et nobis inherentem restat videamus an hec inherentia sit immate in aia an in intellu aut voluntate. 1a sa docet ee immate in aia. sic Per Valencia 1o 2e disp 8a questione 2a puncto 3. versu sed contra Pe Disputatione ibidem questione 110 articulo 4. versu quod videtur Per Becanus 2a parte tomo 1o tractatu 4. capite 3. questione 6. Per Torres opusculo 8. de gratia disp. 1a dubio 18. numero 10. Pe. Suarez lib.o 6. de gratia capite 12 numero 13. Curiel 1a 2e questione 110: articulo 4. Per Granado controversia 8. de gratia tractatu 4. disp 2a. sectione 1a numero 4. et coiter Thomiste cum divo Thoma hic questione 110 articulo 4. corpore.

2a sa docet non immate inherere aie sed subiectari in voluntate. ita Albertus in 2o distinctione 26 articulo 3. Durandus questione 1a numero 6. Ricardus articulo 1o questione 4. Gabriel questione 1a articulo 1o Enriquez quodlibeto 4o quaestione 7. Vega lib.o 7o in tridentinis capite 25 Scotus in 2. distinctione 26 quaestione 1a et aliis non paucis: existimant enim gratiam sanctificantem non

distinctio

distingui ab habitu charitatis, quem dicunt residere in
potentia voluntatis imo, et Stus. Bonaventura in 2° distin.
26. questione 5. dixit esse in voluntate, non obstante
quod senserit gratiam distingui a charitate.

Ex his duabus sententiis tamen
verior. probatur 1°. quia in unaquaque potentia solum residet habi-
tus, qui de se inclinat ad actus illius potentiae non ad actus
aliarum. at gratia sanctificans qualitate inclinat ad actus
omnium potentiarum, et non potius ad actus voluntatis de se, quam
intellectus. ergo non residet immediate in voluntate, sed in anima.

2°. virtus supernaturalis intrinsece
elevans est immediate in subiecto, quod phisice elevat ad effici-
endum: sed gratia sanctificans intrinsece elevat animam ad
efficiendum: ergo est intrinsece in anima. maior inductione
constat, nam ideo habitus fidei intrinsece est in intellectu,
et habitus caritatis in voluntate, quia prior elevat intellectum
ad actus fidei supernaturales, posterior vero voluntatem
ad actus caritatis, et sic de habitibus aliis virtutum in-
fusarum. minorem probo, quia potentia naturalis animae elevatur
ad efficiendos actus supernaturales circa honestum in communi,
et in particulari, ut suo loco dicemus.

3°. gratia sanctificans se
habet in ordine supernaturali, tanquam natura comparatione virtu-
tum, et actuum supernaturalium: sed in nulla potentia naturali sub-
iectatur (obedientialiter) quod se habet tanquam natura in
ordine supernaturali: ergo subiectatur in anima, quae est natura in
ordine naturali. patet consequentia, quia non est aliquid ubi
subiectari debeat nisi potentia, aut anima [illegible] ex co constare
potest, quia habitus, qui immediate afficiunt potentias perfi-
ciunt eas iuxta modum [illegible] earum, non [illegible]
inclinando

inclinando, et dextrando unamquanque ad suum actum, et obiectum sibi proportionatum. modus autem peculiaris la nem non est ne, quae se habet per modum pot radicalis, universalis, et indifferenter oia respicientis. ergo.

4°. quia credendum non est potentias singulas vitales spirituales, nempe intellectum, et voluntatem ordinari, et perfici immate qualitatibus supernalibus et aiam, quae est pars nobilior sibi innatae, et perfectione privari. ergo sicut in intellectu, et voluntate ponuntur habitus fidei et virtutum quibus immate afficiantur, et perficiantur, ponenda est gratia in aia. nec dicas aiam perfici perfectione potentiarum; nam eodem modo ego dicerem potentias perfici perfectione aiae, et unam potentiam perfectione alterius, atque ideo non opus esse, quod perficiantur immate per qualitates supernales.

Probat 5°. P. Suares, quia gratia est formalis terminus regenerationis hois, et fundamentum filiationis adoptivae Dei, quatenus est peculiaris participatione divinae. ergo immate respicit naturam, seu essentiam aiae. posset probare coentiam, quia terminus communicatus in regeneratione spirituali debet esse in termino communicato per generationem nalem, ut sic servetur debita proportio.

6°. probat idem Suares, quia per gratiam sanctificantem illabitur Deus ipsi aiae secundum essentiam eius novo modo existendi in illa: ergo Deus infundendo hanc gratiam specialiter operatur in ipsa essentia aiae, atque ideo illa immate recipitur in ista. qua ratione dicit, recte intelligitur illud, quia adhaeret Deo unus spiritus fit cum eo, videlicet per specialem unionem Dei cum aia. Confirmatur praepositus, quia gratia non est virtus, sed ordinem generalem

rationis aliquid prius: ergo convenit illam here subij. prius subto virtutem, atque ideò erit in substa aiē. Actio 8. aliquibus obiectionibus retir.

Sectio 8a.

Aliquibus obiectionibus respondetur.

Multa sunt que ex Excoto, et alijs possunt obijci, sed oia exigui momenti, hent enim facillem solutionem, et inprimis obiicitur Stus Anselmus, qui lib. de conceptu virginis cap. 3o dixit olm iustitiam, etin iustitiam ee in voluntate, atqui gratia sanctificans ē quedam iustitia: ergo ē in voluntate. Rletur Sanctum anselmum loqui de speciali virtute iustitie qualis non ē gratia sanctificans.

2o. obijcitur, gratia sanctificans solo ly facit ee meritorios actus voluntatis, non intlus: ergo non ē immate in aia, sed in voluntate. pr. consequentia, quia solum ē in illa pōa, cuius actus facit ee meritorios, tum etiam quia si esset in aia non esset potior ro quare actus voluntatis faceret meritorios, quam intlus. equaliter enim se heret ex parte sua ad oēs, eos que equaliter dignificaret.

Rltur negando ans, si comprehendat actus intlus a voluntate liblre imperatos. si autem loquatur de illis secundum se, et ut sunt precisse ab intellectu sine imperio liblio voluntatis, verissimum ē, et illud concedo, nego tamen consequentiam. ad priorem probationem nego assumptum, nam ad dignificanda opera non opus ē, quod gratia, seu prium dignificans sit

sit ipsa cuius sunt opera. Unio enim hypostatica per Verbum divinum non unitur immediate voluntati, quae efficit actus, et opera meritoria, (ut tu fateris) sed substantiae animae; et tamen dignificat actus voluntatis. sufficit itaque ad dignificanda opera, quod intra idem suppositum alia in aia sit prius dignificans, ut opera libera sint meritoria. ad posteriorem probationem etiam negatur assumptum, nam ad meritum non sufficit dignitas, sed praeterea requiritur libertas. Unde cum in actibus voluntatis, et non in actibus intellectus nisi accedat imperium voluntatis, sit libertas e potior ratio quare actus voluntatis, et non intellectus habeant rationem meriti, quamvis gratia sit in aia, et qualiter quantum est ex parte gratiae dignificet omnes.

Et quidem potest etre torqueri argutus in actu voluntatis indeliberate elicito ab homine iusto, non enim esset meritorius, ut fatentur omnes. igitur arguitur sic: si gratia sanctificans esset in voluntate, ut vis, omnes illius actus essent meritorii, cum non esset maior ratio quare unus eorum deberet meritorius, et non alius, sicut eadem gratia equaliter se haberet ad omnes. ergo sicut hic recurris ad libertatem tanquam ad potiorem rationem, ut deliberatus sit meritorius, indeliberatus vero non sit. ita ego ad eandem recurro, ut actus voluntatis sit meritorius actus vero intellectus non, quamvis gratia sit innata, et ex parte sua equaliter se habeat. dico

Obiicitur 3°. gratia est dispositio ad gloriam, seu ad beatitudinem: sed dispositio est in eodem subiecto in quo est ponenda forma. ergo cum beatitudo sit ponenda in voluntate gratia erit etiam ponenda in eadem. Resp. 1° est duplici capite esse dubiam argumenti vim. 1° quia non est certa maior cum plures ponant dispositiones in quantitate, et formam in materia. 2°. quia est incerta minor

cum

eum. sub opinione, et iudice sit an Latitudo sit ponenda in Voluntate, ut Schotistæ volunt, l. potius in intellectu, ut probabilius docent Thomistæ. 67

Rdetur 2° distinguendo maiorem est dispositio proprie, et ex natura rei petita ad recipiendum nego maiorem; improprie, et solum ex divina ordinatione petita, ut ius confert, et quasi supposito pacto Deum cogat ad gloriam conferendam, concedo maiorem. Unde patet ad minorem dispositio prioris generis non opus est quod sit, ubi est recipienda forma; quid quid sit de dispositione posterioris generis praeterquam quod non est omnino certum, quod actus vitales intellectus, et voluntatis (qui in sententia probabili procedunt immediate ab anima) non recipiantur immediate in anima, atque ex hac parte potest esse gratia, et dispositio ad gloriam immediate in anima.

Obijcitur 4°. gratia, et peccatum opponuntur contrarie; ideo que mutuo se expellunt. ergo sunt in eodem subiecto cum ex doctrina philosophi contraria sint quae sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subiecto mutuo se expellunt, atqui peccatum est in voluntate, et non in anima ergo gratia etiam est in voluntate, et non in anima. Rdet aliqui 1° peccatum est in anima ratione maculae, et non in voluntate, atque ideo gratiam debere esse in anima, ut illam mundet, non in voluntate. Rdet 2°. Per prepositus gratiam, et peccatum non opponi phisice, se non se phisice destruere sed moraliter, et quae sic se destruunt, et opponuntur, non opus esse quod sint in eodem subiecto.

Rdetur 3°. gratiam, et peccatum non opponi contrarie, ea contrarietate, quam rigidis suis legibus philosophus describit. sed ea quae solum importat incompatibilitatem et repug-

et repugnantiam intra idem suppositum, quamvis non sint phisicè in eodem subiecto immediato: duae enim quantitates non solum repugnant in eodem subiecto immediato, sed intra idem suppositum circa subiectum immediatum; si enim subiectarentur una quantitas in frà equi, et alia in mà eiusdem certè essent in diversis subiectis, et nihilominus non possent naliter congari in eodem equo, quia quantitas impediret infrationem, et receptionem frè equi, quae quanta esset.

Unde autem oriatur ea incompatibilitas inter gratiam sanctificantem, et peccatum, si phisicè sunt in diversis subiectis? facile colliges si advertas gratiam sanctificantem in aïa habere pro effectu frali illam sanctificare; peccatum vero, etiam si in voluntate sit, habet aïam maculare, et hi effectus frales repugnent simul et eodem tempore in eiusdem aïe, repugnant frè, ut pote fundamentum eorum etiam si sint in diversis subiectis immediatis intra idem suppositum humanum, siquidem ea ratione repugnat esse simul frās, quae repugnat habere suos effectus frales naturis, quales sunt nuper memorati.

Obiicitur 5.° quae sunt immaterialia in essentia non suscipiunt magis, et minus: at gratia suscipit magis et minus: ergo non est immaterialis in essentia aïe. Respondetur maiorem gratis assumi, et tanquam omnino falsam a nobis negari: etenim sufficit aïam in se consideratam non suscipere magis, et magnus, ut non suscipiat magis, et minus id, quod subiectatur in ipsa, nam rogo an potentiae spirituales quae subiectantur in aïa (nam si non distinguuntur ab illa, quae in illis subiectantur, etiam subiectabuntur in aïa) suscipiant magis, et minus aut non? si sic? ergo in aïa subiectatur quod suscipit magis et minus contra assumptum in maiori.

in maiori, si non suscipiunt. ergo sicut gratia quamvis suscipiat magis et minus recipitur secundum te in voluntate, quae non suscipit magis, et minus poterit subiectari in anima, quamvis haec non recipiat magis, et minus. quaestio 5a an gratia sanctificans sit actus vel potius habitus. Sectio 1a status quaestionis, et doctorum sententiae.

Quaestio 5a

An gratia sanctificans sit actus, vel potius habitus?

Sectio 1a

Status quaestionis, et doctorum sententiae

Quamvis constitum sit, quod adversus haereticos nostram sanctitatem esse intrinsecam, et inhaerentem, nec nos iustificari per extrinsecam imputationem iustitiae Christi non eo ipso constat eam esse habitum, aut potius actum, cum utrique commune sit intrinsece inhaerere, ut patet in actibus supernaturalibus, et virtutibus infusis, quae intrinsece nobis inhaerent. quare quaerimus an sanctitas nobis inhaerens, seu gratia nos intrinsece sanctificans sit actus, vel non sed habitus.

Et quidem de parvulis res videtur certa inter catholicos, imo sunt qui credant esse de fide, quod gratia eos iustificans in baptismo sit infusa permanens, et distincta ab actibus idque definiri in Tridentino, ut videre est apud Patres Suarez lib. 6. de gratia cap. 3. Belarminum lib. 1o de gratia, et libero arbitrio cap. 3. Valenciam 2a parte disp. 4. quaestione 3a puncto ultimo Montesinos, et alios. infantes enim permanenter sancti sunt

sunt absque vllo actu, cum nullum tunc habeant meritorium, quo iustificari possint, aut disponi, siquidem vsu rationis carent, nec vllam gratiam actualem secundum ordinariam legem habere possint, vt tanquam evidens, et probatione non egens supponit Pater Suarez proxime citatus numero 6. prope finem.

Quod ipsum sensi debet de amentibus, et in quibus videtur militari eadem ratio, siquidem, et in quibus sicut in alijs adultis vsu rationis carentibus, licet enim aliquos actus habeant nullum habent meritorium, nec habere possunt, quia nec possunt habere deliberatos, nec rursus auxilium gratiae, seu gratiam actualem supernalem de lege ordinaria ex vi cuius nullum conficitur ad bene operandum moraliter, et ad implenda praecepta atque virtutem meritoriam elliciendam, et per inde tractantur eiusmodi adulti ac si essent parvuli, quoniam non minus incapaces sunt libertatis obligationis, et meriti, atque ideo in omnibus militat aequalis ratio.

Inter hos autem, aut amentes aut vsu libertatis carentes non computo eos, qui in vna linea tantum amentes sunt in caeteris autem perfecta libertate pollent. (quales posse esse, et experientia docet, et dicte probat Pater Thomas Sanches in opere de matrimonio) quia in caeteris lineis iudicandi et tractandi sunt perinde, ac si nullam lineam amentiae habeant, siquidem, vt supponimus, linea amentiae non vitiat caeteras, alias non esset in vna sola sed in omnibus contra suppositum.

Procedit itaque quaestio de adultis in quibus vsus rationis perfecte viget, et inquirimus an iustificentur per actum, vel non sed per habitum, nec minus

dispositionem

disputamus an per actum perfectae contritionis, seu caritatis supernatis possit quis iustificari; id enim seorsim, et speciatim examinandum est inferius, quoniam est gravissima questio, et valde his temporibus controversa.

1a. Sequit nostram sanctitatem, seu gratiam qua de facto iustificamur esse habitum, et non actum, ita Pater Prepositus 1a. 2ae. questione 110. articulo 1o. n.o 2. et 3o. probatione 3a. ac questione 113a. articulo 2o. dubio 2o. Pater Becanus 2a parte tomo 1. tractatu 4. cap. 3. questione 5a a numero 16. Pater Suares lib.o 6. de gratia cap. 4 a numero 1. Pater Granado controversia 8. de gratia tractatu 8. disp. 3a sectione 2a 3a et sequentibus. Pater Belarminus lib.o 1.o de gratia, et libero arbitrio. cap. 3. et lib.o 2o. de iustificatione cap. 15. Montesinos 1a 2ae disp. 36a questione 5a. § 1 et 2 et est communior inter catolicos dico communior, quia licet nullus neget nos iustificari per habitum gratiae sunt qui negent nos iustificari per eum solum, quia credunt etiam iustificari per actum, ut constabit ex dicendis inferius.

2a docet nostram sanctitatem, et inherentem iustitiam non esse habitum, aut saltem non semper, sed aliquando iustificari per actum. priorem partem huius disiunctivae conclusionis docent heretici, ut Calvinus in antidoto concilij Tridentini sessione 6 cap. 7. Tilmannus in lib.o de sexcentis erroribus Pontificiorum Chemnisius in examine Tridentini parte 1a et ex catolicis idem videtur sentire Albertus Pigius 5. de libero arbitrio tenentque generaliter docere illi olim heretici, qui nos iustificari asserebant per iustitiam cristi, aut dei, non per etiam nobis intrinsece inherentem. posteriorem vero docent

ij

iis oes, qui infra referendi sunt pro opinione asserente posse hominem iustificari, et de facto sufficienter iustificari per actum perfectae contritionis, et caritatis supernaturalis. Sectio 2.a nostram sanctitatem de facto esse habitum, autoritate probatur.

Sectio 2a.

Nostram sanctitatem de facto esse habitum autoritate probatur.

Convenimus hic cum Soto, et quamvis ista constare possit ex iis, quae dicenda sunt quaestione 1.a ubi ostendemus non posse iustificari hominem per solos actus, quantumvis honesti, et supernaturales sint, nihilominus hic speciales probationes afferemus, quae rem directe probent, et confirment.

Atque in primis probari potest in locis Scripturae, quibus dicitur nos per sacramenta iustificari; nam cum nos minime iustificent se ipsis, et formaliter, solum iustificare possunt efficienter (non deeo nunc an efficientia physica, vel solum morali) per modum instrumenti ad infundendam iustitiam, et formam sanctificantem; non enim sacramenta infundunt actum. Neque dici potest, ut recte scribit Bellarminus, quod iustificent quatenus excitant fidem, quoniam frustra baptizarentur infantes, et surdi, et usu rationis carentes, cum in illis nequeat excitari fides. Loca autem Scripturae plura sunt. Pauca seligam quae sufficiant. ad Titum 3. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde. Ioannis 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei. ad Ephesios 5. ut

cam

eam sanctificaret mundans eam lavacro in verbo vitæ.

Confirmari potest 1°. ex illo Ioannis 4. aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. nam si, ut Bellarminus, et alij volunt, loquatur de fonte gratiæ, quæ est fons, et origo bonorum operum, medijs quibus, ut post meritorijs, pervenimus ad vitam æternam, satis indicatur per metaphoram fontis permanentia gratiæ, quæ permanentia propria est habitus et non actus, siquidem hic facillè transcit et deficit. Confirmari potest 2°. ex illis locis in quibus gratia comparatur unctioni, sigillo et semini, quæ res sunt permanentes, et diuturnæ durationis. sic 2a. ad Corinthios 1°. et 1a Ioannis 2. et 3°.

Probari potest 2. ex concilijs. et in primis ex tridentino sessione 6a cap. 7. ubi dicit nos iustos nominari ac vere esse iustitiam in nobis recipientes, unusquisque suam etc secundum propriam cuiusque dispositionem, et cooperationem. non autem dicitur conferri à Deo etc secundum propriam cuiusque dispositionem, et cooperationem. et sentit nostram iustificationem fieri per habitum, non per actum. Idem facit caput 10. ubi dicit, iustos per observantiam mandatorum crescere in iustitia accepta. non autem cresci iustus in actu, ergo in habitu. atque adeò iustitia est habitus.

2°. ex Moguntino (habetur 2° tomo S. Conciliorum) cap. 7. cuius sunt hæc verba his donis in ipso scilicet corde permanentibus, non solum reputatur, aut nominatur (ut hæretici contendebant) sed vere etiam existit iustus. actus autem

non

non permanent quandiu homo existit iustus. ergo sentit concilium non fieri iustum per actus, sed per habitus. et potest confirmari ex Chatechismo Pij quinti, autoritate Tridentini constructo, nam in tractatu de baptismo loquens de gratia sanctificante sic ait, divina qualitas in anima inherens, ac veluti splendor quidam, et lux, que animarum nostrarum maculas omnes delet, ipsasque animas pulcriores, et splendidiores reddit, ne autem quis dubitaret, an ea officia, et effectus prestaret divina illa qualitas per modum habitus an per modum actus postea subiecit per eam qualitatem [...] ad omnia christiane pietatis officia nos habiles reddi.

Probari potest 3.° ex Sanctis Patribus nam 1.° Sanctus Basilius de Spiritu Sancto cap.° 26. sic egregie ait, sicut ars est in eo qui illam nactus est, ita gratia spiritus sancti in eo, qui illam recipit, semper quidem presens, et si non perpetuo operans, sicut autem ars in eo, qui illam nactus est sit habitus, et non actus, etiam gratia spiritus sancti erit habitus, alias hec non erit in eo qui illam recipit, sicut ars in eo qui illam nactus est, et preterea quia cum actus non semper sit in homine nec modo operetur modo non operetur cum de mente Basilij, gratia in eo qui illam recipit semper sit, et si non semper operetur sed modo operetur nunc non, ergo iuxta mentem gratia de mente eius doctoris non est actus, sed habitus.

2.° Sanctus Augustinus in psalmo 118 concione 26.a exponens illa verba, feci iudicium et iustitiam, non minus aperte ait, iustitia nomine hoc loco non ipsa virtus, sed opus eius significatum est. quis enim fecit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium, hoc est

ē per gratiam ex impio facit iustum. facit ergo iustitia; ideo ē opus iustitiæ, qui hēt in se iustitiam, id ē opus gratiæ. idem sentit in pluribus alijs socijs suorum operum, quæ et non paucos alios patres urbi tatij ergo prætermitto. ——— Sectio 3ª eadem ipsa ueritas ratione fit.

Sectio. 3ª

Eadem ipsa ueritas ratione proba-tur.

Pr 1º rone. de lege ordinaria non datur status medius inter statum iustitiæ, et statum peccati; sed daretur status medius, si hō esset iustus non habitu, sed actu. ergo hō non fit iustus per actus, sed per habitum, atque ideo nostra iustitia ē habitus. maior supponenda ē, ut indubitata, et certa. Minorem probo; quia potest hō carere actu sine pecato suspendendo omēs actus, vel saltem suspendendo actus supernales per quos posset iustificari, et nullum comittendo pecatum. ergo si non ē iustus, nisi per actum datur 3us status inter eē in pecato, et habere iustitiæ actum, nempe carere actu. ———

Pr 2º. si nostra sanctitas et iustitia non esset habitus, hō non esset iustus nisi cum operatur supernaliter, at ē iustus, etiam quando non operatur supernaliter. ergo nostra iustitia, et sanctitas non ē actus maior uidetur clara, quia si nostra sanctitas ē actus supernalis eo cessante, cessaret sanctitas. ac proinde quod hō sit sanctus. minorem probo. quia iustus non ē perpetuo in operatione supernali, et ideo dixit ... Basilius de iustitia sanctificante

Semper

semper quidem operantes, sed non semper operans. —

Imo hinc fit quod toties homo labe-
retur in peccatum mortale, et ab statu felicissimo iustitiae
divinae filiationis, et amicitiae in infelicissimum culpae, et inimi-
citiae Dei deiiceretur quoties ab actibus supernalibus cessaret.
patet quia non deturbatur homo ab statu iustitiae, et filiationis
Dei, nisi per peccatum, tunc autem non manere in statu iustitiae
et filiationis Dei, patet, quia non haberet actum supernalem per
quem in illo statu constitui debet per te. confirmatur, quia
etiam evenire posset quod homo sine sua culpa amitteret
dignitatem et statum iusti, ut si dormiat, et in somnis abac-
tus esset. item quia sequeretur hominem quandiu iustus est
in continua actione merendi cum semper conservet actum libe-
rum supernalem in super quae meretur per ipsam iustitiam. —

Pr. 3°. iustitia, et sanctitas adultorum
est eadem, seu eius dem rationis cum iustitia, et sanctitate par-
vulorum, quae confertur in baptismo; neque enim praeparat De-
us diversam iustitiam in specie ad sanctificandos infantes
ab ea, quam praeparat ad sanctificandos adultos, imo sunt
plures qui existiment non solum de facto non dari diversam
iustitiam in specie, sed neque esse possibilem de potentia absoluta;
esset autem diversa in specie parvulorum, et adultorum iustitia
si una esset actus altera habitus: sed iustitia par-
vulorum in baptismo recepta est habitus, et non actus, ut
ex dictis constat, et apud catholicos certum est. ergo, et
sanctitas adultorum est habitus, et non actus. confirmatur, quia
si per habitualem sufficienter iustificentur parvuli,
cur non etiam adulti, cur multiplicanda est nova a-
lia sanctitas, seu forma sanctificans? —

Pr. 4°. adulti qui cum sola attri-
tione

tione iustificantur recipiunt gratiam sanctificantem, non actualem: ergo habitualem. minor pr̃, quia non recipiunt novos actus, ut per se, et velut ~~ex~~ exper(i)mento constare docet P. Suares neque ullus ibi e(st), qui possit ee. fra iustificationis; nam si aliquis esset maxime atritio; atque non sufficit ex sa. ratione; neque ex vi sacramenti mutatur intrinsece actus, qui de se alias e insufficiens, ut fiat in se sufficiens. unde fatetur P. Vasques evidenter colligi ex prijs, fideli adultus, qui per sacramentum, cum sola atritione iustificatur recipere dominj habituale gratie.

Probat 5.° P. Belarminus spiritus stus. peculiari mo inhabitat iustos, non adultos tantum, sed etiam parvulos, ut stus. Augustinus docet epistola 57.a et 105, nec desinit unquam inhabitare, quandiu iusti sunt, ut docs, inquit, concedunt, nequit autem intelligi quomo spiritus Stus. semper inhabitet iustos, et non inhabitet peccatores, nisi aliquid permanens efficiat in iustis, quod non efficiat in peccatoribus, id ~~[illegible]~~ autem e gratia iustificationis.

Probat 6.° quia non dicitur hõ peccator licet dicatur peccans, quia male operatur, sed quia adhuc transacta operatione mala remanet in illo macula per mum habitus. ergo vice versa non dicetur hõ iustus formaliter, qui operatur iustitiã, sed qui hẽt in se iustitiam per mum habitus. et confrat ex Ptrĩs, qui plane docent non posse recte dici iustum, qui unum, aut alterum opus efficit iustum, sed qui per habitum ita dispositus e, ut possit quando velit, facille

facille, perfecte, et cum delectione operari iusti=tiam.

Probari posset 1. ex doctrina Suarij ad omes actus virtutum supernales ponuntur habitus supernales, quibus potentiae naturales eleventur ponitur enim habitus fidei, ut credamus, et habitus spei, ut speremus, habitus charitatis ut amemus, atque ideo per istum producitur actus fidei quo credidimus divina misteria per istum actus spei, quo speremus beatitudinem, per istum actus charitatis quo diligimus deum super omnia, et similiter ponuntur ad alios actus supernales habitus supernales, ut in intellectu lumen gloriae ad visionem beatam etc. ergo ad actus supernales honesti in corde ponendus erit habitus supernalis, qui est sanctitas, seu gratia sanctificans, siquidem destratio ad omne honestum, nam eius quod debet ad honestum in corde trahat ad omne honestum. ergo sanctitas, seu gratia sanctificans est habitus. — Sectio 4a non nulla obiecta solvuntur

Sectio 4a.

Non nulla obiecta solvuntur.

Quamvis ea, quae infra adducemus probandum speciatim, quod actus perfectae contritionis, et charitatis supernalis possent sufficienter iustificare, militant contra doctrinam praecedentem atque ideo hic obijci possent, nihilominus ad suum locum remittenda sunt illa tantum hic solvantur, quae sunt generaliora.

Igitur obijcitur 1o operationes sunt actus non habitus, sed operibus iustificamur: ergo actibus non habitu iustificamur. maior nota vocatur in divijs [illegible]

et solutio videtur recta. Minor pr 1º ex epistola Sa Jacobi cap. 2º versu 24. videtis quoniam ex operibus iustificatur hō. 2º ex epistola ad Romanos 2. versu 13. non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. 3º ex 1a Joannis 3. versu 7., qui facit iustitiam iustus est sicut, et ille iustus est.

Huic argumento respondetur distinguendo minorem operibus iustificamur formaliter nego minorem; meritoriè concedo minorem. bona opera sunt meritum ad iustificationem, seu iustitiae augmentum, non vero sunt formaliter ipsa iustitia, seu iustificandi forma, et iuxta hunc sensum explicanda sunt scripturae loca, quae nuper adducta sunt, quamvis Belarminus lib. 2. de iustificatione cap. 16. versu vero duas alias explicationes exhibeat. praeterquam quod 3ij testimonij Joannis non docet inde provenirat, quasi formaliter, quod quis sit iustus, sed inde colligatur quod iustus sit, quemadmodum vivens dicitur ille qui movetur progressive, nec tamen ideo vivit quia movetur, sed è contra ideo movetur quia vivit, colligitur tamen quod vivat ex eo quod moveatur.

Obiicitur 2º nulla qualitas permanens seu habitus ponitur, ut hō permanenter sit iniustus, Deo ingratus, et peccator. ergo neque illa ponenda erit, ut sit iustus, Deo gratus, et sanctus per relationem, quia non è maior ratio unius quam alterius. confirmatur, quia actus peccati reddit hominem absolute malum, et iniustum. ergo et actus boni supernaturalis constituet hominem absolute bonum et iustum. Respondetur primo negando relationem, et reddit discrimen, quia repugnat Dei clementiaeque bonitati, quod ponat aliquid in hōe, quo sit illi ingratus, et invisus, non autem repugnat quod ponat aliquid, quo sit illi gratus, sed è maxime conformi

formi eius bonitati

Resp. 2.º negando d. cmo coentiam et dando novum discrimen, videlicet quod plus requiratur, ut quis sit absolute iustus, ut dicatur quis ut sit absolute iniustus, et malus, nam ut sit absolute malus sufficit quivis actus graviter malus, non vero sufficit quivis graviter bonus, ut sit absolute quis iustus, et sanctus, ut fatentur omnes. Quid vero mirum si ad absolutam denominationem mali, et iniusti non requiratur habitus, requiratur vero ad absolutam denominationem sancti.

Unde patet ad confirmationem negamus enim coentiam, non ut nuper dictum plus requiritur ad denominationem absolutam iusti, quam ad denominationem absolutam iniusti ut multis indicijs, et rationibus constare potest, nam 1.º ut ho. se constituat absolute peccatorem non eget gratia eget autem, ut se constituat iustum. 2.º ut sit peccator non est opus entitate supernali, seu excedente vires nales, eadem, ut sit iustus. 3.º ut sit peccator sufficit actus contra quamlibet virtutem, ut autem sit iustus non sufficit actus in qualibet virtute, alias per solum actum fidei, aut spei fieret ho. absolute iustus.

Objicitur 3.º l. poneretur habitus sanctitatis, ut facilius ho. operetur actus virtutum, et observantiam preceptorum, l. ut simpliciter id tantum possit. neutrum dici potest ergo non debet poni talis habitus. minor pb. quoad priorem partem, quia habitus, qui solum dant facilitatem operandi non sunt per se infusi, et acquisiti sunt per actus. gratia autem sanctificans non potest esse habitus acquisitus, sed sic est, debet esse per se infusus. quo

ad posteri

ad posteriorem etiam, quia habitus est habitu supponit potentiam
et totius datur ad illam augendam, alias habitus esset
tota potentia, et ea totalis actus, quod nemo dicet. non ergo
dat simpliciter posse cum non det totum posse.

Respondetur 1°. argumentum militare ad illos usus solos
habitus per se infusos virtutum supernaturalium; dolores
eos enim eodem tenore instaurari potest. Respondetur 2°. habi-
tum gratiae poni, ut permanenter homo sit iustus, et debet animam
ad omne honestum movere hac modo dicto superius. unde non da-
tur ad faciliter, sed ad simpliciter operandum. neque
probatio viget in contrarium, nam habitus gratiae et dispo-
nat aliquam potentiam in anima (proximam aut radicalem remotam
de quo inferius) non proportionatam, et completam complet enim
et simpliciter proportionat ad honestum, ut sic.

Obijcitur 4°. si gratia habitualis esset
causa formalis nostrae iustificationis non posset Deus absque tali ha-
bitu iustificare, ut nequeat Deus supplere defectum causae forma-
lis; iuxta communem philosophorum scholam: atqui potest, ut multi do-
cent, iique non vulgares, sed gravissimi Theologi (arbi-
trantur enim posse hominem iustificare per liberam suam vo-
luntatem condonantem, seu remittentem peccata) ergo.

Respondetur argumento probari nec causam forma-
lem nostrae iustificationis esse actum, quia non posset Deus
illam supplere, ut patet secundum eosdem illos doctores, qui
arbitrantur posse Deum hominem iustificare mere extrinsece
remittendo peccata. Dicitur deinde non posse Deum perfecte
hominem iustificare absque gratia habituali, aut forma alia
aequivalenti (qualem multi credunt unionem hypostaticam)
atque ideo negamus posse Deum supplere defectum gra-
tiae habitualis per voluntatem illam extrinsecam re-
missivam

missionem peccati, non ut infra dicam voluntas illa potest facere non peccatorem, seu negative iustum, quae non potest facere perfecte, et positive iustum. mitto alia argumenta desumpta ex oppositione formae iustificantis cum actu peccati, quoniam infra solvendum est, et solvi facile potest ex superius dictis, cum de subito immutatione iustificationis differebat. Sectio 5. specialis obiectio de collectione actuum.

Sectio 5a.

Specialis obiectio de collectione actuum.

Restat quaedam obiectio specialis in hac sectione seorsim expedienda, quae ita se habet. illa est formalis, et proprie sanctificans, quae perfecte adaequat hominem cum sua regula honesti, talis est collectio omnium actuum supernaturalis pertinentium ad voluntatem, et virtutes per se infusas. ergo saltem haec collectio erit forma vere, et proprie nos iustificans non vero habitus. minor probatur quia adaequari hominem cum sua regula honesti nihil aliud est, quam quod ea omnia impleat, quae dicta praescribit, et praecipit: eo autem ipso, quod ille eliceat tot actus, quot sunt obiecta honesta, implet ea omnia quae praescribit, cum quidquid praescribit sit honestum; alias circa aliquid honestum, quod praescribit non esset actus elicitus contra suppositum.

Hoc argumentum videtur alicuius magni momenti, sed revera nullius est, et illius imbecillitas multis ex capitibus ostendi, et revelari potest, 1o quia sequitur illum non esse iustum, qui de facto non habet illam connexionem cum tamen constet non omnes iustos illam habere

sive

sive quia obliviscuntur, sive quia non advertunt, cum oporteret elicere, sive quia omnem, aut saltem omnem actum honestum interrumpunt tempore somni, et quamvis in his casibus non esset culpa cessare ab actibus, non tollit quominus desinat esse iustus, quia licet sine peccato, tollere tamen forma iustificans, absque qua nequit homo esse iustus. 15

Imo hinc etiam sequitur secundum non omnes iustos habere sanctitatem eiusdem rationis, quia cum non omnes habeant eandem collectionem omnium actuum circa honesta aliqui habebunt actus circa aliqua honesta diversae rationis, circaque non habet alius; ea autem collectio est diversae rationis, quae actus diversae rationis claudit. ergo si sanctitas est collectio actuum sicut collectiones sunt diversae rationis, ita etiam erunt sanctitates.

Sequitur 3º parvulos non esse vere iustos contra definitum in Tridentino, et traditum in Viennensi, probatur; quia parvuli non habent actus circa omnia honesta, quis enim dicat nullum esse obiectum honestum erga quod non afficiantur actualiter parvuli, aut quod non amplectantur, et tamen, certe videtur satis ridiculum, et contra omnem rationem id asserere; sine collectione autem praedicta non est sanctitas. ergo non haberent sanctitatem, nec essent vere iusti.

Nec dicas hac ratione solum concludi parvulos non iustificari per collectionem actuum, sed per habitum, minime vero quod adulti non iustificentur per dictam collectionem. nam contra est, quod iam forma qua iustificantur parvuli esset diversae rationis, et non eiusdem cum forma adultorum, quod non est dicendum.

Sequitur 4. posse deum pro suo arbitrio

arbitrio, et libera voluntate facere, quod forma iustificans non sit forma iustificans, et quod sanctitas non sit sanctitas, ac vice versa, quod absurdum plane est, ut nemo negat; nequit enim Deus mutare naturas, et essentias rerum.

Sequitur autem 5o, nam demus hominem iustum habere collectionem omnium actuum, qui de facto sunt honesti, et tendunt circa obiecta honesta; potest adhuc Deus, vel obiecta aliqua ex illis prohibere, vel aliquem actum (qui enim prohibet tollere praeceptum antea positum, aut de novo prohibere, quae antea erat praecepta) tum collectio actuum non erit sanctitas, cum tendat in rem prohibitam, et inhonestam, habebitque in se deordinationem a regula (quod utrumque repugnat sanctitati) cum illa collectio antea esset sanctitas poterit Deus libere facere, quod sanctitas non sit sanctitas. et rursus cum possit res deducere ad pristinum statum prohibendo iterum illa eadem quae antea prohibebat, rursus erit illa collectio sanctitas ergo poterit facere, quod forma quae non erat sanctitas sit sanctitas.

Sequitur 6o (valde conformiter ad sequelam praecedentem) posse evenire, quod habere sanctitatem ipsam sit peccatum, imo et quod ipsa sanctitas peccatum sit. patet quia potest evenire quod Deus prohibeat aliquod obiectum, quod amat iustus per aliquem actum ex collectione iustificante, tunc autem habere talem collectionem erit peccatum cum sit contra divinam prohibitionem habere actum in illa inclusum, et rursus ipsa collectio erit peccatum siquidem est quid contra divinam prohibitionem relatum, seu habitum.

Sequitur 6o sanctitatis formam esse variandam, et mutandam pro varietate contingenti divinae

num preceptorum, seu prohibitionum; nam accedente novo precepto opus e novo actu quo impleatur, et accedente prohibitione circa rem antea preceptam suspendendus e actus antea habitus. mutato autem, aut variato quolibet actu, mutatur, seu variatur collectio, sicut variata, aut mutata parte variatur, seu mutatur totum: ergo mutaretur, aut variaretur sanctitas iuxta varietatem, et mutationem divinorum preceptorum, seu prohibitionum.

Denique sequitur 4. quod iustus non esset per gratiam sanctificantem positive dispositus, ac dextratus ad implenda nova alia precepta si de novo imponantur, cum tamen gratia sanctificans debeat sic subiectum positive disponere, ac dextrare. probatur sequela, quia per collectionem actuum solum disponitur, et dextratur subiectum ad ea obiecta, que de facto aversatur, aut amat, siquidem actus non sunt indifferentes ad alia preter ea, que de facto aversantur, aut amant.

Ex quibus absurdis, que predictam collectionem iustificantem consequuntur, facile constat esse falsam doctrinam oppositam, et ipse in illa incidunt. Resp. infra negando minorem, quia ut iustificet non sufficit facere quod actu prescripsit regula, sed requiritur, quod debite habilitet, et disponat subiectum ad ea omnia, que de novo prescripserit, hoc non facit aut prestat predicta collectio actuum. ad probationem dico, id esse adequari in actu 2°, non in actu 1°. Utopus e ad iustificationem. alias posset esse gratia sanctificans solus actus fidei, si ille solus a deo preciperetur, siquidem tunc adequaretur cum ista regula secundum id quod actu prescribebat. questio 6a. an habitus gratie

sanctificantis

sanctificantis distinguatur ab habitibus virtutum precertim caritatis. Sectio 1a premittuntur aliqua, et refeuntur se. —

Quæstio. 6a.

An habitus gratiæ sanctificantis distinguatur ab habitibus virtutum præcertim caritatis.

Sectio. 1a.

Præmittuntur aliqua, et refeuntur sententiæ.

Premittendum 1o. totam hanc controversiam coiter a doctoribus reduci ad habitum caritatis, quia de cæteris, aut res est fere certa, aut fere nullam dificultatem habet, etenim cum certum sit pereunte gratia et hoīe pecante posse perseverare, et sæpe ita evenire habitum fidei infusum, habitum spei ~~et virtutis aliarum~~ et aliquum virtutum moralium. ~~moralium~~ ~~aliis~~ planum est ab illis realiter distingui, est enim optimum, et legitimum distinctionis realis signum posse unum perire alio permanente.

At cum habitus caritatis, et gratiæ connexi ~~sint~~ sint, scilicet ex divina ordinatione inseparabiles, nunquam unus sine alio reperitur, atque ideo deest in illis signum distinctionis, quod reperitur in aliis et datur ocasio dubitandi ~~an~~ an hæc inseparabilitas oriatur ex reali aut etiam formali identitate, scilicet non sed, intercedente distinctione, aliunde connectantur.

prmi

Premittendum 2°. ~~aliquid~~ aliter ab aliquibus prefigi titulum huic questioni cum divo Toma 1a 2e questione 110a. articulo tertio videlicet, ~~an~~ an gratia sit idem, quod virtus, idem tamen res inquirimus, sed sub diversa voce; nam cum virtutis nomine veniant habitus virtutum perinde est rogare an gratia sit idem quod virtus, atque an gratia distinguatur a habitibus virtutum. ——

Premittendum 3. de multiplici genere distinctionis posse procedere presentem controversiam; ~~~~ tamen adduco restringi videlicet ad distinctionem realem, et rationis; sive quia precipua capita sunt, et magis in usu apud doctores, sive quia ceterae distinctiones exiguam ferre possunt utilitatem ad rem presentem, siquidem ex dicendis in hoc duplici genere, et cribro prius distinctionis facille de illis constare potest quid sentiendum sit. ——

His premissis triplex est sententia. ... cet habitum caritatis, et gratie sanctificantis realiter distingui atque ideo, nec re, nec ratione esse idem. ita divus Thomas 1a 2e questione 110 articulo 3. corpore, et ad 3um et lib° 3. contra gentes cap.° 150. et questione 27 de veritate articulo 1° Valencia ibidem disp. 8 questione 2a puncto 2. versiculo 3a et questione 3a puncto 2 versu 4° quamvis Torres opusculo 8. de gratia disp.e 2a dubio 18. numero 5. versiculo cum autem Prepositus 1a 2e questione 110 articulo 3. versu 2a 3a videtur probabilior. Marchinus de sacramentis tractatu 1° parte 3° cap.° sexto. — Per Suarez lib.° 6. de gratia cap.° 12. Per granado contro versia 8 a de gratia tractatu 4.° disp.e secunda sectione prima; ~~~~ et Thomiste cum angelico doctore.

2a

2a docet nec re, nec rone distingui, atque ideo utroque mo ee idem solisque vocibus distingui. ita Durandus in 2. distinctione 26. questione 1a. dubio. 6. et 8. et dicit probabilem Belarminus lib. 1o. de gratia, et libero arbitrio capo. 6. ubi se quamvis autem quanquam Per Valencia supra ubi su 2a opinio senceat ee improbabilem, nam scriptura, et Pes. loquuntur de gratia seu iustitia nostra, et de caritate, ut de rebus saltem rone distinctis.

3a mediat, et utrique aliquid concedit scilicet quidem quod non sint idem rone 2o vero quod sint idem realiter, atque ideo docet predictos habitus ee realiter idem sed rone distingui. ita Pes. Belarminus lib. 1o. de gra, et libero arbitrio cap. 6 ubi se quamvis autem Per Conin de actibus supernalibus disp. vigessima prima dubio. n. 79; ~~et disp. 22. de~~ et dubio 2o. disputationis 22 numero 7. Vega lib. 7 in tridentinum cap. 25. Albertus Magnus in 2e distinctione 26 articulo 3. Enriquez quodlibeto 4e questione 10a. et ple plures alij apud citatos videndi.

Non possum nonhic notare quendam recentiorem ita opinatum fuisse ut crediderit omnem habitum iustitie sanctificantis ee habitum charitatis, sed non omnem habitum caritatis ee iustitiam sanctificantem, atque ideo non ee mutuam relationem identitatis ab uno ad alterum habitum, sed valere ab uno, et non ab alio. quid nos sentiamus 2a sectione sequenti aperiemus. Sectio 2a proponitur, et explatur nostra sa.

Sectio. 2a

Proponitur, et explicatur nostra sa.

quemadmodum

Quemadmodū in ordine nāli damus poq intellectivam radicalem, et fralem; pōam volitivam radicalem, et fralem; sensus item internos, et externos radicales, et frales; ac denique virtutes acquisitas radicales, et frales; ita in ordine supernāli admittenda ē virtus fralis caritatis, et radicalis; virtus fralis fidei, et radicalis; virtus item fralis spei, et radicalis. Si que de ceteris virtutibus supernalibus. nam sicut se hent poq nales, et virtutes acquisite in ordine ad sg aliquam radicem nalem, quam dicimus nām, videlicet in ordine ad frām substalem; ita virtutes supernāles infuse in ordine ad sg aliam radicem supernālem (que licet non sit proprie nā, gratia, et a d. Thoma vocatur nā divina participata, seu nē divine participatiō) videlicet in ordine ad gratiā sanctificantem. vide angelicū doctorem 1a 2e questione 110 articulo 3. corpore; unde maiori ex parte hic discursus desumptus ē.

Deinde sicut in nalibus nos poq intellectivē, et volitivē radicalis intelligimus primariam, unde alie oriuntur, et cui tribuuntur, et debentur, et que sic oriuntur, aut debentur vocantur poq frales ita in supernalibus noē virtutis supernālis radicalis intelligimus primariam radicem, unde alie oriuntur .l. cui debentur; et que sic debite .l. orte sunt apellantur virtutes frales. et quia ab ā ia profluunt, illi vē debentur ~~poq~~ intellectivē, et ~~secundarie~~ volitivē secundarie hē dicuntur poq frales, illa radicalis, et siliter quia virtutes speciales oriuntur a gratia sanctificante illi vē debentur, hec vocatur virtus radicalis, ille vero virtutes frales. —

Ex quo ulterius fit quod sicut

nostra

nostra aīa considerata presisse in ordine ad poām intellectivam cuius ē radix dicitur intellectus radicalis non voluntas, et considerata in ordine ad poām volitivam dicitur voluntas radicalis non intellus. ita habitus gratiæ sanctificantis consideratus presisse in ordine ad habitum specialem caritatis, cuius ē radix (sive phisica, sive moralis de quo inferius) dicitur caritas radicalis, non fides, aut spes. et consideratus presisse in ordine ad specialem habitum fidei, dicitur fides radicalis non caritas. an autem caritas radicalis concurrat immate cum virtute spāli caritatis ad actus dilectionis dei superioria, et fides radicalis simul cum virtute spāli fidei ad actus credendi divina mysteria revelata, et sic de aliis ? dicemus inferius.

Perque hemus gratiam sanctificantem reipsa ēē caritatem habitualem, seu habitum caritatis; ēē habitum fidei, seu fidem habitualem; ēē habitum spei, seu spem habitualem; sicut aīa dicitur etē intellus, et voluntas. nihilominus regulariter loquendo nolm caritatis, fidei, et spei habitualis etta stat pro iis habitibus specialibus, quos virtutes apellamus, non pro habitu universali, se extendente ad oēs virtutes, q̄s diximus ēē primam radicem earum, quemadmodum nolm poē intellectivæ, et volitivæ regulariter loquendo non stat pro virtute radicali aīæ, sed pro spāli ab ea dimanante, quæ deservit ut instrumentum aīæ. atque ideò imposterum, nisi aliud explicemus nol virtutum infusarum intelligemus solos illos habitus speciales, qui dimanant a gratia, et hént specialia obta in ipsam gratiam, et nol caritatis habitualis seu virtutis caritatis intelligimus illum specialem habitum

habitum, qui solum respicit actus dilectionis Dei supernalis, quo Deum diligimus super omnia, quidquid gratie superadditur, non vero ipsam gratiam.

Quibus premissis clarissima erit nostra sa si dicamus gratiam sanctificantem comparatam ad habitus virtutum, et ad singulos earum, etiam hi seorsim, et in speciali veniat caritas realiter, et phisice distingui, comparatam vero ad virtutes radicales, itaque quod idem est, ad caritatem, fidem, spem, ut radicales, neque ab omnibus, neque a singulis realiter distingui, sed ratione saltem per ordinem ad diversos actus, l. constata convenio in 1ª parte assertionis cum 1ª sa que tutatur divus Thomas in 2ª. cum 3ª. atque ideo videtur hec nostra, utramque componere, et concordare.

Sectio 3ª

Gratiam sanctificantem realiter distingui ab habitu charitatis, et veterarum virtutum infusarum.

1ª probatio desumenda est ex concilio Moguntino celebrato anno 15. 4. concilium cap. 7. de iustificatione, ubi sic, cum venia peccatorum homo, etiam dei gratiam, et spiritum Stum una cum fide, simulque charitate in corde diffusis, accessit accipit, sufficeret autem asserere, quod accipiet gratiam, ut verbe eius accipere, simul charitatis, fidem, et spem, aut etiam sufficeret dicere, quod accipiet has virtutes, ut crederetur accipere gratiam, si omnes essent idem, aut saltem gratia, et charitas: ergo seorsum nominat, quia censet non esse idem, sed realiter distingui.

2ª desumenda est ex clementina unica de summa trinitate, et fide catolica § adhec ubi (sacro concilio Vienensi aprobante) Clemens 5us ait, in baptismo infundi parvulis infantem gratiam, et virtutes, en distinguit gratiam a virtutibus, et consequenter a charitate si enim sentiret non distingui opus non esset, tanquam distincta numerare.

3ª desumenda est ex concilio tridentino sessione 6ª cap. 7 ubi dicit iustificationem fieri per voluntariam susceptionem gratie, et donorum. ubi per dona minimum intelligit iuxta com. doctorum tres virtutes Theologales

theologales, atque ideo ea distinguit a gratia cum de illis ut distinctis loquatur, sicut canone 11. loquens de gratia et caritate dicens, si quis dixerit, hoes iustificari per sola imputatione iustitiae christi, l. sola peccatorum remissione exclussa gratia, et caritate etc.

Pr 4 ex rone gratia sanctificans é esse deterrantie positiva ad omne honestum, sub quocunque motivo speciali honestatis proponatur seu praecipiatur: sed habitus caritatis, seu caritatis virtus non é detrahio ad omne honestum sub quocunque motivo honestatis praecipiatur, sed solum ad actus amoris et dilectionis supernalis propter divinam bonitatem: ergo gratia sanctificans realiter distinguitur ab habitu caritatis. idea patet, quia ea realiter distinguuntur, quorum unum habet, quod non habet aliud, seu quorum unum praestat quod non praestat aliud, minorem probo, tum quia si de traheret ad omne honestum sub quocunque motivo praecipiatur, non potius esset caritas, quam fides, et spes, tum etiam quia habitus caritatis, ut é specialis virtus a ceteris ipsis distincta non respicit actus sub motivo specialis spei, fidei, et ceterarum, ut talia motiva sunt, sed sub proprio, et speciali; at gratia sanctificans respicit oia ea motiva: ergo.

Pr 5. ut habitus sit realiter caritas, non é opus quod sit realiter gratia sanctificans, neque ut sit realiter gratia sanctificans opus é quod sit realiter virtus, seu specialis habitus caritatis: ergo gratia sanctificans non é realiter virtus, seu specialis habitus caritatis; nec vice versa. atque ideo realiter distinguuntur. Patet consequentia, quia si essent realiter idem opus esset quod unus habitus esset, ut esset alter. ans pr, quia ut sit realiter virtus, et specialis habitus caritatis satis é, quod realiter sit principium actuum supernalis dilectionis dei super oia

oia. hoc non sufficit, ut sit realiter gratia sanctificans, cum non sufficiat adequare subiectum cum sua regula honesti, neque excludere ab inhonestum. ergo.

Pr. 6.º sic se hét gratia sanctificans ra (actuu) virtutum supernatium, sicut aia, et quelibet alia fra substalis ra poarum: sed aia et queris fra substalis distinguitur realiter a suis poiis: ergo et gratia sanctificans a virtutibus supernalibus minorem suppono, probatamen ex Phia maiorem nunc probo, quia gratia sanctificans é tyesse supernale, sicut aia, et fra substalis sy ee nale, deinde quia sicut poe nales reducuntur ad unam tq radicem nalem, a qua fluant; ita virtutes supernales ad unam radicem supernalem a qua oriuntur, ut bene divus Thomas hic questione 110 articulo 3. corpore. ac denique, quia sicut poe nales sunt instrumenta fre ad actus nales ita virtutes sunt instrumenta gratie ad actus supernales.

rorem, alii periculosum, et maiori ex parte reliqui eē falsum.
sequela vero pr, quia ut aliquis actus sit meritorius de condig
no 1ae gratiae, et remissionis pecati mortalis. solum requiritur
quod praecedat, ut opus bonum supernale praecertim intrinsece
et entitative, et factum ab hōe grato, et amico dei: hoc heret
actus contritionis, et caritatis ergo. minorem probant, quia
imprimis praecederet 1ā gratiam, siquidem disponit ultimo ad
illam, et cum sit ca remissionis pecati, utpote fra sanctificans
etiam illam praecederet. quod autem sit factum ~~[illegible]~~ ab
hōe grato inde patet, quia eo ipso quod praecedat, fraliter illum
iustificat, atque ideò praecedit à iustificato, et amico dei de supernaturalitate
op

operis, seu actus non debitatur. hoc ergo oia quæ diximus requiri ad meritum de condigno sunt gratiæ, et remissionis peccati mortalis..

5.° fra justificans debet esse in aia, actus contritionis, aut caritatis non est in aia ergo actus contritionis, aut caritatis non est fra sanctificans: neque habet vim sufficientem justificandi, reliqua facile conceduntur ab adversariis. minorem nostri probant, quia fra sanctificans debet ibi esse ubi peccatum habituale est: est autem in voluntate ubi contritio, et caritas est, et non in aia: tum etiam, quia alias non exercerent oppositionem fra justificans, et peccatum, nec mutuo se expellerent siquidem essent indiversis subiectis.

6.° id non est justitia sanctificans, seu fra sufficienter sanctificans, quod non constituit subiectum in quo est simpliciter potens ellicere alios actus quibus divina præcepta adimplenda sunt sed neque actus contritionis, neque actus caritatis constituit subiectum simpliciter potens ellicere alios actus quibus divina præcepta adimplenda sunt. ergo. minor ex se constat, quia neque actus contritionis, neque caritatis est principium aliorum actuum, v.g. fidei, spei, et reliquorum, ne habituum, et gratiarum illorum productivarum. maior vero probatur, quia non censetur justus qui non est de se dispositus, et quasi inhabitu promptus ad efficiendum circa oia præcepta implenda, et ad omnes actus quibus implenda sunt: at non est ita dispositus, et habitualiter promptus, nisi sit simpliciter potens eos actus ellicere ergo.

Video multa esse in superioribus rationibus quæ examine egeant, et generare possent scrupulum. imo forsan non inefficaciter impugnari, nihilominus placuit ea recensere quia, et non deerunt cui placeant, et quia multa in his continentur, quæ prodesse possunt, et denique quia congruum erat in re

inveadeò gravi, et contra alia non fundamenta, et vones non silere, ne crederetur à nobis contemni. Ac dio 7a obijciuntur multa e Sacra Scriptura.

Sectio 7a

Obijciuntur multa ex Sacra Scriptura.

1o. objicitur illud 1. ad Corinthios 6. versu 17. qui autem adhæret Deo unus Spiritus est cum eo. atqui unus spiritus est cum Deo nequit non esse iustus, et sanctus apud ipsum, nec manere potest in peccato mortali, et statu infelicissimo inimicitiæ, et iræ. ergo per id, quod adhæret Deo, et fit unus spiritus cum eo est formaliter iustus, et sanctus: atqui homo non alia ratione Deo adhæret nisi per amorem et caritatem supernalem: ergo per hanc formaliter iustus, et sanctus est.

Resp. eo modo fieri unum Spiritum cum Deo, quo illi adhæret, si enim adhæreat dispositive incoative, et quasi in via, ut fit per contritionem, et caritatem, fiet dispositive, et incoative unus Spiritus cum Deo, hoc est erit dispositive, et in via ad unitatem Spiritus. Si autem adhæreat quasi substaliter, et radicaliter, ut fit per gratiam sanctificantem absolute fiet unus spiritus cum [illegible] ad hoc autem ut sit iustus non satis est quomodolibet esse unum spiritum cum Deo, sed opus est quod sit quasi substaliter, et radicaliter, qualiter non est per actum caritatis, et contritionis sed per gratiam.

2o. objicitur illud 1. Joannis 4. versu 17. qui manet in caritate in Deo manet, et Deus in eo. ast impossibile est Deum manere in homine peccatore, aut peccatori

peccatorem in Deo, sed opus est ad utrumque, quod sit iustus, et sanctus: ergo si per caritatem formaliter Deus est in homine et homo in Deo, per caritatem homo est formaliter iustus, atque ideo caritas est forma iustificans. Resp. aliqui 1°. ibi sermonem esse de caritate completa, quae dicit non solum amorem hominis erga Deum, sed Dei erga hominem; qui amor habet pro termino a se collato gratiam sanctificantem. Resp. posset 2°. sermonem ibi esse de caritate radicali, et quasi substantiali per quam, quia permanens est manemus in Deo, ei quae permanenter adhaeremus, non de caritate actuali, quae cum operatio sit de se transciens non habet diuturnitatem, et permanentiam, ideoque per illam non proprie manemus in Deo, sed dispositive.

Resp. 3°. quod si sermo sit de caritate actuali sensus illorum verborum est eum in Deo revera manere, qui manet in caritate, non quia formaliter per illam maneat, sed quia qui manet in caritate revera habet gratiam simul per quam in Deo manet. quemadmodum dicimus quod materia, quae est ultimo disposita habet formam, non quia per dispositionem formaliter illam habeat, sed quia concurrunt semper de lege communi esse ultimam dispositionem in subiecto, et in eodem esse formam, quamvis per aliud a dispositione sit forma formaliter in subiecto. unde evangelista versu 15. dicebat, quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est filius Dei Deus in eo manet, et ipse in Deo, nec tamen colligitur inde quod formaliter iustificemur per Christi confessionem. ergo quamvis eodem modo loquatur de caritate in verbis citatis non sufficienter colligitur eam esse formam sufficientem ad iustificationem.

3°. obiicitur illud Joannis 14. Si quis diligit me sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

mines. hic eodem modo veri posset ad hunc locum, quod respondimus ad praecedentes, ne tamen easdem solutiones repetam ad dominum, satis constare ex ipsis verbis caritatem disponere ad iustificationem non vero iustificare, nam per id Deus est in iusto, per quod formaliter iustificatur, et vice versa. ast non est formaliter in iusto per actum caritatis, cum dicat Joannes: Si quis diligit me ad illum veniemus, et non dicat in ipso sumus; esset autem in ipso cum diligi. si diligere esset forma iustificans, etiam non esset opus venire. igitur solum contendit apostolus, quod si quis diligit est optime dispositus, ut stantibus rebus, ut modo sunt ex divino decreto, et providentia infallibiliter infundatur gratia, qua mediante divinae personae erunt in iusto, illa quam veniente simul veniunt a divisum.

4. objicitur illud S. Petri. 4. v. 8. caritas operit multitudinem peccatorum, et illud proverbiorum 10. universa delicta operit caritas, id est delet. nihil autem delere potest peccata, praecertim multa, nisi forma sanctificans. ergo caritas, quae multitudinem peccatorum delet est forma sanctificans. Respondetur 1o. sermonem esse de caritate et amore proximi cuius peccata operit quatenus non sinit ad illa atendere, neque condemnat neque vindicat, sed perinde erga ea segerit, ac si nec videret, nec aliquid mali appareret. Respondetur 2o. quod si etiam concedas sermonem esse de caritate erga deum, adhuc nihil concludere, ad summum enim dandum erit quod caritas dispositive operiat multitudinem peccatorum, quatenus disponit, ut mediante gratia operiantur, et deleantur, nisi forte dicas sermonem esse de caritate primaria, et quasi substantiali, quae est gratia.

5. objicitur illud ad Colossenses 3.
vers.

v[ers]u 7°. caritatem, quod est vinculum perfectionis, et illud ad Romanos 13 v[ers]u 10°. plenitudo legis est dilectio, et illud 1æ ad Thimotheum 1°. n°. 5. finis præcepti est caritas. in quibus ea prorsus tribuuntur caritati, quæ propria sunt formæ iustificantis. Reliqui ea tribui dispositive, si sermo sit de caritate actuali, alias propter similem modum loquendi dicendum foret esse [redacted] nos sinam iustificare, cum in evangelio dicatur stinguere peccatum 1°. 8. etiam obiicitur concilii tridentinis.

Sectio 8ª

Etiam obijcitur Concilium Tridentinum.

Per. Meratius noster obijcit Tridentinum sessione 6. de iustificatione cap. 7. ubi sic habet. quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impii iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per spiritum sanctum caritas Dei difunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret. ergo concilium dicit iustificationem fieri dum caritas Dei difunditur in cordibus eorum, qui iustificantur: non autem ita esset, si caritas non esset forma iustificans, cum nequeat iustificatio fieri dum difunditur id, quod neque est forma iustificans, neque habet vim iustificandi. ergo de mente concilii caritas est forma iustificans si—

Confirmatur hoc ex eodem concilio sessione 14ª. cap. 4. de sacramento pœnitentiæ, ubi hæc habet, docet præterea (Sancta Sinodus) et si contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominem que Deo reconciliari priusquam hoc ~~[illegible]~~ sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus ~~[illegible]~~ reconciliationis ipsi contritioni,

sine

sine sacramenti voto, quod in illa includitur non esse ad scribendam - ergo sentit quod contritioni ut includit votum sacramenti adscribenda est iustificatio. atqui non est adscribenda iustificatio nisi formae iustificanti. ergo contritio est forma iustificans, et habet de mente concilii vim iustificandi. Ubi placet etiam ponderare, quod concilium supponat aliquando contritionem caritate perfectam hominem cum deo reconciliare prius quam sacramentum suscipiat, quod est proprium solius formae iustificantis. ergo contritio est secundum concilium forma iustificans.

Ad 1. certe in neutro loco concilium urget, nam de primo facile quis diceret sermonem esse de caritate primaria radicali, et quasi habituali, non de actuali, quia de actu non dicitur quod diffundatur in cordibus nostris; quis enim dicat actus fidei, spei, aut caritatis esse diffusum? dicitur quidem productus in nobis in cordibus autem diffusus non dicitur. habitus vero gratiae sanctificantis qui et substantialis caritas est in anima recidet, diffusus optime dicitur in cordibus seu animabus nostris.

2. Diceri posset quod licet sermo esset de caritate actuali nihil inde concluderetur contra nos, nam concilium solum dicit quod iustificatio fiat dum caritas diffunditur, non vero dicit quod per caritatem formaliter fiat, quemadmodum generatio compositi et introductio novae formae fit dum materia ultimo disponitur, et tamen non generatur formaliter compositum, nec forma formaliter introducitur per ultimam dispositionem. atque ideo ibi docet concilium de natura concomittantiam, aut connexionem caritatis cum iustificatione, non vim, quam habeat ad formaliter iustificandum.

Ad 2um dico plane concilii velle non esse adscribendam iustificationem, seu reconciliationem contritioni nudae seclusis illis, ut includenti sacramenti votum. unde non ... sui entitatis praecise habet vim iustificandi, ut ex concilio ... quia

quia tamen denotat concilium talem vim habere, ut includit votum; dic non aliter illam vim habere de mente concilii, quam habet sacramentum, cuius est votum, quia ut substitutum, et vicarium debemus reputare, et sic gerere vices sacramenti, et praestare quod praestaret sacramentum, si praesens esset, ut in via de eucharistia dicebam: cum autem constet sacramentum non habere vim iustificandi formaliter nec se ipso formaliter iustificare, sed efficienter, non vult concilium quod contritio, ut includit votum formaliter sanctificet, nec quod sit forma iustificandi, sed quod efficienter, perinde ac si adesset sacramentum, et praesens sanctificaret. Ideoque patet ad reliqua, quibus verba concilii ponderabantur. Sectio 9a. obijciuntur Patres et exponuntur.

Sectio. 9a.

obijciuntur Patres, et exponuntur.

Pater Vasquez, ut erat vir eruditissimus, et in sanctis patribus plene versatus plures congessit 1a 2ae disp. 203a cap. 4. pro maiori autoritate, et probabilitate illius sententiae quam impugnamus concludenda. quorum sit primus sanctus Augustinus qui lib. de natura, et gratia cap. 70. ait, caritas verissima, plenissima, perfectissima quae iustitia est. et cap. ultimo, caritas incoata, incoata iustitia est; caritas provecta, provecta iustitia est; caritas magna, magna iustitia est. alia ibidem et eodem augustino, sed minus urgentia, urgentiora sunt quae refert . num 41 ex tractatu 9. in epistolam Ioannis ad illa verba, nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos, ubi cum sic verba ait; diligendo amici facti sumus, et inferius, anima nostra fratres mei, foeda est per iniquitatem; amando deum pulchra

ora efficitur, et paulisper inter jectis. quomodo putamus posse ris amando eum qui semper est pulcher, quantum in te crescit amor, tantum crescit pulcritudo, quia ipsa caritas est animae pulcritudo. et posset addere, quae de caritate epistola 120 cap. 22, audi, haec est iustitia dei, hoc est quod deus donat hominem cum iustificat impium, et quae libro 15 de trinitate cap. 18. inquiens; nullum est isto dei dono excellentius, solum est quod dividit inter filios filios regni aeterni, et filios perditionis aeternae.

Respondetur 1°. Per. Suarez loco allegato de poenitentia, sectione 3a in praedictis locis (quamvis ipse non nominet omnia, aequaliter de omnibus loquendum est, quia et aequalem vim habent, et aequali gaudent explicatione) eos effectus tribui caritati dispositive, hoc est non ut forma, sed ut dispositioni, cui ex lege infallibili dei annexa est iustificatio animae pulcritudo etc.

Respondetur 2°. Respondetur. Suarez intelligendum esse Augustinum meritorie, et causaliter, quatenus per caritatem meremur de congruo gratiam, et impetratorie illam causamus, quod potest exemplo nivis declarari. ignis dicitur calefacere subiectum, et nix infrigidare, non quia ignis sit forma qua subiectum est calidum, aut nix forma, qua est frigidum, sed quia ignis producit, et causat calorem, quo formaliter est calor, et nix frigiditatem, qua est frigidum. Sic actus caritatis dicitur subiectum sanctificare, mundare, imo, et esse iustitiam nostram non quia formaliter sit iustitia, qua subiectum est sanctum, sed efficienter; efficit enim ingenere moris talem iustitiam, et gratiam, qua sumus sancti. nec insolens est hic modus loquendi, cum ... tis frequenter dicitur solet de medicina aptissima, et optima atque ad consequendam salutem efficaci quod sit salus infirmi cum tamen non formaliter sanet sed efficienter ... huic sunt aliae similes locutiones.

Respondetur

... in attributi ... Resp. 3° quidam recentiores, et de
sumpsit solutionem e P. Suario loco allegato de gra
cap. 13. loqui de caritate perfecta quae includit formalem iusti
tiam et sanctitatem non de actu praeciso caritatis nam ut e fatetur
P. Suarez perfecta caritas dicitur reciprocum amorem ex parte Dei,
qui amor habet pro termino gratiam habitualem.

Denique Resp. alij exponendum esse
S. Augustinum de caritate quasi substantiali, et primaria non
de actuali. quae solutio licet impugnetur a P. Vasquez non
concludit manifeste intentum, nec illam plane convincit,
sed posset subtiliter, si opus esset defensari sed cum
tot solutiones probabiles exhibitae sint, progrediendum est alte
rius ne in solo augustino totam lectionem absolvamus.

Dices 2° S. Bernardus qui ser
mone 83 in cantica explicans illud ad Ephes. 5. Es
tote imitatores Dei sicut filij carissimi, et ambulate in dilec
tione; sic ait: talis conformitas maritat animam verbo, cum
cui similis est per naturam similem nihilominus ipsi se exhi-
bet per voluntatem ~~exhibet per voluntatem~~, diligens, sicut
dilecta. ergo si perfecte diligit, nupsit. maritari autem
verbo est animam iustificatam esse, et sanctificari, ergo sanc
tificatur per caritatem. et sermone 71. etiam in cantica,
undique inhaerent sibi hi, et Deus, inhaerent autem undique
mutua, intimaque dilectione invicem [illegible].

Resp. etiam Bernardum non lo
qui de causalitate formali, sed de effectivi, saltem
positiva; caritas enim disponit, et moraliter causat gratiam,
quae animam maritat verbo, et per hanc Deo formaliter adhaeret.
quemadmodum enim dicimus ultimam dispositionem [illegible]
[illegible] facere formam in subiecto, et calorem per efficientiam ignis in-
haerere

here subito, non quia dispositio sit formalis introductio formae, neque efficientia ignis formalis inherentia caloris: sed quia ultima dispositio est causa, et exigit subiectum, ut statim intret forma, et efficientia ignis producit, et causat formalem inherentiam. ita caritas dicitur maritare animam Verbo, et per illam habere dictam inherere. praeterquam quod etiam in humanis dicimus filios per voluntatem parentum maritari, nec tamen voluntates parentum sunt forma, qua maritantur, sed causa, motivum, conditio, auctoritas.

Ius est Sanctus Gregorius homilia 33a in evangelia ubi de dilectione hec dixit: quid est dilectionem credimus, nisi ignem? et quid culpam? nisi rubiginem. Unde nunc dicitur dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum, ac si aperte dicat: plene incendit peccati rubiginem, quia ardet valde per ignem amoris. sed eodem modo loquitur Sanctus Crisostomus homilia 7.a in epistola ad Timotheum. Sicut ignis, inquit, ubi silvam imperviam, omnia purgare consuevit, ita caritatis fervor quocumque incenderit, omnia perimit.

Respondeo hos duos patres parum urgere pro causalitate formali. Si enim caritas purgat animam, et incendit rubiginem, sicut ignis silvam, cum constet ignem non incendere, aut purgare formaliter, sed efficienter, sic constabit non loqui hos patres de causalitate formali rubiginem peccati, atque ideo exponendi sunt de causalitate dispositiva, vel de efficiente morali, unde hic quo vide Sanctum Ambrosium in psalmum 50 ad illa verba, peccatum meum contra me est semper, et non semper in psalmum 118 tractat verba praeterea debitatis causa.

Adest est Sanctus Efren libro de

iudicij cap. 5. qui loquens de contritione, seu compunctione cordis ait, compunctio sanitas animae est, et illuminatio mentis: ferè eodem modo loquitur Bernardus in lib. de modo bene vivendi sermone 10. ubi ita ait: compunctio cordis sanitas est animae, compunctio lacrimarum remissio est peccatorum: non est autem sanitas animae, nec remissio peccatorum quod non est sanctitas animae. consonat Sanctus. [struck through] in epistola vigesima 1a. de poenitentia, dum ait; quae peccata fletus iste non purgat? quas inveteratas maculas hoc lamenta non abluunt? purgare autem peccata, et maculas abluere est effectus formalis sanctitatis animae, et sanitatis. Porro hos patres intelligendos de causalitate dispositiva, aut efficiente et quidem Sanctus Efrem eodem modo dicit, compunctionem esse sanitatem animae, atque illuminationem cordis, atqui manifestum est compunctionem non esse formaliter illuminationem cordis. ergo neque voluit esse formaliter sanitatem animae.

Adde eodem modo dici posse quod iustificemur formaliter per eleemosinam, et per Christum dominum; quia de eleemosina dicitur, quod extinguat peccata, et de Christo quod sit nostra iustitia, et nostra sapientia, cum tamen de fide sit nos iustificari per formam intrinsecam, et non formaliter per Christum. itemque certissimum sit eleemosinam non esse formam iustificantem. Sectio 10a. 1a obiectio quam Pater Vasques desumit ex ratione.

Sectio. 10a.

Prima obiectio, quam Pater Vasques desumit ex ratione.

Obijcit 1o. Pater Vasques. si quis existens in statu peccati antequam in hac vita iustificaretur, raperetur

ter ad visionem claram Dei, et ipsius fruitionem ac dilectionem, absque ulla ōio habitu gratiæ caritatis, aut luminis gloriæ sine dubiō foret beatus, nemo id negabit, cum beatitudo non consistat in habitibus, sed in operatione, aut operibus, ut fatentur oēs: ergo dicendum ē illum fore iustum, et sanctum, et eo ipso â peccati macula purgandum, cum fieri nequeat hominem vere esse beatum, et summo amore Deo coniunctum, et adhuc iacere in summa miseria quale ē peccatum, at qui illa maculæ purgatio nulli alteri fræ melius tribui potest, quam ardenti dilectioni. ergo hæc hēt vim iustificandi, et sanctificandi. et cum eiusdem rōnis sit amor patriæ, et viæ erit fra de se sufficiens iustificare.

Multipliciter solvunt doctores hoc argum̄. nam Medina, et Pr̄ Salas negant illum fore dicendum beatum, quia beatitudo non consistit in sola visione, sed in hac simul cum carentia pecati, quæ tunc non esset, atque ideo hō ille non esset beatus, quantumvis eveheretur ad videndum Deum illum que ardentissimo amore diligendum. eandem solutionem novissime amplectitur Pr̄ Arriaga to. 2° in 1ª partem tractatu de beatitudine hoīs disp. 33ª sectione 5ª n. 26. plane docens beatitudinem non consistere adæquate in visione, sed includere etiam tanquam partes constitutivas, et non ut solas conditiones, carentiam tormentorum, et carentiam pecati. idem quæ docuerat agens de conceptu, et essa beatitudinis.

Alij præcisim Thomistæ, et recentiores, dicunt tunc non denegandum fore beatum, quamvis beatitudo solum consisteret in visione, aut in hac, et amore, quia non satis ē fram adæquatam ēē in subiecto ut denotet, nisi subiectum inveniatur capax denotationis, quale non invenietur tunc prop-

propter peccatum mortale quo erat infectus. haec solutio displicuit Patri Sugo, qui eam recte impugnat, nosque eandem in-
fra non semel impugnavimus, nunc rursus breviter intuemur impugnatur, deest aliquid essentiale, ut esset vere, et realiter beatus, vel non? Secundum? ergo est vere beatus, cum beatus sit cui nihil deest, et sit vere, et realiter beatus (aliás da-
rentur omnia constitutiva essentialia rei nullo dempto, et non res) si ergo est vere et realiter beatus cur non poterit cum veritate appellari beatus si ita re vera est alias appellatio vel denominatio rei ut in se est esset falsa. Si dicas primum ergo non consistit tota essentia beatitudinis in visione, aut in hac, et amore, cum utrique actus detur, et adhuc desideretur aliquid essentiale ut homo sit beatus.

3.º Respondet Pater Sugo visionem habere vim expellendi peccatum, etiam habituale, propter incompatibilitatem status beatifici, et summae felicitatis cum statu summae miseriae, et peccati; non tamen esse formam iustificantem, quia haec ultra vim expulsivam peccati importat participationem divinae, ratione cuius se habet in ordine supernali, veluti natura, et radix habituum supernalium, quod non competit visioni beatificae etc.

Et cum quidem non satis est emundare subiectum a peccato, ut dicatur illud iustificare, ut ex se patet, quod in pura natura subiectum non haberet peccatum, et tamen non esset sanctum. Unde possumus argumentari sic: mundare subiectum a peccato praecise non esse sanctum, et posse illud mundare praecise non est habere virtutem sanctificandi; Patet consequentia, quia posse id, quod non est iustificari subiectum non est posse illud iustificare.

4.º Respondet Pater Granados concedendo quod in eo casu assumptus ad videndum Deum esset sanctifi-

sanctificatetur non ex vi actus dilectionis, quae non habet ex se vim iustificandi, sed ex vi visionis beatificae, ~~dubitat enim~~ militat enim specialis ratio in beatitudine, quae non militat in amore beatifico, atque ideo non concludit. Per vas quaes intentum de dilectione, de qua, et de contritione specialiter disputamus, sed ad summum quod actus visionis mundet subtum, et sanctificet.

Ultimo ergo, reo concesso infra anti negando consequentiam. ad probationem dic de facto non cohaerere (propter divina decreta, et statutam providentiam) quod non sit beatus, summoque amore Deo coniunctus ex parte sua, et quod simul sit in summa miseria qualis est peccati. in praedicto autem casu posse absque ulla specie implicationis optime cohaerere, quia nihil tunc foret, quod cum peccato letali pugnaret, illudque vel formaliter expelleret, nam summa felicitas beatitudinis ex suo conceptu praecise considerato non pugnat cum summa peccati miseria, atque ideo neque habebit vim iustificandi, neque peccatum expellendi.

Quod ut magis evolvamus adverte summam felicitatem beatitudinis secundis rebus consistere in possessione summi boni, atque ideo ea ratione qua est possessio summi boni, est summa felicitas, non aliter: est autem possessio obiectiva, et intentionalis, non realis. ergo est summa felicitas obiectiva solum, et intentionalis, in eo sita, quod summum bonum, qualiter Deus intuitive provocatur et quasi manu cognitionis intuentis teneatur, ut praesens et conveniens. ex qua possessione summum gaudium oritur, et in voluntatem derivatur. huic felicitati solum opponitur ea miseria, quae turbat obiectivam possessionem summi boni et aufert intentionalem hanc praesentiam (qualiter hic fit in damnatis

damnatis per damni poenam) miseria autem peccati habitualis esto dissipet, et auferat felicitatem sanctitatis filiationis, et amicitiae (quam causat gratia, cum illa quae pugnet non turbat obiective felicitatem beatitudinis (nisi forte cognoscatur) ac qui illam possessionem intentionalem aufert. cum enim opus sit ~~tam~~ quod obiective repraesentetur peccatum, sed posset omnino a beato ignorari; ac proinde non est incompatibilis peccati macula cum summa beatitudinis felicitati, nec illius miseria cum gaudio, et cumulo eiusdem felicitatis et gloriae ex formali conceptu, et volente potest optime cohaerere hominem esse summe felicem intentionaliter, quia ~~optim~~ obiective possidet summum bonum, et esse summe miserum moraliter, quia est Dei inimicus filius diaboli, et e[x]positus mancipium, et peccato infectus. quemadmodum potest quis esse summe felix in divitiis, bonisque temporalibus, et naturalibus, summeque infelix moraliter, quia Dei inimicus per peccatum mortale.

Dices secundum Boetium lib. 3° de consolatione prosa 2a. est status bonorum omnium agregatione perfectus. Si autem beatitudo consisteret ex suo conceptu formali cum peccato mortali habituali non esset status omnium bonorum agregatione perfectus, cum unum, et quidem maximum bonum sit carere peccato mortali, imo maius bonum videtur carentia illius, quam ipsa visio cum potius debeat elligi carentia peccati, quam visio beatifica, et quam videre Deum.

Refertur 1° arguto probari in praedicta hypothesi, non fore beatum, qui in existens in peccato raperetur ad videndum Deum quamvis beatitudo expelleret peccatum, quia cum deesset gratia habitualis, quae filium adoptivum constituit

constituit, et ut maximum bonum aiam summopere ornat, non esset status oium bonorum agregatione perfectus.

Rsltur 2°. defionem Bolij forte tradi pro vlatitudine, ut de facto e, secundum presentem providentiam, quia de facto concurrunt, et gratia habitualis, et virtutes infusae, et alteri habitus superales, et carentia totius maculae, etiam venialis, et ipsa visio vlatifica non autem pro vlatitudine, ut ee potest, et ut abstrahit a mo, quo de facto fit.

Rsltur 3. arguto etiam probari si deffio, ut sonat intelligatur, vlatitudinem non consistere in visione dei, sed in agregatione visionis carentiae pecati, etaliorum bonorum, nisi forte eatenus dicatur consistere in agregatione oium bonorum, quatenus consistit in posessione intentionali dei, in quo sunt agregata oia bona (partim fraliter, partim virtualiter, partim eminenter etiam) ad eum mum, quo dicimus deum ee oia, l. oia in deo, nam agregatum bonorum sumptum hac rone non minuitur per statum pecati habitualis, neque cum illo ex suo conceptu pugnat.

Habes ex hoc discursu, quem latius prosequor in ma de vlatitudine pecatum habituale et illius miseriam non ee incompatibilia cum statu felicissimo vlatitudinis quia diversae lineae, et disparati generis sunt, neque enim implicat here summum in una linea et infimum in alia. ac autem heat repugnantiam felicitas visionis vlatae cum pecato actuali, nondum explicimus, et credo here, quia cum ex summo bono intuitive, et clare cognito nao rapiatur voluntas vlati in ardentissimis et efficacissimis amores illius supra oia alia bona, nequit voluntas

luntas prorrumpere in amorem alicuius obti graviter inhonesti illum vel retinere dum sic amat, quia talis amor het obtum incompatibile cum obto amoris beatifici videlicet cum summo bono supra oia alia bona dilecto quemadmodum dicitur esse incompatibile, propter obta actum caritatis, et voluntatem peccandi. Sectio 11a. 2a obiectio Pis Vasquez.

Sectio. 11a

2a obiectio Pis Vasquez.

Obijcit 2o. Pr Vasquez, qui diligeret deum ex toto corde et afectu, etiamsi sine habitu gratiae et caritatis diceretur unus spiritus cum deo, quia esset unus cum eo voluntate, et afectu. ergo vere esset iustus cum deo, nam qui deo summe regulae toto afectu coniunctus e recte dicitur ei adequari, et cum eo iustum ee, nam ille iustus e cum sua regula, qui ei recte adequatur: creatura autem rationalis cum deo adequari debet per afectum, atqui iustus cum deo nemo ee potest, qui vere iniustus apud eum sit: ergo hoc ipso, quod quis diligeret deum etiam sine habitu, et ab iniustitia, et pecato purgaretur, et iustus esset.

Confirmatur (et e illius 3a ro) qui diligeret deum sine habitu vere diceretur manere in deo, et deus in eo, et here semen dei intra se ipsum, nam amor hanc vim het, ut se ipso formaliter absque ullo alio transformet amantem in rem amatam. ergo dilectio qua aia diligeret deum sine habitu, transformaret ipsam in deum, ac proinde faceret ipsam deiformem, in deo manentem, et semen dei in se habentem. quomo autem pa-

set

set aliquis dici in Deo manens, et Deum ac semen Dei intus habens, seu in Deum transformari, et deiformis esse, si adhuc esset deformis turpitudine et macula peccati. ipsa igitur dilectio maxime pugnat cum macula peccati, ita ut eam tollat et abstergat.

Resp. Pet. fugo ad argumentum quod si homo ille prius graviter peccaverat, et nunc diligeret Deum sine habitu diceretur adaequari nunc de praesenti cum sua regula in operationibus, non tamen fuisse adaequatus de praeterito, atque ideo non diligeretur a Deo, quia ad hoc non sufficit observare nunc regulam si iam prius ab illa declinavit. si vero prius non peccaverat, aut si iam fuerat remissum peccatum diceretur nunc adaequari suae regulae, et esse iustus cum Deo adaequatione operationis, non participationis divinae naturae, quae est semen gloriae, de qua adaequatione inquit, et nostra controversia. si ita esset unus spiritus cum Deo affective, quantum est ex parte sua, non quantum est ex parte Dei, quia seu non amaret eo quod supponeretur peccasse, seu non amaret eo amore, quo filios adoptivos et suae naturae participes diligit, sed alio longe inferiori, qui non dat unitatem spiritus ad iustificationem requisitam.

Ego tamen existimo per actum caritatis non adaequari hominem cum Deo, ut sua regula, sive prius peccaverit, sive non, ut ex dictis in superioribus satis constat, atque ideo neque esset illi iustus, neque a peccato purgatus, si prius in peccato erat. Unde seu negandum est ans. argumenti quia unitas spiritus denotat unitatem primariam, radicalem et quasi substantialem (qualis in naturalibus fit per naturam, et in supernaturalibus per id quod se habet ad modum naturae, ut se habet gratia habitualis) non secundariam, et accidentalem, qualis fit per operationem. seu distinguendum est, esset unus spiritus primario, et

mario, et quasi substantialiter, ut ad iustificationem quae est negans; secundario, et accidentali, ut non sufficit, concedo ans, et nego consequentiam. ob nuper dicta.

Ad confirmationem Resp. nego, quod ille homo maneret in Deo per affectum suum, sed extra de umperfecatum suum, propter quod Deus esset dignissime aversus, nam sicut potest quis amare rem pulcram, et talis teri in illa esse per affectum, cum tamen in se sit deformis ita potest homo Deum diligere cum tamen in se, et sedus perpecatum sit et Deo exosus.

Sed Retur 1° infra negando ans, nam si pecator Deum diligeret ei aliunde non infunderetur iustitiae sanctificantis habitus Deus in illo non maneret, nec intra illum esset semen Dei, non maneret in illo. tum quia nequit manere peractum, cum transiens sit; tum quia ut maneat requirit subiectum sibi adequatum, quale ut dixi non redditur per actum caritatis, sed per habitum gratiae. non esset semen Dei intra illum, quia semen est id quo substantialiter assimilamur, et Deo non assimilamur quasi substantialiter per caritatem, et dilectionem, sed per habitualem gratiam. Unde etiam caritas non transformat quasi substantialiter amantem in rem amatam sed affective, et accidentaliter. per quae patet ad consequentiam.

Retur 2°. negando ans. diceretur manere in Deo, et Deus in illo secundum quid, et quasi accidentaliter omitto ans. absolute, et quasi substantialiter nego ans. similiter distinguo consequens. transformaret se secundum quid, et quasi accidentaliter omitto consequentiam; absolute, et quasi substantialiter nego consequentiam. transformatio autem secundum quid, et quasi accidentalis non excludit absolutus deformitatis

initatem, qualem inducit peccatum, atque ideo opus est gratia sanctificante. Sectio 12a. quadruplex alia obiectio eiusdem authoris.

Sectio 12a.

Quadruplex alia obiectio eiusdem authoris.

Obiicit 3.o P. Vasques: per amorem caritatis sine habitu, vere diceremur deum diligere, ut amicum, quia cum gratia ipsius diligeremus vero amore amicitiae. ergo pariter, et nos a deo diligeremur tanquam amici, nam amor suapte natura reciprocus est, et deus non patitur se ab aliquo diligi, quin ipsum etiam diligat, imo vel eo ipso quod nobis communicat voluntate sua dilectionem sui diligit nos tanquam sui dilectores, et amatores, ac proinde tanquam amicos, si enim ipsi placemus tanquam amatores, sicut est contra per peccatum displicemus tanquam adversarii, et contemptores, qui ergo fieri potest, ut quis simul deo placeat tanquam eius amator, et dilector, ac displiceat tanquam adversarius, et contemptor.

Cuius huius argumenti solutio est dicere quod per amorem caritatis dicamus deum diligere quantum est ex parte nostra, ut amicum, et negare quod eo ipso nos deus absolute diligat, ut amicos; quia ut optime notavit [illegible] nemo etiam si quis ex sua parte diligat personam offensam quantum est in se, amore amicitiae, et colat tanquam amicum; quandiu tamen offensa non remittitur, aut ab eo [illegible] tollitur per condignam satisfactionem non est necesse aut colnos, quod alter vicissim secundum rectam rationem agendo diligat offendentem ut amicum. Alias si offenderit graviter regem illum eundem postea diligeret ut amicum deberet

vicissim

vicissim Rex offendentem diligere, ut amicum, quod nemo dicet; itaque licet nunc de facto diligentem deum ut amicum, deus vicissim diligat amore amicitiae, non est, quia cum nostro amore amicitiae secundum se considerato, connexus sit amor reciprocus dei, sed quia deus propter suam bonitatem, et misericordiam decrevit infundere gratiam habenti talem amorem, qua, et mundetur a peccato, et reddatur obiectum proportionatum divinae dilectionis, et amicitiae. An autem eo ipso quod deus sua voluntate det peccatori dilectionem sui dicendus sit illum dilligere? constabit ex infra dicendis, et nunc breviter dico, non dici absolute, et simpliciter dilligere, sed secundum quid, quia absolute obiectum est malum, et odibile, esto habeat aliquid de se amabile, secundum quod non est odibile, insufficiens tamen est, ut reddat absolute amabile.

Obijcit 4.º ille, qui iustificatur contritione, et amore charitatis, etiam si iustificetur simul habitu aliter iustificatur, quam si sola infusione habitus iustificaretur, ita videlicet, ut si postea auferretur habitus, adhuc iustus, et sanctus maneret, quemadmodum iustus, qui in operibus in gratia factis crescit in iustitia, et sanctitate, adhuc ablato habitu maneret iustus, et sanctus, quod non eveniret si iustificaretur solo habitu, nam habitu ablato omnis iustitia corrueret, et auferretur, atque ideo nec maneret iustus, nec sanctus.

Respondetur aliter iustificari quantum est ex parte dispositionis, et meritum accidentalem formae, et iustificationi non quantum est ex parte formae iustificantis, aut essentiae iustificationis, unde non consistit diversitas in eo quod ablato habitu adhuc maneret homo iustus (negamus enim id ita esse, sicut et negamus manere iustum qui operibus in gratia factis crescit in iustitia, et sanctitate, si auferatur habitus.) sed in eo, quod in uno tantum iustificetur disputatione praecedente secundum in alio.

Obijcit

Obijcit. 5.° dilectio Dei potentior est, ut convertat animam ad Deum, finem ultimum, quam voluntas parentis ad avertendum posteros â Deo. Potuit igitur quilibet existens in peccato originali iustificari, et emundari ab eo peccato per solam dilectionem sine habitu, antecedens probat, quia posteri Adæ aliena voluntate, non propria aversi sunt â Deo, si autem Deum dilligerent propria operatione in ipsum converterentur, quæ sane major conversionis efficacior videtur.

Respondetur negando antecedens: nam plus requiritur, ut convertamur ad Deum taliter, ut eum placemus, quam ut ab eo avertamur, illum offendentes. Atque ideò licet propria voluntate, et sine gratia possimus averti et illum offendere non possumus sola eadem voluntate converti, et illum placare. quod si plus requiritur ad tollendum peccatum quam ad ponendum; quid mirum si nequeat homo propria voluntate iustificari sine habitu, quis possit peccare et delinquere sine illo.

Probatio de sumpta ex voluntate propria et aliena haud quidquam urget, nam voluntas Adami licet fuerit phisicè aliena à posteritatis, moraliter non erat aliena, siquidem in illa continebantur, tanquam in voluntate capitis, voluntates posterorum. Et in quantum continebat voluntates singulorum erat singulorum propria in æstimatione morali.

Obijcit. 6.° nisi perfecta contritio vim haberet ex se iustificandi sequeretur veram esse sententiam Ioannis Medinæ codice de pænitentia quæstione 2.ª nempe pænitentiam et dolorem peccatorum non divino iure necessarium, sed solo positivo requisitum ad iustificationem, quæ fit actu proprio extra sacramentum, cuius oppositum docet merito Sanctus Thomas, et doctores communiter, illum sequuntur. Sequela autem probat, quia si ex se non haberet vim iustificandi iure naturali necessaria non esset ad iustificationem, tanquam bra

illa habet

ut patet; neque tanquam dispositio ad gratiam habitualem, cum probari ex nullo capite possit ex natura rei et non ex voluntate dei extrinseca requiri, ut ultimam dispositionem.

Respondetur negando sequelam; ad probationem (quidquid sit de dispositione) dico requiri ex debito naturali, quo tenetur homo procurare meliori modo, quo potest, placare deum, ad quod impetrandum est medium omnium optimum, et congruentissimum dolere de offensa ex motivo dillectionis, et caritatis, ut pote notavit Pater Lugo; et dum hoc medium non applicat minime videtur sufficienter procurare de se placare deum; atque ideo non implet naturalem obligationem. Sectio. 13a. Aliae obiectiones Patris Meratij.

Sectio 13a.

Aliae obiectiones Patris Meratij.

Postquam soluta sunt argumenta Patris Vasquez, restat solvamus, quae denuo illis addit Pater Meratius, et sum eorum est. illa forma, quae per se, et natura sua formaliter purgat animam a macula peccati venialis, est per se sua quae natura vera et formalis animae sanctitas. sed actus perfectae contritionis per se, et natura sua purgat animam formaliter a macula peccati venialis, ergo est per se, et natura sua formalis sanctitas. Maiorem probat, quia peccata venialia, cum quibus iustus moritur delentur post mortem; ergo assignanda est aliqua forma, vi cuius deleantur. sed non est alia per quam deleantur, nisi actus perfectae contritionis, siquidem gratia, nec pugnat cum venialibus, nec illa delet ergo.

Respondetur 1o negando maiorem macula enim peccati venialis non tollit amicitiam cum deo neque illi opponitur, opponeretur autem si forma ex natura rei illi opposita esset eo ipso forma sanctificans, et etiam sanctitas, cum haec constituat

stat subtus amicus Dei, ita quod ut forma alia sit illa sanctitas, deberet esse opposita ex natura sua non solum peccato veniali, sed omni mortali, atque ideo non recte colligitur esse illam sanctitatem ex loco praecise quod deleat peccatum veniale propter repugnantiam quam cum illo habet.

Respondere posset 2° ex doctrina P. Lugo disp. 9. de poenitentia sectione 2a n° 21. ubi sub reo negando minorem, quia quando delet meritorie aut dispositive solum delet non ex natura sua ut forma, etiam post mortem, ut arguens contendebat. a quo autem deleantur venialia post mortem? Respondet Pater Lugo a Deo remitti ex iure gratiae (adde si placet, et praecedentium meritorum) nam idem est, inquit, si causa meruit consecutionem gloriae, et mereri quod tollantur impedimenta, quorum ablatio est omnino necessaria ad obtinendam gloriam, atque ideo cum ex ipsa gratia habituali (saltem ratione non est sub pacto Dei) oriatur ius ad gloriam, ex eadem oritur ius, ut statim post mortem condonetur culpa venialis, si forte sit, alias non mereretur gloriam et consequenter iuxta hanc doctrinam non est recurrendum ad contritionem tanquam ad causam formalem expulsionis venialis post mortem.

Obiicit 2°. ex communi sententia theologorum, et nominatim Sancti Thomae poenitentia est virtus specialis a caeteris omnibus distincta, cuius proprius actus est intentio satisfaciendi Deo pro offensa, seu macula peccati; huius autem intensionis immediatum obiectum est ea forma per quam Deo formaliter satisfit; at haec non potest esse habitus, quia sicut satisfacere est formaliter agere, ita satisfactio est formaliter actio. debet ergo esse actio aliqua; nulla autem actio hominis potest esse alia, et formalis satisfactio ex natura rei pro peccati sui macula, nisi ea quae formaliter ex natura destruit hanc maculam, aut destruere potest, neque huiusmodi esse potest in homine nisi perfecta contritio

contritio; ergo hec delet ex na sua maculam pecati, et hét vim iustificandi.

Rént aliqui 1.° ad hoc vtatiqua actiones sit gratis, et vlra pro pecato satisfactio non opus ee quod ex se sua que na maculam destruat, aut destruere possit: sed sufficere quod id heat ex gratia sanctificante a qua .1: fit = 1. dignificatur, quemadmodum opera cristi domini fuerunt digna, et equalis satisfactio pro totius mundi delictis, quamvis ex se, et na sua, seclusa unione ad verbum non herent talem dignitatem.

Rebrint alij 2.° quod licet penitentie et contritioni perfecte actus essent condigna satisfactio, et na sua herent vim emundandi subtum a pecato non ideo essent gra iustificans, quia ad hoc non sufficit here ex na sua vim expellendi pecatum, vt de visione vluta, seu vlatitudine, aiebat Per. sups, sed opus é vltra illud gratis aliud ad gre iustificantis constitutionem, vt supra dicebamus.

Rltur tamen 3.° dando quod proprius actus penitentie sit intentio satisfaciendi quantum in se é: obtum autem huius actus non solum é ea gra, per quam deo gratiter satis fit (nam ex cói Sa hec gra é creaturis impolis, cum ei sit impolis condigna satisfactio) sed conatus ad satisfactionem meliori modo, quo possit. vt ad vltimam obiectionem lectionis precedentis dicebam. meliori autem mo quo potest, é per contritionem et caritatem. ceterum, quia hi actus non sunt ex na sua equalis satisfactio, vt in ma de incarnatione dicetur, non sunt gra na sua delens pecatum.

Obijcit 3.° sequitur ex nostra sa posse deum odio here eam a quo ex toto corde diligitur, quod absurdissimum ee patet. Extris sequi aulz pr, quia ex una

una parte dicimus dillectionem dei superoīa nullam hēre ex nā rei incompatibilitatem cum peccato mortali, ex altra ulro liblum deo ē non infundere gratiam habitualem peccatori a quo extoto corde dilligitur. ergo cum adhuc maneret peccator, non obstante dilectione illa posset illum deus odio hēre, et de facto hēret.

Respondeo de facto ēē inconveniens, et plane absurdum, quod deus odio hēat illum a quo ex toto corde dilligitur. de poti ulro nullum ēē absurdum, quia cum probabiliter senceamus actum dillectionis dei, sed etiam contritionis, non expellere peccatum, neque ex nā sua cum illo pugnare, relinqueret hōīm peccatorem; peccatorem autem absolute deus odio hēt, et quid? quid non tollit ab hōē peccatum, non tollit quod deus illum odio hēat, quandoquidem relinquit obtum odibile, et proportionatum terminum odij dei.

Quod si instes deum dandum dilectionem illam quę bona ē velle illi hōi aliquod bonum, atque ideo illum amare, cum amare sit velle bonum. Respondeo similiter dici nunc deum amare amore amicitię peccatorem cui deus immittit auxilium supernale, ut se convertat, nam illi vult bonum auxilij. dic ergo in utroque casu deum velle quidem bonum, at non illud velle ex complacentia personę cum hęc propter peccatum potius absolute displiceat ex sua bonitate, ut autem amaret amore amicitię deberet velle illi bonum ex complacentia personę atque ideo hęc debeat supponi in se bona, et obtum proportionatum divinę dilectionis rone bonitatis prehabitę non rone illius, quę a deo 1º confertur non aliunde moto, quam ex sua liberalitate. Unde relinquitur in dicto casu amare illum non

amore

amore misericordiæ non amicitiæ.

Dices quare non possit amari peccator, propter bonitatem dilectionis dei super omnia amore amicitiæ? Respondeo Petr. à S. Joseph, Lugo, quia illius bonum velut opprimitur à malo culpæ, quod in subiecto est, et cum præponderet gravissimum illud malum, absolute non est diligibile, sed ut diximus secundum quid; neque enim, ut observat Lugo sufficit quæcunque perfectio, ut aliquem prudenter diligamus amore amicitiæ, si adsint innumeræ imperfectiones et sordes, quæ illum reddant magis odibile, quam amabile. Sectio ultima reciduum obiectionum adversus eandem nostram doctrinam.

Sectio ultima.

Residuum obiectionum adversus eandem nostram doctrinam.

Ut omnino difficultates exhauriamus, et nihil supersit, quod nostræ doctrinæ probabilitatem turbare possit obiectiones, quæ adhuc restant hic solvimus, atque inprimis proponenda obiectio P. Y. Meracij, quam ad hanc sectionem consulto reiecimus ne præcedens longior, quam par erat evaderet.

Amicitia dei eo ipso quod talis amicitia est stare nequit cum mortali, ut omnes fatentur: ergo illa 1. per se ipsam totam, 2. saltem per aliquam sui partem formaliter destruit maculam mortalis, atque non per se totam, quia macula mortalis non destruitur formaliter per increatum, vitalem, et in deo manentem amoris actum, cum tamen ut sic pertineat ad essentiam amicitiæ inter deum, et hominem: ergo per amorem erga deum, qui est altera pars amicitiæ in-

ter

ter Deum, et hominem. Pr. cōntia, quia non ē aliud. ~

Resp. amicitiam perfectam inter Deum, et hoīem supponere in hoīe gratiam sanctificantem, ut terminum amoris divini dilligentis hoīem, ut amicum, eo ideò, ut talem amet, quia ē illi gratus, et in se ipso, quasi substaliter sanctus. Unde incompatibilitas, quam divina amicitia hēt cum peccato non exercetur fraliter per ipsam, sed per trum, quasi primarium, et substantialem divinæ dilectionis, qui ē gratia sanctificans; qua deficiente, et peccatum perseveraret, et divina dilectio in hoīe, ut amicum cessaret. ~

Objicitur 2º. contritiò tollit fraliter constitutivum, saltem partiale peccati habitualis: ergo contritio destruit habituale, et cōnter iustificat, l. saltem iustificare potest. cōntia patet quoad priorem partem, nam ut, destruatur totum sat ē, destruere partem, seu quod idem ē, aliquod constitutivum partiale. quoad 2am etiam, quia fma iustificans, seu potens iustificare, ē quæ se ipsa fraliter expellit, et destruit peccatum habituale. aňs ostenditur, quia unum ē constitutivis peccati habitualis ē aversio a Deo (nam alterum, ut coiter dicitur ē conversio ad creaturaz) hæc autem aversio tollitur per actum contritionis, siquidem per illum hō ex toto corde convertitur ad Deum. ~

Rent aliqui 1º. per contritionem non tolli aversionem moraliter, sed phisice; ut autem expellatur, et destruatur peccatum habituale opus ēē, quod auferatur etiam moraliter. Rent alij 2º. hoc arguto. 1º. probari, quod possit tolli peccatum per contritionem, non quod possit per eam hō iustificari, quia ad hoc plus requiritur, quaz subti mundatio, et peccati habitualis expulsio. ~

Rent

Resp. 3.° per contritionem non tolli sufficienter, et quoad effectum aversionem inductam per peccatum, sed solum quoad affectum; atque ideo non expellere peccatum, sed solum velle illud destruere, quemadmodum si plebeius iniuriam Regi maximam intulisset, qua a Regis gratia averteretur non statim hanc aversionem a Rege tolleret, quamvis ardentissimè vellit regem placare; quia hic affectus offendentis non e sufficiens conversio quoad effectum, sed insufficiens; et solum quoad affectum, itaque ut peccatum habituale tollatur, debet tolli quoad effectum aliquod illius constitutivum. Seu quantumvis affectus tendat in destructionem non destruet.

Obiicitur 3.° sicut transacto actu peccati, et non retractato manet moralis aversio â Deo, quam vocamus peccatum habituale; ita transacto actu contritionis, aut dilectionis manebit moraliter conversio ad Deum, quam poterimus appellare conversionem habitualem: ergo sicut conversio, et aversio actualis opponuntur, ita, et habituales, atque ideò habitualis conversio moralis contritionis expellet aversionem habitualem moraliter.

Etiam hec obiectio non probat, quod contritio iustificet, sed ad summum, quod peccatum expellat, que diversa sunt. Adde quod non e eficacior contritio solum habitualiter, seu moraliter existens, quam phisice: ergo si phisicè existens non sufficit, nec sufficiet existens moraliter. Reo igitur omittendo quod contritio perseveret moraliter sicut peccatum, et non perseveraret sub maiori eficacia sufficientia, et activitate, quam in se hebat, cum phisice erat: unde cum phisicè existens non haberet vim sufficientem expulsivam peccati per modum se, nec convertendi peccatorem ad Deum cum efectu, neque illam

habebit

hebit cum existit habitualiter, atque ideo moraliter perseverat. Ut insufficiens conversio peccatoris, et ut impotens peccatum expellere. Sed iam ad alia. quaestio est an divina potentia fieri possit creatura rationalis natura sua impeccabilis, et sancta. Sectio 1a status quaestionis, et doctorum sententiae.

Quaestio 8a

An de divina potentia fieri possit creatura rationalis natura sua impeccabilis, et Sancta?

Sectio 1a.

Status quaestionis, et doctorum sententiae.

Hactenus vidimus iustitiam quae de facto mendamur a peccato, et iusti sumus apud Deum esse accidentalem, et substantiae iusti superaddita, nunc inquirimus an tanta sit necessitas cuius iustitia accidentalis, ut nulla substantia rationalis sit possibilis, quae absque illa sit iusta, aut peccato non obnoxia, ac proinde repugnet aliquam se ipsa, et natura sua esse impeccabilem, et essentialiter sanctam. quod potest etiam dupliciter intelligi. 1o ita ut repugnet creatura ex natura sua immaculata et formaliter sancta, non tamen radicaliter eo quod non repugnet aliquam esse ex natura sua radicem gratiae sanctificantis quam producat, ut se sanctificet, licet repugnet quod absque illa per se ipsam sit formaliter impeccabilis, et sancta perinde ac si gratiam sanctificantem haberet. 2. ita ut nec repugnet esse radicaliter sanctam, nec etiam formaliter; eo quod non repugnet absque productione gratiae, et absque

eo

eo quod tali subiecto gratia debeatur, per se repugnare cuique peccato mortali, et esse essentialiter sanctam determinatamque ad prosequutionem boni, et fugam mali, seu ad implendum omne honestum graviter praeceptum, et fugiendum omne inhonestum graviter prohibitum non minus quam si haberet in se gratiam sanctificantem, ita ut per se ipsam praestet in ordine ad ~~satisfactio~~ sanctificationem, et munditiam ~~ob~~ quidquid praestaret gratia sanctificans subiecto infusa. quia tamen ex solutione posterioris difficultatis constabit a fortiori ad istam, non de illa sed de hac sermo futurus erit in quaestione praesenti.

Nec multum curandum an eiusmodi creatura realis haberet sanctitatem formaliter, et realiter saltem distinctam, sicut Deus habet attributa, et specialiter sanctitatem, et sicut homo habet visibile, vel non, nam sive admittatur sive negetur parum refert ad praesentem controversiam cuius totum pondus in hoc consistit quod sit possibilis substantia aliqua realis creata, quae per suam essentiam sit vere, et realiter sancta apud Deum sicut atque quae omnimodam repugnantiam cum quovis peccato letali.

Qua in re duplex est sententia. Prima negat esse possibilem talem creaturam. ita Pater Lessius de perfectionibus divinis cap. 2. n° 9. Pater Herice 1a parte disp. 48. cap. 4. numero 63. Antonius Orraca 1a parte sectione ... cap. 4. numero 63. Antonius Orraca 1a parte se... Complutensium ... disp. 3 cap. 3. §. 1. n. 154. Pater Coninck de actibus supernaturalibus disp. 4. dubio 2. n. 32. Pater Reinaudus in sua theologia morali distinctione 2. n. 151. Pater Arrubal 1a parte disp. 177a cap. 1. Pater Suarez lib. 8. de gratia cap. 3 n° 1. Pater Vasquez 1a parte disp. 231a cap. 3. Pater Valencia eadem 1a parte disp. 4. quaestio 14a.

14 Per Granado 1a 2æ controversia 8. tractatu 4.° 3 disp. 8a sectione 3a § 2°. et Salasius in 1 2ae controversia 2a tractatu 1. disp. 2. sectione 2a quibus plures addit Per Ripalda lib°. 1° de ente supernati disp. 23a. sectione 7a numero 39°.

2a afirat non repugnare talem creaturam ita Per Arriaga tomo 1° in 1 partem disp. 5. de visione dei sectione 4. sub sectione 2a et tomo 2. tractatu de angelis disp. 23a sectione 1a. § finali, et tanquam probabilem tale defendunt Per Ripalda lib°. 1° de ente supernati disp. 23a. sed precertim a sectione 9a usque ad 129. ubi n. 65. plane et perspicue ponit suam sententiam Per Alice supra per totum caput 4 yet, crebries, Ocamus in 1°. distinctione 44a. questione unica articulo 1°. Gabriel in 2. distinctione 23a questione unica conclusione 2a Bacomus in 2. distinctione trigessima octava questione unica articulo 1° Maior in 2° distinctione 23 questione 2a conclusione 5a Per Becanus 82a parte cap. 9. de visione dei quest. 5. n° 4. et la Ventalij inter quos Per Valencia supra siquidem fatetur hactenus a nullo theologo ostensum talem substantiam implicare.

Et quamvis aliquis dubitare posset an substa ab ijs autoribus de pot. dei absoluta probabiliter admissa, l. admittenda na sua impecabilis foret libera, l. non solo ad unum necessitata a libertate destituta, quia maior difficultas relucet in 1a, quam in 2a. veritas absolute, et sine restrictione loquuntur, imo et plures expresse agunt de ea que heret libertatem, ut videre é, apud Per Arriagam et Ripalda quod si Gabriel loquitur fuerit de creatura non libera, parum refert, cum planum sit eum ibi intelligere

noc

vol creaturae liberae illam, quae e indifferens ad bonum, et malum, et per non libertatem eam, quae e determinata ad bonum quamvis intra determinationem ad bonum non careat omni libertate. Sectio 2a. Valde probabile e non implicare creaturam rationalem natura sua gravitate impeccabilem, et sanctam.

Sectio 2a.

Valde probabile e non implicare creaturam rationalem graviter impeccabilem et sanctam.

Convenio in hac assertione cum 2a sa, quam ab omni censura liberat Rigalda supra citatus sectione sua 12a, et quidem si verba, quae referri solent ex Augustino 1º in Gene sint cap. 7º Augustini essent plane nostram sam, vel sola sua autoritate hic doctor probabilem redderet: verba sunt: talem potuit deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec vellet, et si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse. Dixi si Augustini essent, quia sunt qui id negant, inter quos Pater Rigalda, et alij sed eum simul fateantur eandem reperiri apud D. Augustinum, adhuc multum roboris conferet Sancti Doctoris autoritas nostrae sententiae cum ad sensum et sententiam attendendum sit potius, quam ad verba.

Probatur ratione, quia de facto datur potentia determinata ratio, et natura sua ad sonum, quin fieri possit in aliud objectum, ut auditiva, potentia determinata o[illegible], et natura sua ad colorem et lucem, quin possit ferri in aliud objectum, ut visiva, et potentia determinata ad sensibile, ut sensus communis, quin ferri possit in non sensibile ergo non repugnat creatura rationalis cuius potentia sit determinata ad amorem honesti, et odium turpis quin possit ferri in aliud objectum aut

aut here consortium cum actu turpi; probo consequentiam paritate, quia non videtur esse potius ro unius, quam alterius, aut exhibeatur repugnantia eiusmodi creatura esset na sua sancta. ergo

Pr. 2°. neque excedit conceptus creaturae here ex na sua Sanctitatem, et repugnantiam cum peccato, nec etiam pugnat cum libertate: ergo non est ro cur negetur esse possibilem creaturam substantialem na sua impeccabilem, et Sanctam: patet consequentia, quia si aliqua esset maxime duplex signata, aut eamnon altera. ans quoad priorem partem ostendo, quia gra est creatura, et non excedit illius conceptum siquidem na sua het conceptum Sanctitatis, et repugnantiam cum peccato: ergo non excedit conceptum creaturae here na sua sanctitatem, et repugnantiam cum peccato, quoad posteriorem etiam, quia in cristo Domino, et Beatis datur libertas, licet in illis sit Sanctitas na sua incompatibilis cum peccato.

Quod sic vrgetur here id na sua, quod na sua non excedit creaturam, nec pugnat cum libertate non excedit creaturam nec tollit libertatem, vt videtur clarum, sed creaturam substantialem esse na sua sanctam, et impecabilem est here na sua id, quod na sua non excedit creaturam, nec pugnat cum libertate: ergo creaturam substantialem esse na sua sanctam, et impecabilem non excedit creaturam nec pugnat cum libertate: minorem probo; quia est here id quod gra sanctificans het na sua, siquidem est na sua sancta, et impeccabilis, etiam in confirmatis in gra, et bono cum libertate.

Confirmatur gra non addit supra aiam infinitam perfectionem, nec perfectionem propriam, et specialissimam Dei, quia si fingas aiam illam here ex se et na sua, non haberet supra eam, quam de facto het perfectionem infinitam, aut propriam Dei, et tamen haberet ex na sua sanctitatem, et impeccabilitatem: ergo substantiam vitalem here ex na sua Sanctitatem, et impeccabilitatem non dicit infinitam perfectionem, nec propriam Dei, sed proportion

ad proportionatam creaturis, atque ideo e loco cap. non repugnat, ut Auctores communiter contendunt.

Pr. 3°. nulla potest ostendi repugnantia in eo quod sit aliqua substantia creata, quae aequivaleat complexo, ex gratia sanctificante, et nostra anima, sed illa esset natura sua sancta, et impeccabilis: ergo nulla repugnantia ostendi potest in hoc quod sit aliqua substantia intellectualis natura sua sancta, et impeccabilis, maior tandiu erit vera, quandiu non ostendatur repugnantia, praesertim, cum quae adduci possunt inferius solvantur. consequentia patet. minorem probo; quia haec est per aequivalentem naturam, id ipsum, quod illud complexum; illud autem complexum habet natura sua substantiam realem, sanctitatem, et impeccabilitatem.

Pr. 4°. non est maior repugnantia in eo quod sit voluntas, et de facto est, quae nequeat amare obiectum, nisi proponatur sub ratione boni saltem utilis, aut delectabilis, quam in eo quod alia nequeat amare obiectum, nisi proponatur sub ratione boni honesti: sed primum non repugnat: ergo nec 2um, atque substantia cuius naturae deberet hic voluntas esset natura sua impeccabilis et sancta: ergo non repugnat talis substantia.

Pr. 5. quia non omnia bona omnes, et singulos movent, sed hos haec, et illa alios imo sub hac ratione movent unum, sub qua non movent alium, et hac ratione sunt uni delectabilia, sub qua non delectant alium, ut singula constant longa experientia, ergo dari poterit intra sphaeram divinae omnipotentiae substantia aliqua rationalis, quam non moveat obiectum sub ratione delectabili, sed ipsum sub ratione honesti (imo nec delectari possit nisi sub ratione honestatis) eiusmodi autem esset natura sua impeccabilis, et sancta. ergo. Sectio 3a aliorum rationes, quibus hoc ipsum probant.

Sectio 3a.

Aliorum rationes, quibus hoc ipsum probant.

aliter

Aliter alij probant 1°. Substa creata, talis natura sua sancta, et impeccabilis non repugnat ex conceptu substae; cum Deus sit substa, et tamen natura sua est sanctus et impeccabilis. neque ex conceptu substae creatae, cum aliqua potestatica sit substa creata, et nihilominus natura sua est fra sanctificandi, et incompatibilis cum peccato. neque item ex conceptu sanctitatis, et impeccabilitatis, cum eiusmodi conceptus reperiantur in gratia Dei, et unione hypostatica. ergo ex nullo capite repugnat talis substa creata, impeccabilis, et sancta etc.

Probant 2°. non plus haberet illa substa quam habet de facto coniunctum ex angelo, et gratia habituali, sed coniunctum ex angelo, et gratia nullam habet implicationem (quamvis ex natura sua sanctum, et impeccabile) nec dicit infinitam perfectionem, nec repugnantiam cum libertate. ergo neque dicit illa substa ullam implicationem infinitam perfectionem, aut repugnantia cum libertate.

Probant 3°. quamvis illa substa esset natura sua sancta, et impeccabilis adhuc distaret infinite a Deo, et haberet plura grata quibus limitaretur, et plurimum differret, nam 1° talis natura non haberet esse a se, sed ab alio cum dependeret a Deo in sui productione quamvis semel producta non penderet a Deo, ut esset sancta, quemadmodum homo pendet a Deo, ut sit productus, non tamen, ut productus sit homo, 2. haberet compositionem physicam, aut saltem metaphysicam, et non omnimodam simplicitatem. 3. haberet mutationes intrinsece accidentales, quia haberet physicas passiones [illegible] saltem actus intellectus, et voluntatis, quibus intelligeret et amaret. 4 haberet [illegible] [illegible] nonne [illegible] ad amandi [illegible] honestis

honestum, sed 3. sumad ò honestum preceptum, nec ita ad odio prosequendum turpe, nisi cum id precipitur, sed ad non amplectendum, Ut alia omittam eam sufficiant haec.

Probant 4°. quia quod non repugnat enti inferiori multo minus repugnabit enti nobiliori, sed accidenti, quod ex suo genere est substantia ignobilius non repugnat, concessus sanctitatis, et repugnantia cum peccato, ergo multo minus repugnabit substantiae, atque ideo non repugnabit substantia naturaliter sua sancta, et impeccabilis. procius ratione solidanda a distincte maiorem procedere non in tota sua latitudine, ut sonat, sed cum quadam restrictione, ita, ut sensus sit quod non repugnet superiori ratione ex sesus perfectionis, quod non repugnat ratione eiusdem inferiori, nam si non excedit perfectionem inferiorem, neque etiam excedet superiorem, et consequenter non superabit concessum maiorem, quod non superat minorem.

Probant 5°. cum Arriaga in postica, ex sua parte, quia non repugnat substantia intellectiva, et non volitiva, quae videlicet posset intelligere, et non amare, aut odio prosequi; sed eiusmodi esset impeccabilis, cum peccare non posset, nisi amando prohibitum, aut odio prosequendo, l. voluntarie omittendo preceptum: ergo non repugnat substantia naturaliter sua impeccabilis, et sancta.

Probant 6°. possibilis est substantia quae ex natura sua connectatur cum gratia sanctificante, aut visione beatifica: sed eiusmodi esset naturaliter sua sancta, et impeccabilis: ergo possibilis est substantia naturaliter sua sancta, et impeccabilis. maiorem latè probant, ut videre est apud Rip[aldam]. minor ostenditur, quia nulla creatura peccabilis, et non sancta potest connecti cum sanctitate et gratia repugnante omnino cum peccato: alias

convenire

concurrere simul possent gratia, et peccatum, contra suppositum patet quia ratione connectionis natio haberet gratiam, et aliunde posset peccare, quia aperte non esset impeccabilis: ergo. Sectio 4.a 1.a obiectio ex Sacra Scriptura, et patribus.

Sectio. 4.a

Prima obiectio ex Sacra Scriptura, et Patribus.

Obijciunt adversarij non nulla loca Sacrae Scripturae ex quibus videtur porrigi impeccabilitatem esse propriam Dei, atque ideo nulli creaturae communicabilem, nam Matth. 19, et Luc. 18. dicitur nemo bonus, (utique natura sua) nisi solus Deus: esset autem bona per naturam illa nostra substantia si per naturam esset sancta. atque ideo non esset solus Deus bonus etiam per naturam, ut Evangelistae dicunt. et Paulus 1.a ad Thimothey 6. quod solus habet immortalitatem, ubi de immortalitate repugnante tam morti naturali quam morali seu peccatum, ut communiter esse asserunt Patres. Ut interius patebit manifestius: ergo solus Deus habere potest bonitatem per naturam, et stabilitatem, seu immortalitatem peccato adversam: atque ideo solus ipse potest esse natura sua iustus, impeccabilis, et sanctus. ——

Hoc ipsum sensisse Patres probari potest referendo non nulla eorum testimonia. Augustinus lib. 3. ~~cap~~ contra Maximinum cap. 12. sic ait cuiusque creaturae rationali praestatur, ut peccare non possit, non hoc est propriae sed gratiae, et per hoc solus Deus habet immortalitatem, qui non cuiusque gratia, sed natura sua nec potuit aliqua mutatione peccare. Ubi pondera eo tribui Deo quod natura sua non possit peccare, quia ex natura

sua

Sua immortalis: ergo cum nulli creaturae competere possit quod sit natura sua immortalis, nulli competere potest quod sit natura sua impeccabilis. nec minus clare loquitur de vera religione cap. 19. ait: Bona sunt quae vitiantur, sed ideo vitiantur, quia non sunt summa bona; bonum ergo quod vitiari non potest deus est; caetera autem omnia bona ex ipso sunt, quae specie ipsa possunt vitiari, quia per se ipsa nihil sunt.

Deinde S. Hieronymus epistola 146. ad Damasum: Solus, inquit, deus est in quem peccatum non cadit, caetera cum sint liberi arbitrij, in utramque partem, suam possunt flectere voluntatem, ubi notandus S. Hieronymum ex eo dixisse caetera peccare posse, quia sunt liberi arbitrij: ergo cum creatura illa, quam dicimus impeccabilem per naturam, esset liberi arbitrij, peccare posset de mente Hieronimi, qui contra Iovinianum ad illa verba Iob 4. ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem dixit omnem creaturam peccare posse commemorat.

Item S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. ait: ideo creaturae a deo factae deficere possunt peccando, quia ex nihilo conditae sunt: illa autem substantia a nobis excogitata ex nihilo condita esset: ergo deficere posset peccando ex mente S. Fulgentij. huius etiam mortalis patres. nam S. Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. rursum requirit omnem creaturae, ut eo ipso asserat esse mutabilem. quod enim, inquit, creatum est mutationi quoque subjicitur necesse est, et S. Gregorius lib. 5. moralium cap. 3. eo ipso dicit, hinc in deorsum quia creatura est, verba illius sunt ex eo itaque quod creatura est,

dicitis

Deorsum iret, hic autem deorsum cadit, seu peccare. et lib.° 5. cap.° 27 dixerat: Vita angelica, etiam si contemplationi autoris sui inhaerendo, in statu suo immutabiliter maneat, eo tamen ipso, quo creatura est, in semet ipsa vicissitudinem mutabilitatis habet.

Accedit S.tus Athanasius in compendio de Spiritu S.to. ad illa verba psalmi 101. tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient ita ait, in creaturis nihil est immutabile nam, quippe cum angeli quidam non servaverint suum ordinem; et stellae non habeantur mundae coram eo, et diabolus ceciderit de caelo, Adam autem praevaricatus sit, omnia quae alterentur et ita.

Denique S.tus Anselmus lib.° 2.° cur Deus homo cap.° 10 quaerenti cur Deus angelos et homines non condiderit impeccabiles, respondet, quia non potuit, nec debuit fieri, ut unusquisque eorum esset idem ipse qui Deus. quasi diceret si aliquis esset impeccabilis, esset idem quod Deus, seu quod in idem recidit esset Deus, at non potuit fieri, nec debuit fieri, ut creatura sit Deus ergo nec potuit nec debuit fieri, quod sit impeccabilis. Sectio 3.a Solutio obiectionis praecedentis.

Sectio 3.a

Solutio obiectionis praecedentis.

Ad omnia testimonia quae sectione praecedenti posita sunt, potest in generali multipliciter responderi. 1.° quod velint soli Deo competere esse a se bonum, immortalem, invariabilem, immutabilem, et impeccabilem; et nulli alteri creaturae, aut rei productae ex nihilo. quae expositio videtur esse S.ti Ambrosii, S.ti Iustini, et aliorum patrum. Ambrosius

Sius enim tomo 3.° in cap. 1 ad Timotheum 1.° exponens illa verba, regi seculorum immortali soli deo etc. sic ait, hec ad dei patris personam pertinent, quem immortalem ideo solum appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est, et ipsi soli magis competat in veritate: quia quisquis immortalis est, non a se habet hanc, sed ab illo, sicut et in evangelio legitur dicente domino, quia nemo est bonus nisi unus deus, nemo tamen nisi unus deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo ceteri potantur, ut boni sint. Sanctus Justinus autem questione 61.a ad orthodoxos sic solus vere immortalitate dicitur deus, quoniam non habet eam ex voluntate alterius, sicut reliqui omnes immortales.

2.° quod velint omnem creaturam quantumvis sanctam, et immortalem in comparatione dei esse peccabilem, immundam, et mortalem: non quia vere in se peccabilis sit, et mortalis; sed quia tanta est distantia inter utrumque, tamque infinities excellentius sanctitatis et immortalitatis divine supra quamlibet creatam, ut illa velut disparat et sordescat ad presentiam illius: que expositio videtur habere fundamentum in verbis Job cap. 4. versu 17. et 18. numquid homo dei comparatione justificabitur, aut factore suo purior erit vir? ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem, et cap. 25 versu 4. et 5. nunquid justificari potest homo comparatus deo? aut apparere mundus natus de muliere? ecce luna etiam non splendet, et stelle non sunt munde in conspectu eius. quo sensu damascenus de operibus angelicis disserens dixit omnem ad deum collatum crassum, et materiale reperitur. sola enim vere immaterialis et incorporea [illegible] novit enim optime damascenus angelos vere esse incorporeos, et [illegible]

etim malés, quitamen infinite immaterialior e deus com paratione illius, apellat malés.

3° quod vellint nullam creaturã eē nã sua oio impecabilem, immutabilem, et sanctam; non vero quod non sit potis aliqua nã sua sancta ea sanctitate, que non excludat oē peccatum, nec ea immutabilitate immutabilis, que non admittat aliquam mutationem, namque libet creatura rõalis in suis actibus, et operationibus mutaretur, et saltem venialiter peccare possit, ut minimum per omissionem: neque enim peccatum veniale incompatibile eq vera sanctitate, et iustitia, ut de facto patet in iustis, qui verè sancti sunt apud deum, qui tamen multoties per omissiones, et commissiones venialiter peccent, et hec solutio firma è, et plene satisfacit argumento.

4.° Rēt P.ᶜ Arriaga tomo 1 in 3am partem disp. 5.ᵃ sectione 4.ᵃ subsectione 2.ᵃ n.° 22. Patres loqui non de creaturis divinitus posibilibus, de quibus non cogitabant, sed de existentibus, et quia autoritas sancti Ambrosij videbatur urgere magis ex professo illam dissolvit videat curiosus.

Rēt 5.° P.ᶜ Ripalda predictos patres loqui de creaturis nalibus, tam que de facto sunt, quam que sunt posibiles; non de supernalibus, que à deo creari possunt, et intra spheram divine omnipotentie altiori, et diviniori ordine continentur; quibus esset illa substa, seu creatura rõalis nã sua sancta, et impecabilis. Sectio 6.ᵃ 2.ᵃ obiectio ex eo quod tali creature esset debita, et connalis visio beata.

Sectio 6.ᵃ

2.ᵃ obiectio ex eo quod tali creature esset debita et connalis visio beata.

ab autoritate

Ab autoritate progrediuntur ad rones;
quarum pa est: sequeretur e nostra sententia posse substantiam
atq naliter Beatus, sed ea cui esset connalis et debita
visio intuitiva et clara dei: hoc autem esse impossibile mul-
tis ex capitibus constare potest 1o autoritate, quia Joan-
nis 1o dicitur deum nemo vidit unquam, scilicet natura
sua viet congenita pa. 2a ad Timothey 6. quem nullus
homo vidit, sed nec videre potest. et ad Romanos 6.
vita eterna gratia dei. Ut ommittam illud psalmi 17.
posuit tenebras latibulum suum.

2o. rone, quia dicendum foret
nario illam creaturam ee ex se beatam et non per gratiam,
contra colm. patrum, quorum testimonia consulto prete-
mitto urebitati consulens; audi solum Ambrosium lib. 1o me-
ditationum orone 7a creatura tua cui aliud vivere,
aut beatè vivere, est quod vivit, et quod beatè vi-
vit non debet nisi gratie tue; quod maxime urgetur
ex Clementina ad nostrum de hereticis, ubi contra Beguar-
dos damnatur hec propositio. quelibet intellualis na in se ipsa
est beata naliter, et indiget lumine glorie ipsam elevan-
te ad videndum deum.

3o. quia talis visio esset nalis et
supernalis quod implicat. 1o. quia deberetur illi nature
supernalis. quia que de facto datur, ex eo solum est super-
nalis, quia est intuitio dei, ut in se est, ut que patres
supponunt.

4. quia esse dei excedit infinitè
ee creature, non solum in ee rei, sed etiam in ee intel-
ligibilis, seu cognoscibilis; atque ideo plus distabit intel-
ligibilitas dei ab illa substa, quam distat ab ipsa spiri-
tuale

tuale intus creati a sensu corporeo. ergo nequit deberi illi creaturæ visio clara Dei, alias ei quod minus ē deberetur id quod infinite maius, et plus ē.

5°. quia illa substantia sancta non posset mereri beatitudinem, quia illi esset debita, et non ē meritum ad id quod ē debitum, imo nihil mereri posset: quia statim ac 1° produceretur ab illa emanaret visio beata, et status beatitudinis, non ē status merendi. Unde Vasquez etiam infert illam substantiam numquam habituram statum viæ, sed semper patriæ, numquam fuisse viatorem, sed semper comprehensorem, patet, quia si statim manaret ab illa visio beata, ut proprietas connaturalis et debita a 1° non ortu haberet beatitudinem et clare intueretur Deum, ut in se ē, quod ē carere statu viæ, et semper eē in patria.

Mitto alias probationes minoris efficaciæ, et reddam ad probandum id illud ans. [?] rationes, quæ in illo continentur, nempe quod sequeretur tali substantiæ deberi naliter visionem beatam, seu futuram naliter beatam, illa substantia esset naliter iusta, et sancta, creaturæ autem iustæ, et sanctæ debetur beatitudo, ergo illi substantiæ deberetur naliter visio, et beatitudo. 2° inde, quia illa substantia haberet naturaliter sua, quod nunc habemus per gratiam sanctificantem, sed nunc habemus per gratiam sanctificantem, quod debeatur beatitudo, ergo naliter deberetur illi substantiæ beatitudo, 3. quia illa substantia æquivaleret coniuncto ex intellectu, et lumine; huic autem coniuncto ē connaturalis, et debita beatitudo: ergo et illi substantiæ esset connaturalis, et debita beatitudo. Solutio [?] proxime objectioni satis fit.

Solutio

Sectio 7ª

Proximæ obiectioni satisfit.

Certè si gratiæ sanctificanti debetur beatitudo formalis, seu visio beata, non præcisè ex lege extrinseca et pacto Dei (de quo suo loco dicemus) sed ut proprietas, et connaturalis passio, non dubito quin idem dicendum sit de illa substantia sua impeccabili, et sancta: quia ut optime probat argumentum, hæc substantia æquivaleret gratiæ, et per se haberet id, quod gratia confert subiecto a se sanctificato. quare in prædictæ sequelæ concessione nullum maius absurdum agnosco, quam in eo quod debeatur gratiæ. quod si gratiæ non debetur ex natura rei, sed ex pacto extrinseco, et decreto Dei; non video cur cogamur concedere deberi huic substantiæ; cum ratio debiti nasceretur ex conceptu iustitiæ, et sanctitatis, quæ esset similis in utraque.

Quocirca dum nec rem hanc circa gratiam diiudicamus; omitto nunc maiorem cum Ripalda lib. 1º de ente supernaturali disp. 23a sectione 6a et nego minorem, ad secundam probationem dico sacram scripturam loqui de substantiis intellectualibus nunc existentibus, videlicet de hominibus, et angelis, si suis viribus naturalibus relinquantur. imo plures patres sunt qui cum augustino epistola 112ª ea testimonia accipiant de visione corporea, et non pauci de visione intellectuali viæ. alias falsa essent; siquidem absolute dicunt neminem deum vidisse unquam, nec videre posse, etiam cum tamen constet, et omnes beatos eum videre posse et de facto videre. debent ergo intelligi non absolute ut sonant, sed cum restrictione, quam nos diximus.

ad 2um

Ad 2am probationem omitto cum Arriaga Ripalda, et aliis, quod talis substantia cum concursu generali posset producere et comparare visionem beatam, et in hoc sensu, quod ex se esset beata, quidquid in contrarium adversamur patribus. nego ita esse, nam patres vel loquuntur de substantiis, quae de facto sunt, vel contendunt implicare creaturam beatam ex se, ut objecto bono beante, quod idem est ac dicere implicare creaturam cujus beatitudo consistat in cognitione suae bonitatis, et naturae. audi augustinum lib.° 12 de civitate cap.le 1° non est creatura rationalis, vel intellectualis bonum quo beata sit, nisi deus. similia habet lib.° 3. confessionum cap.le 3°.

Ad Ambrosium dicendum late ibi usurpare gratiam, seu ut Ripalda loquitur, philosophice, ea scilicet ratione, qua ipsam rei creationem gratiam appellamus. quod ex verbis ipsius Ambrosii patet: namque dicit de vivere, et de beate vivere, quod debbetur gratiae dei: in hac autem acceptione, gratiae dei debberetur, quod substantia illa viveret, et quod beate viveret, quamvis revera connaturalis esset visio substantiae illi, sicut creatio est connaturalis creatio illius.

Clementina solum damnat eos hereticos quia docebant hominem posse viribus naturae obtinere visionem beatam: nos autem nihil tale docemus, sed contendimus quod, licet homines imo, et angeli, qui de facto substantiae naturales sunt, nequeant per suas vires, absque ellevatione supernaturali dei intuitive videre; non repugnet creatura rationalis altioris, et elevatioris naturae, quae tali ellevatione minime indigeat, sed possit cum solo concursu universali comparare visionem claram dei.

Ad 3am probationem dic talem visionem

nem futuram nalem illi subste, supernalem et cuicumque creaturae substanti nati; atque ideo vi unius esset supernatis, et vi alterius natis; non vero vi eiusdem, quod solum implicat: quemadmodum receptio intellectionis, in angelo est natis, et in lapide (iuxta eorum sam, qui sic vedent id esse posse) supernatis. aut quemadmodum receptio visionis creatae in angelo est potis, et in deo est impotis: ergo repugnet vi eiusdem rem eandem esse posem, et impossem, non minus, quam esse nalem, et supernalem.

Ad 4um ee Dei non plus distaret ab illa substa impeccabili, quam a coniuncto ex intellectu et lumine gloriae. ergo cum ab hoc coniuncto non distet infinite in esse intelligibilis intuitive, nec distabit ab illa substantia, aut si non obstante distantia infinita concedis illud coniunctum videre connaturaliter deum. cur non concedis idem illi substantiae, non obstante eadem, aut simili distantia. Nec inconveniens est deberi ei, quod minus est in esse obiecti, et intentionaliter id, quod in esse rei infinite maius et perfectius est. Alias eodem argumento convinceretur non deberi visionem beatificam animae habenti gratiam, seu coniuncto ex anima, lumine gloriae, et gratiae.

Illud de distantia obiecti intellectus, et obiecti sensus corporei parum viget, si cet enim detur maior distantia in esse rei, non datur maior in esse obiecti, cum obiectum speciale intellectus creati sit omnino extra sphaeram sensus, non vero deus in esse intelligibilis extra sphaeram intellectus creati, alias sicut nequit deus elevare oculum, ut videat angelum iuxta communem sententiam non posset elevare

elevare intellectum ad videndum intuitive deum.

§. Ad quintum plura respondere possunt, sed dico primo, eodem modo instari posse argumentum in parvulis, qui per baptismum gratiam acquirunt, iam eis debetur beatitudo, non ergo poterunt postlà illam mereri, cum posquam pervenientad usum rationis, siquidem non datur meritum ad id, quod iam est debitum. dico 2° quod licet nequeat mereri suis gradus beatitudinis, qui ret. subst. talis creaturae ex natura sanctitatis, posset mereri augmenta. sicut homo iustificatus habet ius ad beatitudinem, et nihilominus per nova merita comparat novum ius ad novum augmentum. Nisi fortè dicas, ut alias volent recentiores Thomistae, hominem mereri eandem beatitudinem novo titulo, quod minus probo.

Videamus modo quantum roboris augeat, quod postea dicitur de statu beatitudinis. duo enim ibi dicuntur: primum statim beatitudinem esse conferendam in primo instanti conditionis illius substantiae. 2um: statum illum beatitudinis non esse statum merendi atque ideo nunquam mereri posse. et utrumque non est verum, aut saltem est maximè dubium, et incertum.

Primum non est verum; quia sicut homo praedestinato debetur beatitudo, non tamen debetur statim conferenda, neque ex eo quod coniuncto ex gratia, et anima rationali sit connaturalis beatitudo, sequitur quod illam statim possideat, aut patiatur violentiam, nisi conferatur, ita posset stare, quod illi substantiae esset connaturalis, et debita beatitudo, seu visio beata, quamvis non statim illam haberet. Et quidem cum substantiae illi totum concedamus in linea sanctitatis id, quod habet

sicut hec non petit, quod subito, inquo e statim detur beati-
tudo, et sto faciat, quod sit ei debita; sic neque illa
substa petet, atque ideo ex hoc capite non impedietur meritum,
neque status viæ; esset enim viator, et posset et optime, pri-
us, quam claretur mil ei.

Et etiam non e verum, quia,
ut bene observavit P. Ripalda, quod de facto non mere-
amur in statu beatitudinis non nascitur ex na rei, sed ex
lege, et pacto extrinseco Dei; eo enim secluso, possemus optime
mereri, cum elliciamus actus liberos bonos ingra. et ex gra.

Dices substa illa, sicut et ille
intus esset pro a natura ri visionis. ergo statim a sua con-
ditione in illam prorrumperet, essetque beata. huic instantie
dupliciter, ret P. Arriaga. 1º posse contingere, ut licet
intus e parte specierum sit completus, non tamen cum
illis omnibus perficitur, l. quia cum omnibus non potest. l. quia
aliunde deest excitatio specierum. ut in angelis ostenditur.
2º. Resp. posse illam substam ee talem, ut in-
digeat adhuc alio habitu, quo complecatur ad visionem Dei.
qui habitus licet possit ei infundi naliter, seu connaliter
non tamen debetur nario, ut contingit in luce ruacrix.
et, quemadmodum lumen gloriae e connale conjuncto ex
gra et aia, nec tamen nario ei debetur statim ac sit
natius ad visionem beatificam ita e vincere posset in nos-
tro casu. Sectio 8. 3a obiectio ex eo quod re-
pugnet substa rationalis na sua oio indebita a divino
nexitum.

Sectio 8a.

Tertia obiectio ex eo quod

repugnet

Repugnet substantia rationalis n[atur]a sua o[mn]io
determinata ad inhonestum.

Ut nostram s[ententi]am Vigeant desumunt paritatem ex substa[nti]a r[ation]ali n[atur]a sua iniusta, et itâ determinatâ ad o[mn]e inhonestum, Ut nequeat componi cum aliquo honesto, et argumantur sic: implicat substa[nti]a r[ation]alis n[atur]a sua iniusta et inhonesta. ergo repugnat substa[nti]a illa nostra n[atur]a sua sancta, impeccabilis, et inhonesta. Atqui supponunt tanquam certum. co[nsequ]entiam credunt sola paritate esse sufficienter firmam: non enim videtur potior r[ati]o, quare creatura r[ation]alis libera sit, et adhuc impeccabilis, determinata que ex n[atur]a sua ad non amandum inhonestum, quam determinata ex n[atur]a sua ad non amandum turpe, et inhonestum. ——

Clarum est a Manicheis, et Priscillianistis negan[dum] esse a[nteceden]s cum credant de facto reperiri substa[nti]am n[atur]a sua malam, Verum quia hic error dagnatus est, ab Ecclesia in pluribus conciliis non Venit in controversiam quaestio de facto, sed de possibili. in qua licet Pater Thirius tomo 1o in 1a parte disp. 23. sectione 1a non o[mn]i[n]o improbabile iudicet esse possem talem substam adhuc probabilius tenet repugnare, et co[mmun]iter doctores id tenent qui punctum atingunt. Ut videre est apud Pa[tre]s Granados. Suar. Ripaldum et alios.

Quare in tra concedram, et nego co[nsequ]entiam. ao disparitatis multiplex est apud autores nam Pater Granados dicit ex eo repugnare substam illam

illam na. Sua destratam ad malum, quia arguerentur imperfectio in Deo, siquidem esset ca peccati, quia verissime diceretur illam inclinare ad malum, et detrahere ad peccandum, cum illam condat cum tali inclinatione, et detractione, et quidquid creatura habet ex propria na tribuatur conditori. huius modi autem inconveniens, et imperfectio non sequitur ex creatione creaturae ~~in~~ ~~hac~~ na sua sancta. ergo nihil convincit paritas.

Addit novam rationem implicantiae in tali substa na sua iniusta, et distracta ad malum Pater Granado, quia illius voluntas libere ferretur in obiectum malum, tum quia alioquin non peccaret, tum quia cum praeter Deum clare visum nihil sit quod voluntati imponat necessitatem, omnia obiecta mala non necessario rapient illam voluntatem. ergo libere cessare posset ab omni actu malo. sed tunc omissio illa esset libera, et moraliter bona ergo libere posset amplecti bonum et cessare ab omni malo. sed quia haec ratio instaurari posset in dilectus substantiam detractam ad omne honestum non possumus facile ad reddendum discrimen inter utramque, sed aut neganda erit utraque, vel negat Pater Granado, aut utraque concedenda quod nos minime facimus.

~~[illegible]~~ legitima ergo ratio discriminis quod si illa substa esset detracta solum ad amandum inhonestum, detraheretur ab inhonestate, et turpitudine ad amandum obiectum. sed quod idem est, turpitudo esset ratio, quare amaret obiectum, sicut illa nostra substantia na sua sancta detraheretur ab honestate, et haec

esset

esset ro quare amaret, at implicat, quod voluntas moveatur a turpitudine, et malitia, et quod hæ sint ro quare obiectum amet, quandoquidem nemo intendens ad malum operatur, nec malum qua malum sit obiectum quod movere possit voluntatem. minime vero implicat, imo naturale est, quod voluntas moveatur a bono honesto ut honestum, atque ideo implicat substantiæ natura sua mala et inhonesta, non vero sancta, et honesta.

Quod autem turpitudo, et inhonesta essent in illa substantia motivum voluntatis ad operandum probatur, quia demus a Deo illi præcipi movere manum, num, num ~~quam~~ quid potuerit si dicas posse certe non erit natura sua determinata ad opus inhonestum siquidem tunc esset honestus movere manus, cum hoc tum sit implere præceptum, et posset manum movendo implere, si non posset prohibeat Deus manum movere certe movebit, rogo quid movit ad movendum manum, cum antea nihil moveret; non est aliud demum quod movere possit nisi esse contra præceptum, et inhonestum: ergo turpitudo esset tunc ro motiva voluntatis, quod est impossibile, et tam longe abest, quod ut moveat turpitudo ad agendum, quod potius retardat, ut retrahit ab actione.

Confratur eadem disparitas, quia sicut bene valet nulla voluntas potest amare ullum obiectum sub ratione mali; et inhonesti: ergo nulla potest amare ullum sub ratione boni, et honesti, ita non valet, nulla substantia potest determinari ex natura sua ad amorem inhonesti: ergo neque ex natura sua determinari ad amorem honesti, nam ro discriminis in priori casu descervit ad postremum.

Dices quamvis sit impossibile voluntatem moveri ab obiecto turpi, qua turpe est, ita, ut turpitudo sit

ratio

ratio motiva non repugnat, quod moveatur ab obto delectabilitate-
pi, non ita, ut turpitudo sit ro motiva, sed delectatio obti turpis; atque ideo non implicabit substa de(t)ata ad solum inhonestum delectabile, ita ut nec ferri possit in obtum, quod non sit inhonestum, nec moveatur ab inhonestate, sed à delectabilitate. —

Certe hoc non adversatur meę conclusioni, sed illi favet nam probat non repugnare talem substam detratam ad oē inhonestum sub rone delectabilitis, atque ideò per paritatem erit possibilis alia detrata ad oē honestum sub rone honesti, et paritas e eficax. —

Sed dispiciendo veritatem rei independenter ab impugnatione conclusionis respondeo, quod si ratio motiva illius substę non esset turpitudo, sed delectabilitas, ubicunque reperietur delectabilitas reperietur motivum illius substę, atque ideo posset amare obtum delectabile, cum ibi reperiatur ratio motiva illius, quod é contra suppositum obiicientis. Sectio 9a. 4a obiectio ex eo quod illa creatura esset filius natis dei. —

Sectio 9a.

4a obiectio ex eo quod illa creatura esset filius naturalis dei. —

Obiiciunt 4.o ex nostra sa sequi illam substam futuram filium natlem dei, quod probant, quia sicut nos modo quando iustificamur sumus filii per gratiam, illa substa esset filius per nam, siquidem per suam nam haberet, quod nos habemus per gratiam, filius autem per nam: ergo illa substa foret filius nalis dei, quod de pura creatura, nec dici nec sustineri potest, cum (Adrianum in epistola ante concilium francofordiense probet filii divinitatem ex filiatione nali audis oēs, qui in fide de nascuntur

eminter superat, quia non ut ceteros adoptio, sed na illum divinitatis exaltat. Confirmant, quia illa subsistentia esset filius Dei, (nam qui e iustus e filius Dei, neque aliunde nos filij sumus, nisi quia sumus iusti) non adoptivus: ergo nalis. patet consequentia quia non videtur ee medium inter filium adoptivum, et nalem. minorem probo, quia filius adoptivus, e per afectum, ut expresse tradit concilium francofordiense his verbis. omnis adoptio exaltatione ducit vocabuli sui originem et altera ex afectu quidem dilectionis pars surrexit parti, ut in utraque conveniat dilectionis afectus: illa autem subsistentia, non esset per afectum, sed per nam.

Unde ulterius fieret illam subsistentiam futuram heredem beatitudinis, que est hereditas filiorum, nam stante Paulo, si filij, et heredes, nec fieret illa gratia in collatione Beatitudinis, sed na sua, et independenter ab omni indulgensia beneficio, et gratia haberet ius ad illam tanquam ad rem debitam, non secus ac filij nales habent ius ad paternam hereditatem, tanquam ad rem debitam independentem ab omni beneficio, et gratia, imo fieret iniuria si negaretur. Respondetur negando sequelam argumenti ad probationem dico nihil inferri, quod si nos modo sumus filij profesisse per gram sanctificantem, de quo infra, tum illa subsistentia esset filius adoptivus per nam sicut modo sumus adoptivi per gram, quia per nam haberet quod nunc habemus per gratiam, et nunc non habemus per gratiam ee filios nales, sed adoptivos, atque ideo nec obtinetur intentum nec quidquam concluditur contra nos.

Ad confirmationem omissa maiori (si prescindamus legem Dei extrinsecam et eiusdem pactum) negando minorem. ad probationem quidquid sit de consequenti, quod negaret Per. Bernal, quia concedit inter filium nalem, et adoptivum proprius illa subsistentia esset filius per afectum, quod licet haberet filiationem per nam, filiatio quam haberet per nam esset filiatio affectiva, quatenus haberet na sua de rationis

ad afectus

ad afectum totius honesti, si graviter sit preceptum, et odium inhonesti, si graviter sit prohibitum, quemadmodum gratia sanctificans secundum obiicientem est filiatio per suam naturam, et nihilominus adoptiva et per afectum ~

Dices esse impossibilem, quod sit filiatio per naturam, et adoptiva, neque esse per naturam, non esse per gratiam esse aut adoptivam est esse per gratiam, atqui esse, et non esse per gratiam est implicatio in terminis: ergo esse filiationem per naturam, et esse adoptivam est implicatio in terminis. Respondetur esse quidem impossibile, quod sit filiatio per naturam, hoc est per communicationem naturae specificae patris, et quod sit adoptiva, hoc est non per communicationem naturae patris; nullatenus vero esse impossibile, quod sit filiatio adoptiva non per communicationem naturae specificae patris, sed per aliquam specifice specie dissimilem, filii tamen propriam, nam ad similitudinem naturalem requiritur quod filius accipiat eandem naturam, et substantiam patris saltem in specie, et non sufficit haec, est filiationem per naturam specie dissimilem.

Dices iterum si filiatio competit per naturam: ergo est naturalis ~~ergo~~ cum nihil magis naturale quam quod competit per naturam. Ingens equivocatio! distinguo consequens: ergo est naturalis respective ad patrem nego consequentiam, respective ad subiectum cui competit, concedo consequentiam. est dicere quod ista filiatio, licet ex se adoptiva sit est connaturalis subiecto quod dicitur filius, atque ideo est illi connaturalis adoptio: sed non est naturalis filiatio patris, quia non est per communicationem naturae specificae patris, ut opus erat ad filiationem naturalem, quae respicit utrumque patrem, atque ideo non constituit filium naturalem patris, sed constituit naturaliter filium adoptivum patris. ~

Similem equivocationem reperies in aliis rebus, in quibus potest fieri modo argumentum. instantiam enim: intellectio est similitudo obiecti: ergo subiectum cui est intellectio naturalis convenit similitudo obiecti naturaliter: ergo convenit similitudo naturalis, quia utraque nihil aliud est convenire similitudinem naturalem, quam convenire similitudinem naturaliter.

et

et augeri potest in ipsa intellectione quae per suam quidditatem est illam, et naturam est similitudo obiecti ergo est similitudo naturalis cum nihil magis naturale, quam quod convenit per naturam, si intelligo aliquis per naturam illi convenire, quod sit similitudo intentionalis ita et ego dicam illi substantiae convenire per naturam filiationem adoptivam.

Rursus gratiae ipsa, quam nunc intellectualiter supponimus, aut gratis damus, convenit naturaliter esse filiationem cum conveniat non per extrinsecum legem dei, sed per illius naturam. ergo convenit ei filiationis naturalis cum nihil magis naturale, et tamen, quam quod convenit per rei naturam et propriam quidditatem naturalem. cuius rei possent adduci multa alia exempla, et non nulla alibi tetigi in re simili.

Dices ergo: in priori casu intellectionem esse similitudinem intentionalem obiecti et gratiam filiationem adoptivam, atque ideo cui convenit naturaliter intellectio convenit naturaliter similitudo intentionalis, et cui convenit naturaliter conceptus gratiae convenit naturaliter filiatio adoptiva quia convenit naturaliter id quod per suum conceptum est, per suum autem conceptum intellectio est similitudo intentionalis gratia autem filiatio adoptiva neutra autem naturalis.

Illud quod in argumenti calce subinferebatur videlicet illam substantiam futuram heredem naturalem beatitudinis, quae est hereditas filiorum distinguendum est, nam si per heredem naturalem intelligatur is, cui ex natura rei competit filiatio adoptiva conficiens ius ad hereditatem utique in ipsa quam nunc supponimus, aut liberaliter damus, neque ei fieret ulla gratia, sicut est naturaliter debita gratiae sanctificanti eadem hereditas beatitudinis, neque in ea conferenda fieret gratiae ulla gratia, semel statuto, quod ex natura rei independenter

a lege

a lege, et pacto divinis gratiæ sit debita beatitudo. Si vero intelligatur is, qui e filius nalis, et non het filiationem nalem conferentem ius ad hereditatem, falsum e, quia non heiet, ut dixi, talem filiationem. Sectio 10 5a obiectio ex eo quod illa creatura iure libertatis heiet indiferentiam ad amorem obti, et eiusdem fugam.

Sectio. 10a

5a obiectio ex eo quod illa creatura iure libertatis heiet indiferentiã ad amorem obti, et eiusdem fugam.

Hic recurrunt ad veritatis ad libertatem, ut inde colligant illam creaturam posse peccare. et arguitur sic. illa creatura esset libera (alias non esset ralis, sed more beluino, et brutorum proprio operaretur) ergo libere amplecteretur obti preceptum et libere fugeret obtum prohibitum. ergo posset omittere rem preceptam et amare rem prohibitam. probo cosntiam, quia ut libertate exerceret, deberet ita amplecti obti precepti, ut posset non amplecti, et ita fugere obtum prohibitum, ut posset illud amplecti, alias nec libertas contradictionis exerceretur, que vel satur nario inter ee, et non ee: nec contrarietatis, siquidem hec non contingit, nec reperiri potest sine libertate contradictionis.

Confirmatur 1o. quia demus illi creature a Deo precipi auditionem sacri: vel posset sacrum omittere vel non e. si 2um. manifestum videtur non here libertatem necnario implere preceptum audiendi sacri. Si 1um ergo posset peccare. probo cosntiam, quia si omitteret peccaret, cum eo ipso

ipso peccet, et violet preceptum. ergo si posset omittere posset peccare.

Confirmatur 2°. quia obtum honestum proponeretur illi substantie, ut indifferens, et non necessario amandum. ergo posset illud non amare, presertim si haberet obtum illud sibi annexas plures difficultates, eamque aliquas non leves, que ab illius amore, et multo magis ab executione retrahere; ergo posset peccare, cum cessare ab amore, et executione obti honesti precepti peccare sit. Adde quod posset proponi obtum honestum remissius, et tepidius; inhonestum autem illi ... vium acrius intensius, et vividius. ergo posset preferre obto turpe illud amplectendo post habito honesto.

Confirmatur 3°. quia nullum obtum creatum potest necessitare, sicut necessario voluntatem rapere ad sui amorem, ea enim excellentia soli Deo clare viso reservata est, propterea quod sit summum bonum, et illimitatum carens omni defectu nullam que secum importans rationem malitie, que in tanto bonitatis pelago apparere non potest, sed neque apparere potest ro bonitatis in cessatione ab amore illius, et multo minus in amore contrarii. at creatura est bonum limitatum mille scatens defectibus multa que secum importans aut rones malitie, aut incommodi, et difficultatis, et in cessatione ab amore illius plures possunt apparere rones commodi et bonitatis.

Confirmatur 4°. et urgetur amplius. si Deus non prohiberet obtum posset illa substantia amplecti, et amare illud, ut nos ipsi non negabimus: ergo etiam si prohiberet. probo consequentiam, quia prohibitio, nec tollit nec minuit potentiam, que antea erat, sed intactam integram que relinquit, et preterea, idem est et obtum, siquidem

dem prohibitio illud non mutat. at quoties ppa non minuitur sed perseverat eadem, circa idem oio obiectum (praecertim si caetera non mutentur, ut non oportet mutari) potest ab illa obiectum amari sicut antea: ergo etiam post latam prohibitionem amari posset ab illa substantia. et consequenter esset peccabilis.

Adde quod prohibitio non immutat intrinsecam libertatem illius substantiae. ergo si ante prohibitionem habebat intrinsecam libertatem ad amandum illud obiectum, etiam post prohibitionem, alias esset intrinsece libertas mutata. neque intelligi posse videtur quo pacto variatio pure extrinseca prohibitionis variet modum intrinsecum operandi illius substantiae. Sectio 11a. huius obiectionis expeditio.

Sectio. 11a.

Huius obiectionis expeditio.

Videbitur forsam proxima obiectionis vehementer vigere, re tamen vera non ita est, sed aliis difficultatibus est eius, et in aliis materiebus est solvenda, l. ab ipsis adversariis, cum quibus disputamus. ut ex hic dicendis liquido constabit. Resolo igitur 1°. eodem modo convinci creaturam dominium posse pecare, quia libere amplecteretur praeceptum et posset illud omittere ne alias more belluino, ut ad versarii loquebantur, et brutorum proprio procederet. si autem omitteret peccaret.

Resolo 2°. illam creaturam futuram quidem liberam, at nobiliori quodam genere libertatis, divinae similioris, quae vagari non posset per obiecta turpia, sicut potest nostra, sed contineretur intra spheram solius obiecti honesti: atque ideo non posset sic amare obiectum praeceptum, ut in ma gravi posset

posset illud omittere. posset tamen amare obiectum honestum, quod non precipitur, et pro arbitrio posset omittere. posset item amare obiectum honestum graviter preceptum, ex hoc potius fine, quam ex alio, cum hac intentione potius, quam cum alia, in his circunstantiis non preceptis, potius, quam in alijs, in hoc loco, aut tempore potius, quam in alijs, quemadmodum dicit Pater Vasques de Christo domino. unde patet, qua ratione libertas illius subiecti versaretur inter extrema contradictionis, non enim versaretur circa amare, et non amare obiectum graviter preceptum simpliciter acceptum, sed circa amare illud sub his circunstantijs sub hoc motivo fine et tempore, et sub hac intensione, atque circa non amare illud sub eisdem circunstantijs motivo tempore, et relliquis.

Multipliciter responderi potest ad hoc argumentum Calvini; 1o redarguendo cum Becano Calvino, nam pro tota nostra 1a plura loca scripturae citavimus clara, et manifesta in quibus dicuntur tolli peccata, Calvinus autem vnum tantum illum solum citat in quo dicuntur tegi. inquiro an hic vnus vel alter locus sit illis pluribus contrarius nec ne? si sic, cur Calvinus huic vni, vel alteri potius credit quam illis pluribus; num quis credit in vno loco scripturam dicere verum et in alijs falsum si contrarius. non est, si vtraque vbi nunc afirmat tegi peccata, dicat tolli, quia vtrumque dictum ab spiritu sancto et vtrumque alteri non repugnari.

2o. ex Origine ad Romanos 4. S. Filone Carpasio Canticorum 4. S. Ambrosio libro de [illegible] et [illegible] cap. 31. eatenus dici per remissionem tegi peccata.

cata esta quatenus induantur habitus virtutum, et bona opera, quibus nuditas causata per peccatum tegitur, et ornatur, ita ut iam homo vere reputari possit sicut vere est ornatus, vestitus veste nuptiali, et sanctus absque ulla macula peccati.

3.° ex S.to Crisostomo, Gregorio, et alijs per illa verba remittere, tegere, et non imputare, intelligi a scriptura veram remissionem, et veram peccatorum ablutionem, quia scriptura utitur metaphora, qua nos etiam plerumque iniuriarum remissionem facimus, i.e. Hispanis verbis denotamus las enterrare, no las tomare mas en la boca, sepultarle las en perpetuo olvido echarle les tierra. Praeterquam quod tum tecta dicantur peccata in oculorum Dei, cui nihil quod vere sit potest esse tectum, et occultum, quare in toto delatur peccatum, et non sit ut tectum esse possit oculis Dei.

4.° adhuc subtilius ex S.to Augustino omne Q.a in psalmum 31 servata proportione ad vulnera corporis ait: vulnera corporum duobus modis tegi posse 1.° ab ipso vulnerato 2.° a medico, vulneratus tegit ea pallio, non tollit, medicus emplastro tegit et tollit; idem fit in peccatis atque ideo, Deus qui est vere medicus peccatorum tegit medicina vere curando, et tollendo. Deus ergo concludit Augustinus tegat vulnera: non tu. nam si tu tegere volueris erubescens medicus non curabit. medicus tegat, et curet, emplastro enim tegit sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. quid aptius, et pulcrius ad explicationem dictorum verborum ex dicto psalmo.

igitur celatur peccatum secundum Calvinum, aliter secundum catholicos. nam secundum Calvinum tegitur exterius iustitia extrinseca, non tollitur secundum catholicos vero tegitur per sanitatem, et medicinam internam, atque ideo tollitur.

Objicitur 2.° Psalmus 142.us verbum ... non intres in iudicium cum servo tuo Domine quia non iustificabitur in conspectu

pectu tuo omnis vivens, si autem non tegerentur peccata, sed vere delerentur peccatores, vere iustificarentur in conspectu Dei: ergo non vere tolluntur, sed teguntur. Resp. Scriptorem Sacrum loqui ante iustificationem, et tunc merito petit ne Deus intret in iudicium cum servo suo, quia nisi ipse per voluntariam gratiam, ut doleat de peccatis, et iustificetur procul dubio damnabitur. vel loqui potest iustificationem, et tunc etiam merito petit, quia licet vere iustus sit, adhuc supersunt venialia, quae nisi Dei misericordia tollantur non poterit homo omnino iustificari, hoc est omnino iudicium et Dei iram effugere. Unde patet non contendere, quod hosti non accipiant per divinam gratiam iustitiam veram, qua vere tollantur peccata. Sectio 4a.

Gratiam sanctificantem expellere physice peccatum.

Postquam vidimus in iustificatione vere tolli, et expelli peccata restat videamus an ea auferantur physice a gratia, vel non, sed solum moraliter. Dicimus cum doctoribus nostrae sententiae, quam sectione 1a retulimus, non solum moraliter, sed physice, quod multis rationibus hic probandum est. ~

1a quia id praestat res physice, quod praestat per suam entitatem physicam, non enim alio ex capite praestat albedo physice dealbare, nisi quia per suam physicam entitatem dealbat, nec calor aliunde expellit physice frigiditatem, nisi quia per suam entitatem expellit, sed gratia per suam entitatem physicam expellit peccatum ergo physice illud expellit. Minor probatur quia per id gratia expellit peccatum per quod sanctificat, sed per suam entitatem physicam sanctificat, cum formaliter sanctificet per formalem sui exhibitionem ergo per suam entitatem expellit peccatum. ~

2a per id expellit peccatum gratia sanctificans, quod nobis intrinsece inhaeret. sed quod nobis intrinsece inhaeret est aliquid physicum: ergo expellit peccatum per aliquid physicum, quod est physice peccatum expellere: maior ex eo patet, quia per id expellit peccatum, quo est ratio interioris renovationis, quod per id quod nobis inhaeret gratia intrinsecus

renovationis; ergo per id quod nobis inhæret expellit peccatum. Minor vero probatur, quia quod nobis inhæret é habitus, et qualitas gratiæ, habitus autem, et qualitas quid phisicum sunt.

3ª. Entitas phisica gratiæ é compatibilis cum lætali, l. non! Si 2um ergo per suam entitatem phisicam expellit peccatum cum per id expellat, quod é incompatibile. expellere autem per entitatem phisicam, et phisice expellere videtur esse idem ergo. Si 1um. ergo gratia quæ nobis intrinsece inhæret non é adæquata causa fratis nostræ iustificationis contra decretum Tridentini. Probo consequentiam; quia non est adæquata causa formalis nostræ iustificationis, quæ non sufficit mundare subiectum a peccato, sed cum hoc compatibilis est, et aliunde expectat expelli ergo. ne hoc in hoc labamur incommodum dicendum est entitatem gratiæ non esse compatibilem cum peccato, et consequenter phisice expellere.

4ª. Si per suam entitatem non expellit phisice peccatum: ergo nec natura sua expellit, sed quod expellat é novus favor cuius oppositum ostendemus quæstione sequenti satisque constat ex superius dictis, ubi ostendimus gratiam ex natura sua, et independenter a novo favore iustificare. cum enim iustificare includat duo, videlicet determinare ad implenda omnia præcepta gravia, et mundare excludere peccatum a subiecto, si forte sit, plane fit, aut gratiam per suam entitatem phisice expellere peccatum, aut non natura sua iustificare.

5º. probatur per Merat... quia nunquam dicitur fieri transitus ab uno statu ad alterum, nisi inter utrumque statum sit fratis, et phisica repugnantia, ita quæ posterior statum realiter constituens destruat phisice, et realiter statum constituentem realiter statum priorem, qui desinit. ergo cum tamen vero

alio dicat concilium peccatorem de iniusto, et inimico fieri iustum et amicum, quam vellet dicere tholm fieri de frigido calidum, parietem de nigro album, aerem de tenebroso lucidum, sicut ad horum terminorum oppositorum velitatem naria est fratis, et sic ita oppositio inter frigus, et calorem nigredinem, et candorem lucem, et tenebras ita ad illius praecedentis positionis velitatem.

Probat idem autor 6. quia possibile est aliquam gratiae quod physice, seu per sui physicam inductionem in creatura abla deleat et expelat maculam pecati. ergo talis erit gratia iustificans, quae de facto nobis infunditur, cum non sit cur ei negetur id, si semel possibile est. consequens, quia cum increata sanctitas vi sua pecatum excludat non solum a deo sed a cristo domino, non est implicatio in eo quod aliqua forma sit physica participatio illius repugnantiae, et virtutis exclusivae pecati letalis ea autem forma erit gratia sanctificans ergo.

Probatur 7. gratia sanctificans se ipsa et per suam entitatem physicam constituit subiectum dignum aeterna vita, pecatum autem mortale indignum ea, et dignum aeterna morte: at esse dignum aeterna vita, et ea indignum, et dignum aeterna morte physice repugnant: ergo gratia sanctificans et pecatum repugnant physice. Sectio 5. aliqua obijciuntur adversus haec.

Sectio 5a

Aliqua obijciuntur adversus haec.

Obijcitur 1o gratia sanctificans non repugnat physice cum pecato veniali. ergo nec cum mortali, atque ideo neutrum physice expellit. antecedens patet, quia cohaerent simul collata

colntiam probo, quia quę non repugnat phisicè cum minori non repugnabit phisicè maiori, et quę non hēt vim ad expellendum quod minus ē non hēbit vim ad id quod maius ē. Rētur eodem prorsus argūto probari calorem in gradu intenso non pugnare phisicè cum frigiditate intensa; quia non repugnat phisicè cum remissa, et qui non pugnat phisicè cum minori, non pugnabit phisicè cum maiori etc. quare nego colntiam quoniam repugnantia, quam hēt gra, non ē cum pecato sevi, vt certum ē apud oēs sed cum gravi, et eam, quam hēt, hēt ex nā sua vt probatum ē, et per entitatem phisicam exercet. neque valet aliquid, vt exemplo caloris, et frigiditatis ostensum ē non pugnat cum minori ergo nec cum maiori non potest quod minus ē ergo neque quod maius ē minus enim ē cęlum, quam hō, et tamen hō potest holm non cęlum producere idemque constat in pluribus alijs exemplis.

Obijcies 2°. pecatum mortale hēt malitiam et gravitatem ofensę infinitā grā autem hēt solum bonitatem finitam: ergo pecatum nequit phisicè tolli per gratiam sanctificantem probo colntiam tum quia bonitas finita nequit hēre vim expellendi phisicè malitiam infinitam, tum etiam quia nulla potest dari proportio phisica finiti ad infinitum.

Rēndetur 1° negando ans. ē enim valde cōis opinio, quę in pecato mortali solum agnoscit malitiam finitam, etiam in rōnē iniurię. Rētur 2. quod licet gratia expelleret moraliter pecatum, adhuc ostendum esset argūtum a meis ad Adversarijs nam moralitas gratię ad expellendum pecatum esset finita, siquidem grā non hēt infinitam bonitatem moralem, et quod finitum ē, nequit vtaris expellere infinitum, neque infinito proportionari.

Rētur.

Resp. 3.º omisso anti, et negando consequentiam: ad probationem dic quod infinita malitia non potest tolli per modum meriti, et satisfactionis per bonitatem finitam, bene tamen per modum formae repugnantis, quemadmodum negatio expellit, et aufert ab homine infinitam perfectionem infinitamque malitiam, cum tamen finitae perfectionis sit, immo et nullius proprie, et physice. et forma minus perfecta potest etiam expellere perfectionem, ut experientia patet et [illegible] solum re[illegible] formam cadaveris, quae expellit animalem longe praestantiorem. —

Objicitur 3.º gratia non habet ex natura sua impedire physice ne introducatur peccatum ergo neque habet ad expellendum peccatum. patet consequentia. quia eadem vis deservit ad impediendum ante introductionem, quae ad introductum expellendum neque maior videtur requiri ad unum, quam ad aliud. antecedens, quia alias nunquam iustus peccaret, cum gratia semel habita semper impediret peccatum, essetque immobilis, et sic loquamur et inamissibilis contra definitum in tridentino. —

Resp. 1.º eodem modo probari neque expellere moraliter, quia si haberet vim moralem expellendi peccatum, etiam haberet ad impediendum ne introduceretur, siquidem virtus ad unum et ad aliud est aequalis requiritur ad utrumque, adversarii autem concedunt habere vim moralem expellendi peccatum, et non concedunt eandem sufficere ad ... impediendum ne introducatur. ergo argumentum vim non habet. —

Resp. 2.º gratiam sanctificantem habere vim impediendi physice ne intret peccatum, quamdiu ipsa in subiecto manet quamvis non habeat ne omnino introducatur, ipsa expulsa, aut ne ipsa quasi vincatur, et expellatur. quemadmodum forma positiva quae physice expellit negationem ... physice

phisicam hēt ad impediendum ne emergat talis negatio, quandiu ipsa ē, quamvis non heat vim ne ipsa destructa emergat, aut ne ipsa per eiusmodi negationem quasi vincatur, et destruatur. itaque non requiritur ad repugnantiam phisicam extremorum, quod unum possit semper impedire ne oppositum introducatur, sed satis ē, quod ex sua nā phisica simul ēē non possint, sed ad invicem repugnent.

Obijcitur 4. inter gram, et peccatum nullum gnūs oppositionis phisicae reperiri potest. ergo gra non expellit phisice peccatum. patet consequentia, quia ut phisice expelleret deberet hēre aliquod gnūs phisicae oppositionis, ans. pr. nam imprimis non opponuntur relative, cum gra sit fr̄ā absoluta, non contrarie, cum non sint sub eodem genere, nec se in gradibus remissis compatiantur, sicut caetera contraria. nec contradictorie cum detur medium inter peccatum, et gram, nec unum extremum sit fratis negatio, aut carentia alterius.

Rēdetur cum D. Meratio nullum reperiri propria oppositionis gnūs ex tribus numeratis, nec tale ē nāriūm, ut gra phisice expellat peccatum, satis ē quod de numero repugnantium, seu incompatibilium sint que nullā certam oppositionis phisicae gnūm servant ut sunt ascensus, et descensus de eodem moto, ēiax vosilio, et ibi sessio eiusdem.

Obijcitur 5. quae se expellunt phisice debent ēē in eodem subto. gra, et peccatum non sunt in eodem subto, sed in diversis siquidem gra ē in aīa, et peccatum in voluntate. ergo non se phisice expellunt. rēt P. Meratius gram etiam moraliter ēē in voluntate, et in toto hōe, sicut peccatum, atque adeo licet phisice sint in diverso subto moraliter sunt in eodem. sed rēri potest melius negando maiorem

tem, quia licet ea quae se expellunt contrarie iuxta proprias leges contrarietatis debeant esse in eodem omnino subiecto, non quae se expellunt extra eas leges per aliam tamen incompatibilitatem, quemadmodum voluntas efficax non movendi manum habet incompatibilitatem cum motu voluntario manus, illum que phisice excludit quamvis actus voluntatis sit in voluntate, et motus in manu. Sectio 6.a an ut gratia expellat peccatum actionis requirat aliquam subiecti peccatoris operationem.

Sectio 6.a

An ut gratia expellat peccatum actionis requirat aliquam subiecti pecatoris operationem

Quamvis ostensum sit gratiam phisice expellere peccatum, videndum restat, an ut phisice expellat dependeat ab aliqua subiecti pecatoris operatione videlicet a retractione pecati poenitentia, aut caritate. quemadmodum, ut calor phisice expellat frigiditatem pendet ab unione cum subiecto, et ignis, ut phisice producat indiget aplicatione. Sermo autem est de pecato actionis, quia de originali omnes catolici admittunt deleri in baptismo absque ulla infantium dispositione.

Duplex est sententia: affirmat, quam sequitur Dominicus Soto in 4.o distinctione 15.a questione 1.a articulo 2.o videlicet de Sancti Thomae 3.a parte questione 86.a articulo 2.o. Consentiuntque ex parte qui dicunt ultra infusionem gratiae requiri ex dei ordinatione 1. subiecti mundati operationem, neutram tamen de iure sed unam tantum.

2.a negat ita Meratius tomo 2.o tractatu de gratia disputatione 9.a sectione 5.a n.o 3. Becanus tomo 1.o in 2.am partem tractatu 4.o capitulo 3. questione 5.a n.o 1.o Pater

Vazquez

Vasquez 1a 2ae disp. 201a cap. 3. Ubi proKeitat Ricardum in 4. Distinctione 15a articulo 1. quaestione 1a Vegam lib. 6. in tridentinum cap. 5. post medium §. Verum nec, et recentiores alios Thomistas, quibus etiam adnumerat Caietanum quaestione 112a articulo 2°.

Vellem tamen ad ultras pro maiori praesentij controversiae declaratione non hic inquiri (neque intelligas duas sas dari dicidium circa hoc) an ut gratia, qua de lete peccatum actionis, infundatur, requiratur aliqua subiecti operatio. Fatentur enim omnes de facto, ut infundatur gratia, sive cum Sacramentum, sive extra illud requiri in adultis dispositionem aliquam, quae bona quaedam operatio est, sed cum eam operationem requirat, non ut infundatur, sed ut infusa deleret peccatum, ita ut illud non deleret, si divinitus absque ulla subiecti operatione infunderetur.

Posterior sententia plus placet, et probatur 1°. quia gratia sanctificans ex suo conceptu habet expellere peccatum mortale, illique repugnare, ita ut simul esse non possint, ut ex dictis constat, et ex infra dicendis amplius patebit: ergo si semel infundatur, quamvis subiectum nihil omnino operetur expellet peccatum, atque ideo, ut illud expellat, non eget aliqua subiecti operatione. Consequentia probatur, quia si infusa absque operatione subiecti non expelleret peccatum, ex se non illud formaliter expelleret, neque cum illo repugnaret, cum illi heret totum conceptum, et non expelleret.

Confirmatur, quia si gratia sanctificans collata sine dispositione, aut subiecti operatione non excluderet peccatum: ergo ut expellat expectat, et requirit aliquid ulterius (nempe operationem, quam requirit ad expellendum peccatum, sine cuius expulsione, non datur peccatoris iustificatio). ergo non est completa iustitia

tia, neque adæquata, et perfecta sanctitas, sed incoata, et incompleta, quæ nec facit sufficienter iustum, nec sanctum, nec immaculatum, cum tamen deberet fuere, ut causet.

Pr. 2.° quia gra sanctificans non esset forma adæquata sanctificandi, seu adæquata causa fralis nostræ iustificationis contra Tridentinum, si ut pecatum expelleret, egeret subti operatione, ut modo dicebam. Probatur sequela, quia ea non est fra adæquata sanctificandi, qua præcisse posita in subiecto illud non sanctificat: sed posita præcisse gra sanctificante in subto illud non sanctificat, sed nisi simul ponatur aliqua subti operatio: ergo non esset fra adæquata sanctificandi, si ut pecatum expelleret, egeret subti operatione. Minor pr, quia non sanctificat subtum, nisi mundet a pecato, et non mundat per solam infusionem gratiæ, nisi adsit aliqua subti operatio: ergo

Pr. 3. et confratio rõnis præcedentis. causa fralis nostræ iustificationis, non esset unica, sed duplex, contra Tridentinum. Pr, quia esset gra sanctificans forma, et non illa sola, cum etiam esset subti operatio, siquidem absque illa non daretur fralis iustificatio, nec subtum esset mundum fraliter a pecato, ea operatione præcisse deficiente.

Quod urgetur sic demus gram infundi subto absque operatione et dispositione, vel deest aliquid essale constitutivum iustificationis, vel non? si primum dicas, hēo intentum: ergo illud quod deest erit fralis, fraliter constitutivum, et non adæquate constituetur iustus, qui gram accipit, per gram acceptam, siquidem ea accepta, adhuc non est adæquata, et completa iustificatio. si dicas 2um? ergo dispositio non requiritur ad iustificationem, et pecati expulsionem. Probo consequentiam, quia ea dispositione, et operatione deficiente, concedis dari intus gram iustificationis, quæ importat nario expulsionem pecati, et fram adæquatam iustificandi.

Pr. 4.

Pr. 4.º quia Deus D. in Sacramento pœnitentiæ iustificat hominem, illum mundat à peccato, interveniente solo actu attritionis ex parte subiecti: sed actus attritionis ex se non habet incompatibilitatem cum peccato, nec vim formalem expulsivam illius, alias esset gratia sanctificans saltem partialis, et non mera dispositio, itemque expelleret peccatum iuxta Sacramentum, quod non ita est, ut constat ex Tridentino sessione 14.ª cap. 4. ergo gratia sanctificans, quæ tunc infunditur est, quæ sola per suam entitatem physicam expellit formaliter peccatum, atque ideo, ut peccatum expellat non eget subiecti operatione, quidquid sit, an ut infundatur expectet, saltem ex pacto Dei, talem dispositionem, de quo dicemus inferius.

Pr. 5.º a P. Meratio, quia potest Deus adulto peccatori infundere gratiam sanctificantem absque ullo actu et operatione illius, sicut infundit infanti baptizato: sed tunc expelleret peccatum; ergo, ut gratia expellat peccatum non eget subiecti operatione sed per se ipsa præcisse potest. Pr. minor; quia gratia est incompatibilis cum peccato. Verum hæc vero coincidit cum 1.ª nostra et nihil supra illam addit.

Pr. 6.º a P. Suarez, quia si propterea aliquid requireretur subiecti operatio, nempe voluntaria retractatio peccati ad illud tollendum maxime, quia peccatum est voluntarium, et tolli non potest, nisi per actum contrarium voluntarium. hæc autem vero inefficax est, et insufficiens, quia postquam homo peccavit, status peccati habitualis, in quo manet non est illi voluntarius, cum iam non sit in illius potestate talem statum tollere: ergo potest tolli absque illius voluntate. Pr. consequentia, quia non requiritur quod ablatio illius, quod non est voluntarium peccatori, sit peccatori voluntaria.

§ Probant aliqui 7.º quia si requireretur retractatio peccati ad illius expulsionem id sane esset, ut hac ratione auferretur quod censeretur peccator sponte conservare dum illud non aponit: sed ad hoc non requiritur ea retractatio ergo. minorem probant, quia si retractatio requireretur ut auferretur peccatum, ablatio peccati non esset effectus etiam secundarius gratiæ, quod non est

non e dicendum, pr. nam retractio illa non e effectus primarius, nec secundarius gratiae sanctificantis. ergo neque effectus illius retractationis videlicet remissio peccati e effectus ... Sectio 7. Solvuntur aliqua pro parte opposita obta.

Sectio 7.a

Solvuntur aliqua pro parte opposita obta.

Objicitur 1o implicatio terminorum e, quod homo sit absolute, et simpliciter iustus, sanctus, et mundus a peccato commisso et quod sit absolute in peccato commisso, sed quamdiu non ellicit aliquam operationem qua sufficienter auferatur quantum de se e, peccatum commissum e absolute in illo. ergo implicatio terminorum e, quod sit sanctus iustus et mundus a peccato quamdiu non ellicit praedictam operationem. Minor pr. quia e e absolute in peccato commisso e illud commisisse, et non sufficienter pro illo satisfecisse, aut retractasse. ergo quamdiu peccator non sufficienter satisfecit manet absolute in tali peccato. atqui retractare, seu satisfacere pro peccato commisso e ellicere operationem, qua sufficienter auferat, quantum de se e, peccatum commissum ergo.

Resp. concessa maiori negando minorem ad probationem nego ans. e e enim in peccato non e commisisse et praescisse non sufficienter satisfecisse, nec retractasse; sed e nec satisfecisse, nec sufficienter retractasse, nec fuisse a Deo remissum (l. ipsum, l. debitum satisfaciendi) nec per aliquam aliam formam incompatibilem (qualis e gratia sanctificans) extinctum, quia cum per quamlibet harum rerum ... non sufficit unam ... deesse

desse, ut permaneat, et duret, sed oportere desisse omnes, non autem desunt omnes, quando gratia sanctificans infunditur, quamvis omnis sit formalis retractatio ab ipsis subito praestita aut la-ijs factio.

Adde gratiam sanctificantem esse sufficientem peccati retractationem, nec opus esse alia, quia convertit radicaliter, et quasi substantialiter, et primario subjectum ad Deum, et avertit a creatura ad quam per peccatum conversum erat, siquidem illud adaequatum est regulae honesti, et eo ipso constituit ordinatum, et rectum tollitque inordinationem, et obliquitatem, quam peccatum causaverat, item retrahit ad omne honestum graviter praeceptum videlicet ad obediendum Deo in omnibus tam graviter prohibitis quam graviter praeceptis redditque amore Dei dignus, et repugnans cum omni inhonesto gravi.

Et quidem si argumentum aliquid convinceret, convinceret sane non posse Deum remittere injuriam sibi illatam per peccatum, nam cum injuria fuerit illata voluntarie tolli non poterit sine voluntate injuriantis, quod dici non potest. Si quid ergo intelligitur bene, quod Deus possit remittere absque voluntate peccatoris injuriam ab illo voluntarie illatam, poterit etiam per gratiam cum media illa Deus injuriam extingueret, et remitteret, neque enim Deus ad remittendam suam injuriam hoc vel illo modo pendet a voluntate alterius, aut illa eget.

Obijcies 2°. omne peccatum actuale mortale est voluntaria aversio a Deo ergo tolli non potest nisi per voluntariam conversionem, cum voluntarium non tollatur nisi per voluntarium, et voluntariae ~~actioni~~ aversioni non opponatur, nisi voluntaria conversio. atqui conversio voluntaria esse non potest nisi per actum voluntatis,

qui ē subti operatiō: ergo pecatum tolli non potest per solam gram habitualem absque subti operatione.

Resp. concesso anti negando colloqu. am. ad cuius probationem dic complexionem voluntariam ēe complexum quod necesse ē deficiat, et pereat qua vis illius parte destructa, et deficiente; dicitur enim ratione volunta vis, et ronem aversionis; destructa autem aversione, ut destruimus per gram, destruitur pars. ergo necessesum ē destructum complexum, seu conceptus aversionis voluntariae, ecc.

Adde quod ro voluntaris in pecato habituali solum manet moralitte, et pendet in sua existentia ab aversione; unde destructa aversione per gram etiam ex conti destruitur existentia voluntaris, sicut destructo obto destruitur actus. per que patet ad reliqua. et nihilominus addo; voluntario potius ē poni involuntarij, quam voluntarium, atque ideo ex hac parte non multum urget argum.

Objicies 3º. grā non expellit pecatum veniale absque subti operatione, ergo nec mortale. patet conseqtia a minori ad maius; si quod minus ē non potest se sola multo minus poterit quod maius ē. Resp. omisso anti (ne mo disputamus unde oriatur remissio venialium) et negando conseqtiam. discrimen ē, quia grā non hēt per suam entitatem unde accepitum repugnantiam cum veniali, hēt vero cum mortali.

Objicit 4º. quidam Recentior conservatio moralis pecati consistit fratissime in hoc quod detur debitum satisfaciendi, et non detur sufficiens satisfactio post commissum pecatum. ergo dum non auferetur debitum per remissionem, aut carentia satisfactionis per poenitentiam et retractationem, non auferetur conservatio pecati, nec pecatum ipsum

ipsum, at per meram infusionem gratiae non aufertur, siquidem, nec est formaliter retractatio peccati nec remissio debiti ergo. —

Respondetur omittendo, quod arguens supponit videlicet debitum satisfaciendi esse ipsum peccatum, et non potius effectus peccati negando, quod conservatio consistat phisice in eo, quod non detur satisfactio, nam ut supra dixi conservatio importat negationem, non solum satisfactionis, sed sufficientis retractationis, remissionis, seu condonationis debiti satisfaciendi, et per se cuiuslibet incompatibilis cum peccato qualis est gratia. Praeterea quod, etiam nota vi deus per gratiam remittit peccatum, operandus sufficientissime retractatum peccatum habitualem, et nobiliori modo, quam per actus siquidem retractatur primario, radicaliter, et quasi substantialiter. —

Quaestio. 10a

An gratia sanctificans egeat condonatione dei, ut mundet subiectum â peccato. —

Sectio Ia

Explicatur quaestio, et referuntur sententiae. —

Vidimus gratiam sanctificantem phisice expellere peccatum, nec adid egere dispositione, aut operatione aliqua peccatoris, sed per sui exhibitionem illud delere, quantumvis peccator nihil agat. Nunc inquirimus an sicut ex parte peccatoris nullam operationem, aut actum requirit, ita neque requirat ex parte dei, an non sed postulet dei condonationem aut remissionem, actum videlicet, quo vellit non solum infundere gratiam, sed etiam remittere, aut condonare peccatum, quem ad modum, ut per calorem phisice expellatur frigiditas, non solum requiritur introductio caloris, sed suspensio concursus dei conservantis frigiditatem, atque ideo sicut non satis est introduci calorem, ut expellatur frigiditas, nisi deus concursum suspendat, quem impendit in conservanda frigiditatem, ita non sufficiat ad expellendum peccatum introduci gratiam sanctificantem, nisi deus addat remissionem, et condonationem peccati expellendi. —

Et sane dubitari non potest quin semper quando peccatori infunditur gratia sanctificans, et peccatum deletur, interveniat saltem virtualis dei ~~condonatio~~ offensi

efensi condonatio, et remissio, certum e enim aliquam de[illegible] interveni[illegible], nisi gra ex. e non sufficiat delere pecatu absq dei formali remissione stante, ig hanc interre nire. Siante[illegible] qui per formali remissione dei gra se sola potest delere pecatu deus volens infundere gram vult virtualiter deleri, et remitti pecatu, sicut qui vult ponere cam unde oio infalibiliter, et naïo sequitur effectus vult virtualiter effectum sequtum. controversia e, am requiratur, ultra infusiong gratiæ, et virtualem condonationg pecati expressa, et directa voluntas, qua deus vellit remittere pecatu; sicut directe, et expresse vult infundere gram; ita ut si pp̃ellisse infundat gram et nil aliud immate, et directe vellit circa remissiong pecati, hac non expellatur per gratiam. —— §. Hoc posito duplex e sa 1a ait requiri dei remissiong, aut condonationg ultra infusiong gratiæ, ut expellatur pecatu. ita Pe. Suarez lib. 7o de gra. cap. 12 n. 12, et infinites alias. Pe. Moratius tomo 2o. tractatu de gra disp. 9a Pe. Ripalda (loquendo de gra sanctificante, ut sic, et non in speciali de illa que de facto datur) lib. 1o de ente supernali disp. 23a sectio 8a n. 42 Pe. [illegible] 5 disp. 12a versu v[illegible], Montesinos 1a 2e disp. 33a qu. 5. §. 2 n. 67 Pe. [illegible] actibus supernalibus disp. 2a dubio 8. n. 102, et segentib. Pe. Tannerus, Curiel, [illegible] [illegible]anus, Pe. Salas, Pe. Lesius, Joannes a medina, victoria, cano, et alii. — §. 2a id negat ita Pe. Vasques disp. 207 a cap. 8. Pe. Becanus tractatu 4. de iustificatione cap. 3o questione 5 Pe. Torres opusculo 6. de gra disp. 4. dubitatione 7a n. 2 Pe. granado 1a 2e controversia 8a de gra tractatu 8. disp. 4. n. 6. Ruiz de l[illegible] Pe. [illegible], et alii. et quidem hæc sa non solum [illegible] [illegible] debet dicere gratiam ad expellendum pecatum non egere remissione, aut condonatione dei, ut fra [illegible] condonatione ultra conditione pe requisita per se petito, atque ideo intendum e oio per accidens tantum.

Aliqui hanc controversiam cum [illegible] confundunt cum infusio gratiæ, et remissio, ac [illegible] pecati idem oio sint in re eadem [illegible], et non dis[illegible] qua cum [illegible] remissione [illegible] infusionem gra[illegible]

tis altera ad remissionem peccati. sed me iudice non recte, nam una quaestio abstrahit ab alia, sive enim una mutatio, sive duae sint, quod rogamus est, an praecissa infussio gratiae absque Dei condonatione sufficiat + ad expulsionem peccati, sive quia haec ex illa naturaliter, et omnino infalibiliter sequitur, sive quia utraque est omnino eadem. fateor tamen facilius defendi 2am. sententiam statuendo esse eandem mutationem infusionem gratiae et peccati expulsionem. circa quod quid nos censeamus dicemus inferius. Sit

2a. gratiam sanctificantem se ipsa absque extrinseca Dei condonatione phisice expellere peccatum.

Sectio 2a.

Gratiam sanctificantem se ipsa absque extrinseca Dei condonatione phisice expellere peccatum.

Contrarium cum 2a. sententia illique adhaereo. probatur 1. gratia sanctificans habet sanctificare per se ipsam independenter ab aliquo favore extrinseco Dei remissione, aut condonatione; ut constat ex dictis supra quaestione 3. et ut expellat peccatum non eget Dei remissione, aut condonatione, sed natura sua independenter a quocunque alio extrinseco id praestat. probatur consequentia, quia ut iustificet debet expellere peccatum; ergo si ut iustificet non eget remissione, et condonatione, sed se ipsa id praestat, ut expellat peccatum, etiam non eget remissione, et condonatione, sed se ipsa id praestat. Probatur 2o. quando duae formae sunt omnino incompatibiles ita ut nec de potentia absoluta possint esse simul, ut una expellatur satis est alteram esse: sed gratia et peccatum, ut statim ostendam sunt formae omnino incompatibiles, ita ut nec de potentia Dei absoluta possint esse simul. ergo ut expellatur peccatum satis est Deum infundi gratiam; patet consequentia; quia si non satis esset compa-

compatientur. —

Pr 3°. quia si gra sanctificans non sufficeret expellere peccatum per se ipsam absque condonatione extrinseca, non esset ex se ipsa vera, et completa sanctitas contra Tridentinum oppositum statuens. Atqui ergo quia si per cindamus Dei condonationem, quae extrinseca est entitati gratiae et non expelleret peccatum (quando quidem requiritur, ut ais condonatio ad expulsionem) atque peccati autem expulsione non potest intelligi, ne dum esse, conceptus verae, et completae sanctitatis. ergo si gra sanctificans non sufficeret expellere peccatum per se ipsam absque condonatione extrinseca non esset ex se ipsa vera, et completa sanctitas. —

Quod declaratur, et urgetur sic. id non hēt aliquid verum et adaequatum conceptum sanctitatis per quod non hēt expellere sufficienter peccatum. sed gra sanctificans, per te, non hēt per suam entitatem expellere sufficienter peccatum, sed ad id eget condonatione extrinseca. ergo per suam entitatem non hēt gra sanctificans verum et adaequatum conceptum sanctitatis, sed completum per aliquid extrinsecum. —

Pr 4. quia ex contraria sententia sequitur perfectam iustitiam non esse nobis intrinsecam, et inhaerentem, contra Tridentinum iam citatum. pr quia perfecta iustitia ea sola est, quae peccata delet, et subtrahit reatum. at non delet peccata sola gra, quae nobis intrinseca est nisi accedat remissio Dei extrinseca, et condonatio quae iuvet ad remissionem l. illam per se causet. ergo cum neque remissio neque condonatio sit nobis intrinseca, et inhaerens perfecta iustitia non erit nobis intrinseca, et inhaerens, sed partim extrinseca. —

Pr 5°

Pr. 5.° sequitur ulterius per gram iustificantem nos non renovari interius, ergo gram non ee causam frmalem interioris nostre renovationis que fit in iustificatione pr. quia per id non renovamur interius, quod nec mundat nos a sordibus aie, nec a morte spirituali liberat, nec transfert a veteri statu pecati ad novum amicitie, et gratie. at gra sanctificans non mundat nos a sordibus aie, nec liberat a morte spirituali etta. sed remissio, et condonatio. ergo per gra non renovamur interius, ergo gra non e ca fmalis interioris nostre renovationis. et quidem si extrinseca Dei condonatione non sufficit se ipsa mundare subtm a pecato ex se relinqueret subtum in pristino statu infelicitatis et non renovat. quod si renovatur debetur condonationi, non gratie. aut certe non cis et cause frmali adequate.

Probat 2.° idem ex quo sexto concilio Tridentino sessione 6ta cap. 3. et 7. in priori enim docuit concilium iustificationem ee translationem ab eo statu in quo ho nascitur filius primi Ade in statum gratie, et adoptionis filiorum Dei. In posteriori vero, iustificationem fieri per voluntariam susceptionem gratie ett.a unde sic argutatur iustificatio per voluntariam susceptionem gratie connexa e cum ea mutatione et transitu ab statu pecati et filii Ade in statum adoptionis filii Dei. ergo voluntaria susceptio gratie infert et causat expulsionem pecati, quo constituebatur ho filius primi Ade atque ideo non e opus alio extrinseco ad expellendum pecatum, et faciendam illam mutationem, et transitum.

Probat 3.° idem auctor nam si ultra gratie infusionem requireretur condonatio ad expellendum peccatum facta infusione gratie ex meritis Christi ulterius applicanda essent Deo eiusdem merita, ut remitteret pecatum

Siquidem

(siquidem munius expulsio esset novus favor, et ex meritis Christi) quod videtur esse contra Tridentinum sessione 6. cap. 7. ubi agens de aplicatione meritorum Christi, quae fit in iustificatione solum dicit fieri, dum gratia infunditur, seu caritas (sub stantialis) diffunditur. ait enim quanquam nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Iesu Christi comunicantur, id tamen in hac impii iustificatione fit dum eius sanctissimae passionis merito per spiritum sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur atque ipsis inhaeret. Si autem ultra hanc esset nova aplicatio non illam taceret, et tacendo denotat aliam non esse. Actio 3.a adversae partis praecipuum fundamentum.

Sectio. 3.a

Adversae partis praecipuum fundamentum

Praecipuum argumentum, et cui tanquam tacitissimo adversarii confidunt est: in iustificatione peccatoris ut de facto contingit interveniunt, seu dantur duae mutationes realiter distinctae, et ad invicem separabiles. altera quae est infusio gratiae, et per quam homo transit de non iusto ad iustum: altera quae est remissio peccati, et qua transit de peccatore, et iniusto ad non peccatorem, et non iniustum. ergo ultra volitionem infundendi gratiam requiritur nova alia voluntas remittendi peccatum, atque ideo gratia ut expellat peccatum ... nova voluntate condonandi peccatum, seu remissione ... patet consequentia, quia singulae mutationes sibi ... et exigunt singulas voluntates cum ad diversum obiectum transitio ... at diversa volunt... ex parte Dei, et mutatio negativa

tractionis peccati dicisum obiectum sit a mutatione positiva infusionis gratiae.

Antecedens multis ex capitibus probari potest. 1° ex Tridentino sessione 6ª de iustificatione cap. 7. ubi sic ait hanc dispositionem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio (ecce unam mutationem) sed et renovatio (ecce aliam). 2° ex Sinodo Moguntina ultima cap. 7. ubi loquens de iustificatione ait, quae cum peccatorum remissionem (vide unam mutationem) etiam sanctificationem et interni hominis renovationem confert. en adiecit alteram. 3° ex Innocentio 3°. cap. maiores de baptismo, qui ponit distinctionem inter remissionem peccati, et infusionem gratiae. 4. ex divo Thoma in quaestione 28. de veritate articulo 1°. corpore ait, si autem iustificatio sumatur per viam mutationis, sic aliam mutationem signat iustificatio, scilicet iustitiae generationem, et aliam peccatorum remissio, scilicet remissionem culpae. quibus adiungi possunt verba Crisostomi homilia 20ª. in Genesim, ubi inquit, non solum largitur vulnerum curam, et a peccatis mundos ostendit (iam hic claret una mutatio) sed et eum qui innumeris peccatorum sarcinis gravabatur iustum fecit, in quo claret altera.

Sed ex ratione etiam probari potest. S. nam iustificatio peccatoris fit per motum a contrario in contrarium: at in motu a contrario in contrarium duae intelliguntur mutationes partiales una in expulsione, alterius, et altera in inductione alterius ergo in iustificatione totidem etiam intelliguntur. Confirmatur, quia cum homo peccat duae mutationes concurrunt, altera qua per cessationem conservationis gratiae subiectum transit de iusto in non iustum, altera qua per commissionem peccati idem subiectum transit de non peccatore in peccatorem.

Ergo

ergo vice versa tridem concurrunt in iustificatione.

Has autem mutationes esse distinctas realiter distinctas probo, quia potest intelligi, et dari iustificatio absque expulsione peccati, ut contigit in Adamo, qui iustificatus fuit antequam peccaret, item quia potuit peccato, quamvis non esset iustificatus. Unde in 1.° casu transiret de non iusto in iustum, non tamen de peccatore in iustum; et in 2. transiret de non iusto in iustum, non tamen de iniusto in iustum. atque ideo sunt distinctae, et separabiles hae mutationes.

Urget, et declarat rem mutatio alterationis, qua subiectum transit de calido in frigidum, altera enim mutatio est, qua producitur frigus, altera, qua expellitur calor. Ut enim expellatur calor non satis est introduci frigus, sed ulterius requiritur, quod Deus suspendat concursum, quo conservabatur calor. ergo similiter in transitu subiecti de peccatore in iustum, altera mutatio tribuitur ad expellendum peccatum, altera ad introducendam gratiam sanctificantem, nec enim satis est hanc introduci, ut expellatur peccatum. sed ulterius requiritur, quod Deus illud condonet, ut ostendetur sectio 4.a Solvitur praecedens argumentum.

Sectio 4.a

Solvitur praecedens argumentum.

Video proximum argumentum paucis a doctoribus elucidari. Curabo ei lucem adferre, ut solutio appareat luce meridiana clarior. Igitur respondeo dando antecedens et negando consequentiam. ad probationem nego semper requiri diversas voluntates ad diversas mutationes, sed sufficit una

vna, vt mox dicemus.

Etenim vt destruatur res producta sufficit voluntas, qua deus velit suspendere actionem, qua illum producit, seu conservat, vt adversarij non negant, et tamen in destructione rei duæ mutationes concurrunt realiter diversæ, altera, qua fit transitus de actione in non actionem, altera, qua de re in non rem. et quidem cum contradictorium vnius rei, non sit contradictorium alterius, et actio et res distinguatur realiter, vt in Phiâ ostendi, negationes contradictoriè oppositæ actioni, et rei debent etiam esse realiter distinctæ: et consequenter transitus ab actione ad suum contradictorium debet esse realiter distinctus a transitu de re ad contradictorium illius.

Quod si deus vltra voluntatem suspendendi actionem habet voluntatem, qua vellit destructionem rei, sanè id nascitur ex perfectione divina, quæ petit deum velle formaliter esse, quod fit, ea ratione, qua fit, et malum non esse; non verò ex indigentia ipsius destructionis rei, quæ sufficienter contingeret ex vi solius voluntatis, et suspensionis actionis, quamvis per impossibile fingamus nullam aliam voluntatem in deo esse, quemadmodum voluntas operaretur, quamvis deus non posset cognoscere sub conditione, quid facturus esset, si in talibus circumstantijs collocaretur. tametsi divina perfectio exigat ne operetur, quin deus sub conditione id antea præcognoverit.

Hoc vt clarius cognoscas rogo an satis sit deum suspendere actionem, vt cesset, et destruatur res, necne? si dicas satis esse ergo quamvis deus nihil aliud

aliud prestet nec vellit, nec faciat destruere potentia, quia posito eo quod sufficit, aliud non requiritur; et tamen sunt duae mutationes, quae contingunt in suspensione actionis: ergo ex vi unius voluntatis, qua suspenditur causandi sufficienter ambae, atque ideo ad duas mutationes non semper requiritur duplex voluntas, sed sufficit voluntas illa ex qua omnino necessario causatur alia.

Si dicas non satis esse dicere quid contra debeat Deus facere, ut cesset, ut destruatur creatura praeterquamquod si creatura non habet aliud esse, quam quod ei illi communicat per actionem, cessante actione nullum communicabit, atque ideo creatura nullum habebit, sed destruetur; aut aliter: creatura non habet esse, nisi illud communicet actio eidem creaturae, cessante actione, nullum esse creaturae communicat actio. ergo cessante actione nullum esse habet creatura. atque ideo sufficit cessare actionem, ut cesset creatura, et non habeat esse.

Sed age demus etiam aliud exemplum, voluntas sufficiens ad destruendam partem est sufficiens absque ulla alia destructiva ad destruendum totum, cum praecise destructa parte destruatur totum, et impossibile omnino sit concipi, aut intelligi totum, deficiente aliqua parte: et tamen cum pars destruitur duae dantur mutationes, seu transitus, alter a parte ad non partem altera a toto ad non totum. ergo non semper ad duas mutationes requiruntur duae voluntates, sed sufficit una, illa videlicet quae ponit unam mutationem, se ipsa necessario inferente, et ... tem aliam. unde ut destruatur homo sufficit destruere unionem, nec alia voluntas requiritur. et tamen destructa unione datur transitus ab unione ad negationem unionis, et ab homine ad negationem hominis.

positio

Posito ligo quod non semper ad diversas mutationes requiratur diversa voluntas, sed sufficiat una restat declaremus, quando sufficiat una et quando requiratur mul triplex pro cuius debitatione esto regula generalis: quando ex prescissa positione unius mutationis essaliter, infallibiliter, et ordinario sequitur alia, ita aut nec de potentia absoluta impe diri possit, aut suspendi, tunc ad 2am mutationem non requi ritur distincta voluntas, ~~et~~ ab ea, qua causatur 1a. et ratio est, quia si requireretur, secunda non sequeretur essaliter et ordinario ex vi 1ae. cum adhuc ea posita, requiratur aliud, ut influatur 2a. quando vero non sequitur essaliter, et ordina rio ex vi 1ae. mutationis, requiritur nova voluntas, quia saltem requiritur voluntas ponendi, quod ultra 1am requi ritur ad inslendam, seu ponendam mutationem 2as.

Unde iam apparet, quare ad expulsio nem pecati sufficiat voluntas, qua introducitur gratia, et non suffi ciat voluntas, qua introducitur calor ad expellendam frigidi tatem, sed requiratur alia. etenim gratia sanctificans est contra riis adequata, et sufficiens ad expellendum pecatum, adeo que cum illo incompatibilis; ut nec de potentia absoluta possit cum il lo componi, et coherere ut dicemus infra. quare ex presci sa positione gratie sequitur essaliter destructio pecati; calor autem, l. non est ex se, etiam de potentia ordinaria, vim expul siva frigiditatis, sed ex divina lege, ut non nulli volunt, l. saltem in ordine ad potentiam absolutam non est ita sufficiens expulsionis frigiditatis, siquidem de potentia absoluta possunt simul componi in subiecto et in eodem cohe rere. atque proinde ex prescissa positione caloris non sequitur necessario, et ordinario infalli biliter expulsio frigiditatis nisi addatur divini concursus suspensio. ~~quod si hoc non requireretur~~, sed introductio calo-

rio

vis sufficeret, sufficeret utique introductio caloris ad expulsionem frigiditatis; et voluntas illud introducendi sufficeret ad huius expulsionem.

Adde patrem Coninc de actibus supernaturalibus disp. 25a n°. 146, qui docet calorem esse causam totalem adaequatam expulsionis frigiditatis, dixisse non opus esse ad expellendam frigiditatem, quando calor intense introducitur, quod Deus suspendat concursum in frigiditatem, sed quod ulterius non conservet; nam si ulteriorem non praestet calor frigiditatem expellet, et eorum concursum vincet, atque ideo non dicendum erit frigiditatem expelli a calore, quia Deus suspendit concursus, sed quia calor vincit concursus, et seipso frigiditatem destruit. iuxta quam doctrinam ad eius [illegible] tionem destructionis non requiritur nova voluntas, ultra illam quae datur ad eius, sed carentia novae voluntatis de ulteriori concursu. Sectio 5. aliae obiectiones solvuntur.

Sectio 5a

Aliae obiectiones solvuntur.

Obiici potest deinceps cum ceteris quibus maius beneficium est infundere gratiam remittendo peccatum, quam praecisse infundere gratiam ut contigit in adamo, et angelis quibus infusa fuit gratia, et non remissio peccati, ergo ultra infusionem gratiae requiritur novus favor ad expellendum peccatum. Antecedens videtur clarum, quia remissio iniuriae est beneficium, quod superadditur praecisse infusioni gratiae. consequentiam probo, quia ultra infusionem gratiae novum aliquid expectatur, nempe quod [illegible] sive remissio iniuriae, quae favor est. ergo ulterius requiritur novus favor.

Respon

Resp. eandem rem collatam in his circunstantijs esse maius beneficium quam si conferretur in alijs; quia in his aliquid praestat, quod non praestaret in alijs. Ut in mat. de auxilijs notari; non quia ultra collationem in his circunstantijs sit aliquid quod habeat rationem beneficij, sed quia ipsum dari in his circunstantijs opportunis, et congruis, est maius beneficium quam conferri in non opportunis, seu in congruis. quocirca gratia collata peccatori maius beneficium est, quam collata ~~nonhabenti~~ eidem non habenti peccatum ceteris paribus non quia in peccatore expectetur ad expellendum peccatum novus favor, aut beneficium ultra infusionem gratiae sed quia ipsum infundere gratiam peccatori est maius beneficium, quam eandem infundere non habenti peccatum. unde fit quod infundere gratiam remittendo peccatum non est maius beneficium, quam infundere gratiam peccatori, siquidem infundere gratiam peccatori est causa infallibilis remissionis, seu expulsionis peccati.

2°. ipsum infundere gratiam non est ipsum destrui peccatum ergo favor concessionis gratiae non est favor expulsionis, nam si esset idem favor, ipsum concedi unum esset concedi aliud, et unum esset aliud. ans. pr. quia infusio gratiae non est carentia peccati. Resp. concesso ante negando consequentiam, quia quando duo ita se habent, ut unum sit adaequata causa alterius, et necessario connexa cum effectu, quamvis fiat favor concedendi causam non fit novus alius favor in positione effectus, cum ipsa causa non nova concessione et independenter a quovis alio favore exigi ... obtineatur effectus. et ob hanc causam, qui vulnus letale intulit unde necessario et infallibiliter secuta est mors peccabit quidem letaliter sed postea non denuo peccat superveniente morte. et in hoc fundantur, qui dicunt non est aliud peccatum effectus necessario

nano sequitur ex ea culpabiliter data, postea peccatum cum gra autem e adequata ca fvalis expulsionis peccati, et cum illa, si peccatum praecedat, essaliter connexa. atque ideo, quamvis sit quidditas expulsio peccati ab infusione gratiae, illa non est novus favor sed idem cum iam facto dum infusa e gra.

S. infusio gratiae non e essaliter connexa cum expulsione peccati ergo quando peccatum expellitur fit novus favor. patet colentia, quia si non fieret novus favor maxime propter connexionem. ans pr quia si infusio gratiae essaliter connecteretur cum expulsione peccati nunquam posset infundi gra absque expulsione peccati; atqui potest dari quod gra infundatur, et non expellatur peccatum, ut contigit in pa iustificatio Adami, et angelorum in quibus infusa fuit gra, et non expulsum peccatum ergo.

Ante solutionem adverte duplicit posse intelligi, quod gra sanctificans heat essalem connexionem cum expulsione peccati; 1o ita ut exigat quod semper sequatur expulsio peccati, atque ideo petat semper ee peccatum, quando infundenda e, ut semper sit expulsio, et hac rone non het gra essalem connexionem cum expulsione peccati, ut recte probat argutum. 2o ita ut exigat quod si praeexistat peccatum in subto, cui infunditur infallibiliter sequatur expulsio. et hac rone dicimus het connexionem cum expulsione peccati.

Quo supposito reo infra a. quod gra non e essaliter connexa e cum expulsione peccati quando hoc supponitur ee in subto, cui infunditur, aut ex suppositione quod in subto sit nego ans; quando in subto peccatum non e, aut ex suppositione, quod in subto nullum peccatum sit concedo ans. et nego colentiam, quia ex eo

eo dicimus non fieri novum favorem, quando expellitur peccatum, quia quando subito infunditur hen[...] peccatum essaliter connectitur cum expulsione illius, siquidem petit essaliter illud expellere quandocunque sit quamvis non petat quod semper sit ut expellat.

Vel dic (rem explando aliter) quod infusio gratiae h[ab]et connexionem cum non peccato mortali, sive cum hoc quod non sit peccatum cum subiecto recipiente gratiam unde si peccatum praeexistat in subiecto debet necessario expelli, ut ponatur non peccatum cum quo gratia connectitur si autem non praeexistat non oportet quod peccatum destruatur, quia connexio non est cum destructione peccati praeexistentis, cum non petat quod praeexistat, sed cum non peccato, etiam tunc [...].

4.º quando iustus peccat contra voluntatem dei remittentem peccatum requiritur nova voluntas suspendendi concursum in gratiam ut haec destruatur. ergo e contra quando iterum iustificatur, contra voluntatem infundendi gratiam requiritur nova voluntas remittendi peccatum. Respondetur 1.º aliquis non requiri novam voluntatem suspendendi concursum in gratiam sed sufficit cessationem prioris voluntatis conservantis, nam eo ipso quod deus non habeat voluntatem conservandi gratiam haec cessat.

Sed quia non omnes admittunt posse deum nere suspensum sed here circa negationes, sed plures censeant debere elicere actum positivum, potest resp. 2.º ideo necessariam esse novam voluntatem circa destructionem gratiae, quia deus praestat concursum in gratiam; at non praestat concursum in peccatum habituale quod malum est, et pure morale est, atque ideo non opus esse nova voluntate, quae retractet prioris, circa suspensionem peccati.

Resp. forsan, 5.º Vel 5.º quod licet demus

Deinde dum habet novam voluntatem circa suspensionem concursus sui in gratiam post commissum peccatum, ea non requiritur ex indigentia effectus ad destructionem gratiae, sed ex perfectione causae, videlicet Dei; ut supra dicebamus, nam cum supponamus peccatum esse omnino et essentialiter incompatibile cum gratia etiam de potentia absoluta positio peccati est sufficiens et necessaria causa destructionis, et expulsionis gratiae. gratia autem destructa, quae tunc est concursus, consequens necessario est ut cesset ipse concursus.

Quod poterit amplius declarari sic demus ab aliquo iusto committi peccatum mortale, numquid poterit Deus ad praesentiam talis peccati retinere gratiam? certe non; aliter esset de potentia absoluta compatibilis cum peccato, (...) contra dicenda inferius si non potest ergo quia peccatum est causa necessaria destructionis gratiae, seu necessario illam destruens, ita ut nec divina potentia destructio impediri possit, atque ideo gratia destruitur quia introducitur peccatum, et concursus cessat, quia necessario destruitur gratia per peccatum.

Dices esse formaliter iustum non est expelli peccatum cum non sit ipsa negatio peccati. ergo, expelli peccatum est aliquid praeter esse formaliter iustum et consequenter expelli peccatum non provenit formaliter a iustitia, seu gratia iustificante, sed favor ulterius superadditus.

Respondetur dato, vel omisso quod esse formaliter iustum non sit formaliter expelli peccatum, saltem est formaliter habere formam de se ipsa sufficienter, et omnino necessario expellentem peccatum, atque ideo expulsio non est ulterior favor sed effectus necessarius primi favoris videlicet infusionis gratiae. Unde quando dicitur, quod esse sanctum est esse mundum a peccato, et immaculatum, iustitiamque esse munditiem, et puritatem animae non est quia esse sanctum sit formaliter non esse maculatum

maculatum, et ipsa iustitia est ipsa carentia maculæ, sed quia est ca formalis adequatè causans, et influens carentiam maculæ, seu munditiem animæ. in ea taliter enim connexi, positio unius reputari, et dici potest positio alterius. re tamen vera est iustum non constituitur formaliter per expulsionem peccati; sed per habere gratiam sanctificantem, ad cuius receptionem naturaliter sequitur destructio præexistentis peccati; quæstio 11ª an gratia, et peccatum possint per divinam potentiam in eodem subiecto copulari. Sectio 1ª. Duo notantur, et referuntur.

Questio 11ª.

An gratia, et peccatum possint per divinam potentiam in eodem subiecto copulari.

Sectio 1ª.

Duo notantur, et referuntur sententiæ.

Notandum 1º. sermonem non esse de peccato veniali constat enim de potentia etiam ordinaria componi simul in eodem subiecto peccatum veniale, et gratiam sanctificantem, nam iustus sæpe venialiter peccat, nec tamen ideo amittit iustitiam. ratio vero est, quia gratia sanctificans nullam habet repugnantiam cum peccato veniali, cum offensæ leves non destruant amicitiam sed cum illa compatiantur. est itaque sermo de peccato mortali.

Notandum 2º. nec esse sermonem de peccato mortali materialiter sumpto prout dicit moralem entitatem actus (hæc enim in mea sententia indifferens de se est, ut sit peccatum, si prohibeatur et

et non sit si cesset prohibitio, aut prohibitione sublata prosequitur, sed de facti proponit actum graviter prohibitum, et cum plena deliberatione, seu ad voluntaria factum, quoniam actus indeliberatus contra legem cohaerere optime potest, et de facto saepe cohaeret cum gratia sanctificante, ut timere e iniusto sonniente, aut sine advertentia elliciente iuramentum, alterum concensum, qui non ideo amittit iustitiam sanctificantem.

Notandum 3º peccatum mortale dupliciter posse considerari 1º. ut est actuale, hoc est actu, et phisice existens; 2º. ut est habituale, hoc est actu non phisice existens sed moraliter et habitualiter, existit enim (quantum ad praesens attinet) si actuali peccato non sufficienter retractato, nec remisso aut condonato, nec tandem per formam oppositi destructo, de hoc enim suo loco rem exacte discutiemus, et eundem mentem nostram possumus defirmere.

Hoc posito, sit absolute, asserit peccatum mortale posse disiunctim componi in eodem subiecto cum gratia sanctificante: ita Curiel 1ª 2ª quaestione 110ª articulo 3º dubio 2. § 9. et quaestione 113ª articulo 2º dubio 3º idemque docuerat quaestione 11ª articulo 1. dubio 2º vide ad hoc. Pater Suarez libro 7º de gratia capite 19. et 20 3ª parte tomo 1º disputatione 4ª sectione 8, et tomo 4º disputationis sectione 3ª nº 9. Pater Tannerus disputatione 6. de gratia quaestione dubio 3º. Marquinus tractatu 1º de sacro ordine capite 3. nº Pater Praepositus 1ª 2ª quaestione 113ª articulo 2. dubio 6º ioninc de actibus supernaturalibus disputatione 21ª dubio 8. nº 112 et 113, et in appendice nº 151º (ubi addit etiam naturaliter posse simul esse quantum est ex natura gratiae si praescindatur a decretum de opposito) et apud hos Sumel, Puteanus, Ochanus, Sotus, Ricardus, utque Medina, Bartholomeus, sicut, et

licet, et Joannes, Maldonatus, et Estius.

2.ª absolute negat ita Pater Vasquez 1.ª 2.ª disputatione 204.ª a n.º 36. Pater Turrianus opusculo 6. de gratia disputatione 2.ª dubio 4. n.º 7. et sequentibus; Pater Becanus tomo 1.º in 2.ª parte tractatu 4.º de iustificatione capitulo 3. questione 5.ª n.º 10.º Pater Granado de gratia tractatu 8.º disputatione 4.ª n.º 9. Montesinos 1.ª 2.ª disputatione 23.ª de gratia questione 7.ª § 2. n.º 255. Pater Meratius tomo 2.º tractatu de gratia disputatione 9.ª praesertim sectione 5.ª n.º 5. Vincentius in collectione de gratia Christi in praefatione § sum considerandus, Aragon 1.ª 2.ª, et alij:

3.ª distinguit, et dicit posse componi cum habituali, non cum actuali ita aliqui Recentiores magistri huius provinciae graves quidem, et docti, quorum opiniones satis indicat Pater Guadingus dum disputatione 6.ª de incarnatione dubio 9.º n.º 113.º docet posse gratiam sanctificantem componi cum peccato habituali, et nihil docet de actuali.

4.ª docet esse posse aliquam iustitiam, seu gratiam sanctificantem, quae posset componi cum peccato mortali: et item esse posse aliquam, quae nullo pacto possit componi etiam per divinam omnipotentiam, atque ideo gratiam sanctificantem ex suo genere, et conceptu generali, seu in communi importare repugnantiam cum peccato mortali attenta divina omnipotentia, sed abstrahere, ita insinuat Ripalda de ente supernaturali disputatione 23.ª

Sectio 2.ª

Nullum peccatum mortale posse divinitus componi cum gratia sanctificante.

Convenio in hac assertione cum 2.ª sententia, et ex parte cum 3.ª et 4.ª summum fundamentum est, quia si gratia, et peccatum possent divinitus componi simul gratia non esset causa sufficienter expulsiva peccati, atque ideo, neque causa sufficiens ad iustificandum, cum non sufficiat iustificare, quod non sufficit expellere peccatum, sequela probatur, quia posito quod sufficit ad effectum formalem effectus

formalis

formaliter ponitur, quia aliud expectetur aut deesse debet: ergo sit de potentia absoluta est gratia sanctificans in subiecto, et non expellit peccatum, sed cum illo cohaeret non sufficit expellere, sed ad id aliud requirit.

Dices gratiam esse causam sufficientem de lege ordinaria, et secundum potentiam naturalem ad expellendum peccatum non vero attenta divina potentia operante supernaturaliter. At contra, quia si naturaliter est causa sufficiens expellere peccatum: ergo ... [illegible] ... peccatum ne expellatur a gratia ... et ... illud expellet. Patet consequentia, quia quando una forma sufficit expellere aliam, ... non expellat debet illam aliam ... ... naturaliter ... non ... ... illam retinere ... praesentiam expellentis, ut patet in ... intenso, quem si Deus simul retinere vellet in subiecto quando introduceretur frigiditas intensa debet ... ... peccatum in ipso ... siquidem ... contra peccati: ergo ... in ipso gratiam, et peccatum cohaerent etiam de potentia absoluta.

Confirmatur, et simul urgetur: hoc sufficit intercinere aliud ... ... in subiecto, et ... interimit ... ... quando in subiecto ponitur debet illud aliud ... retineri, quam cum erat interimendum ... ... ergo ... gratia sufficit interimere peccatum, et ... ... debet ... et peccatum retineri, quam cum erat interimendum

dum ferendo cursu, coi illum. è autem impossibile peccatum retineri maiori vi, quam conservatur. Secundum colem cursum illum, cum non possit retineri maiori vi a voluntate et gra collata, cuius gra et vim non sufficit componere peccatum cum gra, neque etiam a divina quae requirit specialiter conservare peccatum, neque supernaliter illud retinere necedat, ergo absolute è impossibile impedire, ne intimatur a gra, si haec è de se sufficiens illud expellere. Luminos ex eo patet, quia si vites, quae secundum colem cursum illum exercentur in retinendo, non sufficiunt retinere, ut retineant augendae sunt, et addendae, alioquin non retinebunt.

Dices illum non opus est, quod peccatum conservetur, et retineatur uberiori concursu, sed satis est, quod gra retineatur speciali concursu, et uberiori influxu, ne expellatur, et intimatur a peccato, sic enim concurrent simul. potest autem deus specialem concursum exercere in gratiam. Contra tamen, nam dato, quod gra speciali concursu retineatur, ne expellatur a peccato, nulla ro exhiberi potest, cur gra sic retenta non expellat peccatum, siquidem ex una parte non è minus efficax de se, quam si esset retenta coi concursu, immo retenta uberiori concursu, è magis aucta illius efficacia, et ex alia non è maior resistentia ex parte peccati, sed illa eadem quae esset si gra coi concursu retineretur. ergo, ut non cedat gratiae uberiori concursu retentae sicut cederet retentae cum minori, opus è etiam retineatur peccatum concursu uberiori; unde solutio non salvat, quod gra non expellat peccatum retenta uberiori concursu, sed quod peccatum non expellat gratiam, atantum componerentur, non satis erat unum non expelli, sed neutrum.

Confraturis non requiritur minor vis in peccato ad resistendum gratiae, ne ab eâ expellatur conservata

stirata ubliori concursu, quam cōi, et ordinato, sed quando conserva-
tur sta cōi concursu, et ordinato non sufficit concursus n̄alis, etiā
in peccato, ubi subsistat gratia, et ad illius præsentiam conservetur, utique
quæ sufficiet quando gr̄a conservatur ubliori concursu atque ideo
ne expellatur a gr̄a debet conservari ubliori, et speciali concursu
nec satis ē concursum specialem exercerii in gr̄am.

Confirmatur 2°. non ē minus miraculosa conservatio
gratiæ ad præsentiam peccati, quam conservatio peccati ad præsentiam
gratiæ, sed quia ē miraculosa conservatio gratiæ ad præsentiam pec-
cati per specialem concursum Dei in gratiam, ergo ob eandem ratio-
nem debet dare specialem concursum Dei in peccatum. unde
etiam fiet non minus ēē proprium, et specialem effectum Dei sus-
tinere peccatum, quam gr̄am, cū in eo dem subiecto concurrunt supernat.

Ex quibus satis liquido constat nullius momenti
ēē solutionem, quam aliqui exhibent cū P. Suarez asserentes
non oportere ēē, quod Deus præstet specialem concursum in peccatum
quando introducatur gr̄a, et in eodem subiecto conservatur peccatum
sed satis ēē, quod permittat peccatum conservari. constat enim
ex dictis debere Deum præstare ubliorem concursum,
et non sufficere merè permissive, sic here. præterquamquod
defectus peccatis de facto Deus permittit, et nihilominus expellitur
per gr̄am; ergo non sufficit mera permissio, nisi aliud speciale
le exerceat, ut non expellatur a gr̄a, itaque Deus aliquid spe-
ciale debet præstare, quod non præstat, quando de facto permit-
tit, et hoc speciale provenit à Deo tanquam à causa super-
naturali, et miraculosè operante, quod omnino expug-
nat. Sectio 3a. duplex aliud fundamentum eiusdem
sententiæ.

Sectio. 3a.

Duplex aliud fundamentum eiusdem sententiae

Adhuc supersunt duo alia fundamenta pro nostra sententia stabilienda, primum ex contraria sententia infertur gratiam sanctificantem non esse unicam causam formalem, seu totalem, et adaequatam nostrae iustificationis, nec eam formalem adaequatam esse nobis intrinsece inhaerentem: contra apertam definitionem Tridentini. Posterior pars facile constabit ex priori quae probatur. Sic: illa non est causa formalis unica, et totalis, quae posita in subiecto non potest se sola praebere effectum formalem gratiae sanctificantis: posita in subiecto non potest se sola praebere effectum formalem iustificationis, et expulsionis peccati: ergo non est causa formalis unica, et totalis.

Maior mihi apparet certa, quia id non est adaequatum, et totale, quod non potest se solo, nisi accedat aliud: minorem probo, quia quando simul esset cum peccato non posset effectum formalem iustificandi praebere. Si enim posset utique redderet subiectum iustum, et mundum a peccato, cum id non praestet, nec aliter praestare possit, quam se exhibendo, et tunc se exhibeat, et non exhibeat, aut dici quando expellit peccatum, quid aliud praestat, quid ultra aliud habet ex parte sui, quod non praestaret, aut haberet, quando peccatum non expelleret, si ergo nihil omittit ex parte sua, et totum quod ex se potest praestat, et nihilominus non expellit, nec iustificat, ut iustificet requiritur aliud, et non est ipsa sola potest, quod est non esse causam unicam formalem, et adaequatam iustificationis.

Confirmatur quia effectus formalis nil aliud est quam habere formam adaequatam ut patet in aliis, nihil enim est aliud effectus formalis calefacientis, quam habere albedinem, calefaciendi, quam habere calorem existendi, quam habere existentiam, viviendi quam habere vitam, et sic de aliis; sed habere gratiam non est effectus formalis sanctificandi, cum possit per se habere gratiam, quin subiectum sit sanctum, ut patet quando

simul.

simul ē pecatum cum gra: ergo ca fralis unica, et adequata justificandi non ē gra, alias ... Subtum hēret causam adequatam fralem et effectum fralem ... effectus fralis non esset hēre ... adequat contradictionis.

Jam posterius pars nullo negotio probabitur, quia quod nobis intrinsece inhæret ut cā formalis justificandi, solus ē gra sanctificans, dē juxta super dicta hęc non ē cā fralis adequata nostræ justificationis ergo cā fralis adequata nostræ justificationis non ē nobis intrinsece inhęrens.

2um fundamentum ē, quando duo tituli influunt nario denominationes, seu effectus morales oio incompatibiles ipsi tituli sunt oio incompatibiles, ita ut si effectus morales nequeant etiam de pâ absoluta ēe simul, ipsi etiam tituli nequeant de pôa absoluta simul ēe, sed gra, et pecatum sunt tituli inferentes nario denominationes, et seu effectus morales etiam de pôa absoluta incompatibiles ergo gra, et pecatum nequeunt simul compati, etiam de pôa absoluta maior mihi ē clara, quia ut titulus nario inferens denominationem sit, debet ēe ipsa denoatio, alias non ... nario inferens ... posset absque illa: ergo ut uterque titulus sit debet ēe ... que denoatio atque ideo, si ē impole utramque denoationem ēe simul de pôa absoluta impole erit utrumque titulum simul ēe; minorem probo, quia ex positione pecati sequitur oio nario subjectum ēe maculatum indignum amore divino injustum, et pecatorem ex positione vero gratiæ subjectum ēe immaculatum, mundum, dignum amore divino, et sanctum hi autem effectus morales, nec de pôa absoluta sunt simul ēe. ergo &.

Sectio 4a

Alionum fundamenta pro la ipsa nostra sententia

Post nostra fundamenta placet alliena referre, et impugnare probat Pr. Becanus ex 2a ad Corinthios 6. versu 14. et 15. ubi dicitur, quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas

Societas Lucis ad tenebras! quæ autem conventio Christi ad Belial?
Ubi apostolus eam Societatem, et coniunctionem reputat impossibilem, nam
illa interrogatio, quæ Societas etc. tacite includit hanc responsio-
nem. nulla.

Probat 2°. ex 1a. Ioannis 3. versu g. omnis qui
natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non po-
test peccare, quoniam ex Deo natus est. quo loco etiam utitur D. Vasq.
quia [illegible] et Evangelista contendit in illo absolute non posse dari senium
compositum peccati cum semine Dei, videlicet gratia, aut cum hoc, quod est ex
Deo natum esse, quod est habere iustitiam, et sanctitatem.

Probat 3°. D. Vasquez. Vera sanctitas et iusti-
tia eo ipso, quod vera sanctitas et iustitia est suapte natura, et absque fa-
vore extrinseco reddit animam iustam dignam æterna gloria, ac proinde dignam,
quæ non puniatur æterno supplicio, et privatione gloriæ, peccatum autem, et macula
culpæ ita reddit animam iniustam, et Deo inimicam, ut eo ipso reddat eam
dignam æterno supplicio, et privatione gloriæ, atque hæ duæ dignitates, quoniam
incompatibiles sunt (siquidem impossibile est aliquem per Dei potentiam aliquem simul esse dig-
num rerum contradictorie oppositarum, qualia sunt habere æternam vitam, et illa carere
pro eodem tempore) nec per divinam potentiam absolutam impediri possunt aut fieri,
quod non oriantur ex peccato, et iustitia sanctificante, nam licet Deus sua potentia abso-
luta possit facere, quod homo iustus nunquam beatur, nec fruatur æterna gloria,
peccator quæ non puniatur æterno supplicio, quin imo ei debetur æterna beati-
tudo, ut multi volunt, tamen nullo modo efficere potest, quod iustus non sit
dignus æterna beatitudine, nec peccator æterno supplicio, et privatione gloriæ, ergo
nec per divinam potentiam fieri potest, quod simul sint gratia, seu iustitia, et peccatum.
Probatur consequentia quia si possent esse simul, vel Deus impediret ne ex gratia, et peccato orien-
tur [illegible] dignitates, vel eæ non essent incompatibiles, et posset aliquis simul esse dignus
rerum contradictoriarum. § Probat 4. idem auctor repugnat quid
quam simul esse iuste adæquatum alicui regulæ, et inadæquatum, æ-
quale, et inæquale, nam [illegible] Deo multo magis opponitur quam contra-
rie

vis qualitates, ut clamme. ergo impossibile est eundem hominem simul esse iustum, et iniustum, sanctum, et in peccato existentem. probatur consequentia nam esse iustum, et sanctum nihil aliud est quam [...] equari Deo tanquam summae regulae esse autem iniustum et in peccato idem est atque Deo tanquam summae regulae inadequari.

Probatur 3.° sequeretur ex contraria sententia gratiam, et peccatum posse naturaliter esse simul, quod nec adversarii fatentur, neque dici potest. sequi autem probatur, quia si non possunt permittatur potentiae simul, ideo esset, quia solus virtute divina posset conservari denominatio peccati cum gratia, sicut una forma contraria cum alia, cum tamen alias ex se postularet talem denominationem peccatum non conservari. atqui denominatio peccati non potest conservari a Deo neque ex eius voluntate, siquidem nonquam Deus conservat peccatum praeteritum, aut illud imputat, dicitur homo iniustus, sed quia vere ipse homo peccat. ergo si gratia et peccatum possunt esse simul, sequitur fore, ut naturaliter, et absque ullo miraculo simul possint esse. unde Stelius infert rationem expellendi peccatum esse voluntatem Dei condonantis illud.

Probatur 4.° Pater Granado quando effectus formalis unius formae includit negationem effectus formalis alterius, impossibile est utramque formam componi in eodem subiecto. sed effectus formalis peccati letalis includit negationem effectus formalis iustitiae iustificantis. ergo impossibile est componi peccatum letale et iustitiam iustificantem in eodem subiecto. minorem probat eadem ratione, qua utitur Pater Vasquez, videlicet quia effectus formalis iustitiae sanctificantis est constituere subiectum iustum, effectus autem formalis peccati letalis est constituere subiectum iniustum: sed iniustum includit negationem iusti ut manifestum est. ergo. Sectio 5. aliquibus argumentis.

Sectio 5.ª

aliquibus

Aliquibus argutis Respondetur.

Obijcies 1° ideo absolute posse attenta divina omnipotentia supernaliter operante, quod non dicit implicationem; sed gratiam sanctificantem componi simul cum peccato non dicit implicationem. ergo. minor probatur, quia oppositio, quae datur inter gratiam et peccatum est contraria, vel reducitur ad contrariam, utpote quae datur inter formas positivas et repugnantes. ergo non dicit implicationem quod gratiam sanctificantem, et peccatum deus componat simul. probatur haec consequentia, quia non implicat deum conservare duas formas contrarias simul in eodem subiecto.

Respondetur negando minorem, ad probationem omittimus gratiae et peccati habere oppositionem, quae reducatur ad contrariam, negamus nihilominus, quod deus possit conservare simul omnem formam, inter quas oppositio reducatur ad contrariam. ostendemus enim id non posse esse, quando una ratio destruitur ab alia nisi a deo retineatur speciali, et ubiori concursu, quem tamen deus praestare nequit, ut nequit praestare in peccatum. et similiter quando formae oppositae influunt necessario prorsus incompatibiles effectus formales, quales influunt gratia et peccatum.

Obijcies 2°. Si gratia habitualis non posset simul componi cum peccato mortali, procederet habitualis connecteretur necessario cum illius negatione connectio autem necessario necessitate metaphysica cum tali negatione est habere respectum aliquem ad illam; ergo cum hoc nequeat admitti, quia res vere realis, et positivus nequit tendere ad purum nihil, qualis est negatio, nequit admitti quod gratia connectatur necessario cum negatione peccati mortalis.

Respondetur concessa maiori, et data aut omissa minori negando suppositum consequentiae. potest enim ens reale, et positivum vere tendere in negationem. cum actus intellectus repraesentans negationem sit verus et realis, verus positivus illam transcendentaliter respiciens. et potentia libera sit res transcendentaliter respiciens actum et negationem actus. cum sit potentia physica ad utrumque extremum contradictionis

tionis.

Disces: esse subiectum habitualiter determinatum ad amandum honestum, et actu amare inhonestum non sibi repugnant; ergo potuit Deus componere gratiam sanctificantem cum peccato actuali pro illa voluntate, quia gratia sanctificans solum praestat subiecto esse habitualiter determinatum ad honestum; et peccatum actuale solum dat actu amare inhonestum. antecedens probo: quia habitualiter esse determinatum ad honestum solum repugnat huic, quod est habitualiter esse determinatum ad inhonestum, cum actus actui, et habitus repugnet habitui nonnisi [illegible].

Respondeo: Per argumentum probari, quod de potentia extraordinaria potuit componi gratia sanctificans cum peccato actuali, quoniam de potentia ordinaria possunt componi quae non repugnant; videlicet non repugnare gratiam habitualem cum peccato actuali. Respondeo negando antecedens, si verbo intelligatur, nam hic habitualiter esse determinatum ad honestum est per habitum habere determinationem ad amandum solum honestum: habere autem determinationem ad amandum solum honestum (undecunque proveniat ex determinatio, sive ab habitu, sive ab [illegible] sive a natura ipsa subiecti) dicit ... repugnantiam cum amare actu inhonestum; nam si actu amatur inhonestum ergo relicta fuit indifferentia ad amandum inhonestum cum fuerit indifferens, id est, coniungetur cum [illegible], et honesto.

Dices esse habitualiter determinatum ad honestum solum est quod ex vi habitus non possit elici actus nisi circa honestum; cum hoc tamen stat quod possit elici actus vi alterius principii. ergo esse habitualiter determinatum ad amandum honestum non dicit repugnantiam cum actu amare inhonestum, dummodo amor inhonesti non nascatur ex habitu. etiam haec instantia probat posse naturaliter componi gratiam cum peccato. Respondeo igitur negando maiorem: non solum dicit quod ex vi habitus non possit

possit, sed quod absolute non possit, atque ideo dicitur quod non possit neque ex vi habitus, neque ex vi alterius prii, aut causae, sicut lux non dicitur posse quod ex vi illius non possit componi cum tenebris, sed quod neque ex vi illius, aut cuiusvis alterius.

Obijcies 4°. prius est infundi gratiam sanctificantem, quam expelli peccatum, cum hoc expellatur formaliter per gratiam, et prius sit ea quam effectus ab illa causatus: ergo concurrunt simul, nam si prius est gratia, quam expellatur peccatum ergo quando primo est gratia non dum est expulsum peccatum, alias non prius gratia esset quam expulsio peccati, atque ideo concurrunt simul ergo non implicat componi simul. Respondetur 1° argumentum probare si quid probat, quod de facto concurrant simul, et non opus sit gratia absoluta, quod adversarij non admittunt. gratia de facto et Hendy potentiam ordinariam prius est infundi gratiam, quam perimere expelli peccatum.

Respondetur 2°. negando consequentiam ad probationem illam ad prius non est prioritas temporis, sed naturae, et dependentiae, et per inde est dicere, quod expulsio peccati pendet ab infusione gratiae non vero e contra cum non ideo infundatur gratia quia expellitur peccatum sed ideo expellatur peccatum, quia infunditur gratia, atque ideo licet nunquam sit gratia quin sit iam a peccatore expulsum peccatum, at non est verum, quod expulsio sit independens a gratia, aut gratia dependens ab expulsione peccati quod est gratiam esse priorem expulsione peccati.

Aequivocatio maxima [illegible] in hac materia quia aequivocatur prioritas naturae et temporis, et de illa loquimur sicut de hac, cum tamen distinctissimo modo loquendum sit nam esse prius in prioritate temporis importat negationem existentiae in ea de in prioritate vero eam in verum quae incipiant in prioritate temporis

ponis, at res existens in prioritate naturae non importat negationem existentiae rei, vel earum, quae sunt in posteriori naturae sed negationem dependentiae in existere in prioritate naturae, et dependentiam in re existente in posterioritate. inde quando dicitur in illo priori, quo existit gratia non existit exclusio peccati absolute falsum est, quia absolute negat existentiam expulsionis peccati, cum tamen iam tunc sit licet dependens ab infusione gratiae, est tamen verum in tali quodam sensu, quatenus videlicet non negat existentiam expulsionis, sed independentiam illius a gratia, et dependentiam gratiae ab expulsione peccati.

Hoc potest declarari, et confirmari a posteriori nam si propositio negativa in his prioritatibus importaret negationem existentiae, et non solius independentiae possent naturaliter componi in eodem instanti reali res et negatio rei, quae ideo duplex contradictorium quod est omnino impossibile, et absurdissimum. probatur sequela, quia causa naturaliter prior est in suum sui effectum ergo in illo priori non est effectus. ergo in illo priori est negatio effectus in posteriori autem est iam effectus; ergo cum tam prius naturae, quam posterius sint intra idem instans reale etiam intra idem instans erunt quae sunt in priori, et posteriori naturae. inde cum in priori naturae sit negatio effectus, et in posteriori effectus intra idem instans reale erunt effectus et negatio effectus. Sectio 6a alia argumenta refelluntur.

Sectio 6a

Alia argumenta refelluntur.

Obijicitur denuo 1o si Deus infunderet gratiam absque intensione remittendi peccatum, peccatum non remitteretur ergo ... Deus posset infundere gratiam absque intensione remittendi peccatum ... fuit

flexit infundere gram non remisso pecato; quod e utrumque componere simul. an sit idem videtur constare, quia non potest contingere remissio pecati absque intentione dei, ergo si deus non intenderet peccatum non remittetur, contrarium probo: quia voluntas infundi gram non e nario connexa cum voluntate remittendi peccatum, ~~quandoquidem nullum tunc~~ siquidem in 1a iustificatione Adami deus habuit voluntatem infundendi gram, et non habuit voluntatem remittendi peccatum, cum nullum tunc fuerit remittendo.

Respondetur 1o. negando an satis esset ad remittendum, seu extinguendum peccatum, gram sanctificantem infundi, quamvis per impossibile deus non haberet intentionem remittendi, sicut si deus poneret albedinem in subiecto absque intentione dealbandi subiectum esset album, quia ut sit album satis e habere albedinem, nec pendet ab alia dei intentione praeter eam qua constituit in subiecto albedinem.

Respondetur 2o. negando quod deus possit infundere gram peccatori absque intentione remittendi peccatum, sicut enim deus non potest ponere albedinem in subiecto absque intentione dealbandi ita non potest infundere gram peccatori. dixi infundere gram peccatori, quia voluntas praecisa infundendi gram non habet connexionem cum voluntate remittendi peccatum (quod solum probatur ab obiiciente) habet vero connexionem voluntas infundendi gram peccatori.

Obiicitur 2o. ad supremum dominium creatoris pertinet, quod nullus sit effectus causabilis a creatura, quem non possit ipse impedire si vellit, ergo poterit impedire ne gra, quando infunditur homi, causet expulsionem pecati, atque ideo poterit facere quod in eodem subiecto utrumque simul sint. Respondetur 1o quod ex vi eius dominii posset facere, quod albedo sit in subiecto, et non reddat illud album, ergo subiectum esse album sit effectus causabilis

bilis ab albedine, et ad dominium creatoris pertineat posse et impedire, quemcunque effectum causabilem a creatura.

Resp. 2°. ad supremum dominium creatoris non pertinere, quod possit facere, ne causa gratiae adaequate in subiecto existens det effectum formalem alias pertineret ad supremum dominium Dei facere quod stante actione non detur terminus, aut quod data unione extrema non uniantur; sed quod possit facere ne detur causa formalis itea efficiente effectum quem forma formalis efficiat, atque ideo potest Deus impedire omnem effectum [illegible] in causa; in se quidem quando causa est separabilis ab effectu; in causa vero quando non est separabilis. neque aliud exigit supremum dominium, ad quod non pertinet impossibile, qualis suspensio effectus retenta causa cum illo essentialiter connexa.

Objicitur 3°. quamvis gratia sanctificans sit titulus adaequatus expellendi peccatum, non obstat quominus possit impediri a Deo expulsio peccati, posito aliquo titulo contrario: [illegible] poterit Deus copulare utrumque simul in eodem subiecto [illegible] non obstante quod venditio, et testamentum sunt tituli adaequati transferendi dominium potest Rex impedire dominii translationem condendo legem, qua nollet dominium transferri per [illegible] ita posset Deus habere voluntatem non remittendi peccata, non obstante titulo adaequato remittendi, ut de licet gratia.

Resp. negando [illegible]. ad exemplum titulum adaequatum transferendi dominium, non esse nudam venditionem, aut testamentum, sed etiam aprobatio voluntatis regis, aut negatio contrariae voluntatis improbantis, aut annullantis. Si autem nuda emptio, et venditio esset titulus adaequatus, non obstaret contraria voluntas regis, quandiu, et venditio maneret. in nostro autem casu gratia sanctificans independenter ab alia condonatione, aut voluntate Dei extrinseca est titulus adaequatus

quatur expulsionis pecati, atque ideo nec Deus posset velle non remittere, nec ei per impossibile, vellet, expulsio suspenderetur. Hinc 7ª reliqua argumenta solvuntur.

Sectio 7ª

Reliqua argumenta solvuntur.

Adhuc objicitur 1º gratia non est sufficiens ad impediendum ne pecatum introducatur, ergo neque est sufficiens ut iam introductum expellatur, atque ideo poterunt esse simul; patet consequentia quia non plus requiritur ad impediendum introductionem formae contrariae, quam ad introductae expulsionem; antecedens autem probatur, quia si esset sufficiens ad impediendum, nunquam homo pecaret semel iustificatus, nec pecatum posset destruere gratiam, cum hoc impediret ne in animam intraret.

Respondetur 1º argumentum probare neque etiam gratiam expellendam a pecato, quia si introductum non sufficit illud expellere cum illo erit compatibilis, compatibilia autem non se expellunt. Respondetur 2º eodem modo probasse posse quod calor, qui expellit frigiditatem, nunquam [struck] expellatur ab illa, quia si sufficit expellere sufficiet impedire introductionem in qua mediante expellendus est calor, quod si dicas non esse caetera paria, quando calor expellit, et quando expellitur, idem ego dicam, ut mox constabit.

Respondetur igitur 3º distinguendo antecedens non esse sufficiens ad impediendum si ea concurrant quae concurrunt ad expellendum negatur antecedens: si non concurrant concedo antecedens. quando non impeditur introductio pecati non concurrunt ea quae concurrunt ad expellendum, nam ad expellendum concurrit voluntas vel dispositio et acquirendi gratiam, nolitio quae sed non voluntas introductionis

tionis peccati, quando autem non impeditur peccati non concurrit voluntas introductionis gratiae; sed voluntas peccati, atque ideo non sunt caetera paria.

Quod ut magis explicemus advertendum non hic [illegible] ne introducatur peccatum, [illegible] post introducta (alias [illegible] esset inamissibilis per peccatum) sed ne simul cum ipsa concurrat peccatum. atque ideo [illegible] ipsam non esse, quando peccatum est, et peccatum non esse quando ipsa est. quod autem ipsa potius sit quam peccatum aut vice versa a nostra voluntate pendet, quae cum divino auxilio potius se [illegible] determinat ad acquirendam gratiam media contritione, caritate et sacramentorum susceptione, quam ad illam expellendam per peccati commissionem. unde licet non pendeat a nostra voluntate quod forma ex his introducta seu retenta, alia impediatur seu expellatur, ab illa pendet, quod una potius, quam alia introducatur seu retineatur, ex cuius introductione, aut retentione naturaliter sequitur expelli, aut impediri contrariam.

Obiicitur 2° quicunque effectus secundarius est separabilis a forma. sed expulsio peccati est effectus secundarius gratiae sanctificantis (cuius primarius est subiectum formare) ergo expulsio peccati separabilis est a forma iustificante atque ideo impediri poterit, et peccatum cum forma iustificante poni. [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] impediri, ita ut de ratione effectus secundarii [illegible] impediri ne sequatur, quamvis ponatur forma adaequata in subiecto suo effectu formali primario, negandum est, id semper ita esse, nam dantur plures effectus secundarii, cum quibus primarii connectuntur, atque adeo impediri non possunt, ut secundus plurium [illegible] est in subsistentia, et [illegible] quae non effectus formales primarii sunt ipsius subsistentiae secundarii vero unae, reddere [illegible]

etimmobile, nec tamen primarie potest ea sine secundario, in altera reddere subiectum incommunicabile, quia et etiam impediri etiam non potest.

Obijcitur 3.° potest stare quod homo adoptet alicui quem in filium vel elligat in amicum, quin ille remittat iniurias sibi illatam, donec condigne satisfaciat. ergo si deus eligat aliquem in amicum per gratiam sanctificantem, aut adoptet in filium, adhuc poterit non remittere iniuriam, et poterit exigere condignam satisfactionem, quam nequeat dari. stabit gratia sanctificans cum iniuria deo innata, seu peccato.

Respondetur omissa ante negando consequentiam. discrimen consistit in excellentia amicitiae, et adoptionis per gratiam, quae longe superant naturalem, et legalem, gratia enim quae fundat amicitiam hominis cum deo talis naturae, et excellentiae est, ut ratione sui extinguat iniuriam deo illatam, ut ostensum est. non sic amicitia pure humana, qualis est hominis cum homine, atque ideo mirum non est si non possit in illa contingere, quod contingit in hac. quaestio 12.ª an possit divinitus emundari subiectum a peccato absque gratia sanctificante vel aliquo alio dono intrinseco. sectio 1.ª status quaestionis, et doctorum sententiae.

Quaestio 12.ª

An possit divinitus emundari subiectum â peccato absque gratia sanctificante, vel aliquo alio dono intrinseco?

Sectio 1.ª

Status quaestionis, et doctorum sententiae.

Nota

Nota 1.° aliquos hanc quæstionem aliter proposuisse, videlicet an possit divinitus subiectum iustificari absque gratia habituali, vel alio dono intrinseco, videlicet per Dei extrinsecam condonationem peccati, aut divinam acceptationem; tamen quia iustificatio, quæ per condonationem peccati contingit, est mere negativa, et iustificatio mere negativa, improprie iustificatio est, melius iis verbis proponitur quæstio, quibus a nobis proposita est. nota 2.° alios etiam sic proposuisse an divinitus possit peccator iustificari absque illius mutatione intrinseca ita ut mundetur a peccato, et de inimico reddatur amicus, seu non inimicus, non solum sine gratia sanctificante aut dono intrinseco, sed absque omni genere mutationis physicæ intra peccatorem contingentis, et per meram Dei condonationem et extrinsecam mutationem, quidquid sit de mutatione moraliter inde resultante, seu in peccatore resurgente. igitur controversia est, an licet de facto non remittatur peccatum, nec subiectum emundetur, nisi per donum intrinsecum, videlicet gratiam sanctificantem, aut quid tale, de potentia absoluta possit Deus absque gratiæ infusione, vel quovis alio dono intrinseco peccatum extinguere, et subiectum mundare, vel non, sed necesse semper sit Deum infundere gratiam sanctificantem vel aliud donum intrinsecum ut purget subiectum a peccato, nec possit de potentia absoluta extrinsece adhaerendo tollere peccatum per meram remissionem aut condonationem.

Triplex est sententia ... lib. 7. de gratia cap. 23 n. 6. (ubi loquitur de peccato personali) et n. 3. idem docuerat de originali et 2.a parte tomo 4. disp. 9.a sectione 4.a per Granado controversia 8. de gratia tractatu ... disp. 3.a sectione 2.a (ubi loquitur tam de peccato veniali quam de mortali, tam de personali quam de originali, tam de commisso in statu naturæ ... quam in statu ...

in 1ª 2ª quæstione 113 articulo 2º (partim dubio 4º. et partim
dubio 5º.) Scotus, Ocamus, Gabriel, Alensis, Gregorius, et
Joannes de Medina apud Pem. Vasquesium tandem.

Non tamen hæc opinio eodem pacto
ab omnibus intelligitur, et recipitur nam communiter intelligi solet,
ita ut deus immediate possit remittere peccatum, alii vero non ita
ut immediate, sed mediate quatenus potest remittere ius, quod habet
ad versus peccatorem ad exigendam satisfactionem illumque
puniendum, et hoc mediante in peccatum, nam cedendo iuri cessat
condonari peccatum. Credunt enim divinam voluntatem non posse im
mediate tendere in ipsam remissionem peccati.

2ª negat, ita Pes. Vasquesius 1ª
2æ disputatione 206ª capite 2. et 3. (idemque docet 3ª parte.)
Per Meratius tomo 2. tractatu de gratia disputatione 9ª sectione 1ª.
et disputatione 10ª per totam Per Becanus 2ª parte tomo 1º. tractatu
4. capite 3. quæstione 5ª n. 13. Pes. Monseu disputatione 12ª
versu Unum idemque tradiderat § ante, et disputatione 7 in 2ª
parte capite 4. versu sed hanc, Montesinos 1ª 2ª disputatione 33ª.
§. 2. nº. 172º. et §. 3 nº. 191. Pes. Torres opusculo 6. de gratia
disputatione 3 dubio 1º. et sequentibus, aliique non pauci quibus favet divus
Thomas infra referendus, et explandus.

Notat vero Pes. Meratius disputatione
illa 10ª sectione 1ª. n. 8 sermonem hic esse de remissione fac=
ta peccatori post peccatum commissum adhuc existentiam retinenti;
nam si deus peccatorem omnino annihilaret, ad talem annihilationem
necessario sequeretur destructio peccati, ac ablatio maculæ quæ an=
tea inveniebatur nam deficiente subiecto necessario desinunt quæ in
illo sunt, quando talia sunt, ut nulla dei actione seorsim
conservari possint (cuius modi est peccati macula) sic etiam
destructis nobis destruerentur ea quæ sunt quæ sunt in nobis. Sectio
2ª.

2a prior sa ut verior elligitur

Sectio 2a

Prior sententia, ut verior elligitur.

Plus placet 1a sa ea que pr. 1. Deus habere potest voluntatem efficacem non permittendi continuationem peccati habitualis (sermo enim est de peccato quando phisice non existit, sed moraliter perseverat) seu qua efficaciter vellit illud remittere et condonare. Sed posita eiusmodi voluntate praescisse absque dono intrinseco, peccatum destruitur, manet remissum et subiectum ab eo mundatum. ergo Deus potest absque introductione gratiae sanctificantis, aut alterius doni intrinseci peccatum remittere, et subiectum ab illo mundare. patet consequentia, quia nihil aliud est mundari subiectum a peccato, et peccatum remittere, quam extingui peccatum per voluntatem divinam volentem remittere, et condonare.

Maior ex se constat, quod nulla ostendi possit implicatio aut repugnantia in tali voluntate. minorem ostendo, quia ea voluntas, praescisso quovis dono intrinseco est incompatibilis cum peccato, siquidem ex suo conceptu repugnat Deum efficaciter velle, quod non sit peccatum, et peccatum esse. posito autem uno extremorum incompatibilium necessario destruitur alterum, ut clarum est.

Dices, ut voluntas Dei sit efficax circa remissionem peccati debere producere aliquem terminum repugnantem peccato habituali, cum in se lata voluntas, secundum perfectionem increatam Deo intrinsecam non habeat incompatibilitatem cum persistentia peccati (siquidem est indifferens, ut cum peccato creatura sit, et cum negatione illius,) sed ratione termini extrinseci, quem producit. terminus autem incompatibilis, qui per talem voluntatem producatur non potest esse extrinsecus peccatori

Sed

sed intrinsecus, cum nihil extra peccatorem repugnet peccato illi interno, atque ideo erit gratia iustificans, vel doni intrinseci.

Retinet eandem difficultatem urgere in relaxatione voti, aut iuramenti, quam posset eum facere per meram voluntatem extrinsecam, adversarij non negant: sed hoc dimisso dic posse Deum habere pro termino revelationem externam, qua non ipsi peccatori, sed alteri revelet se velle efficaciter remittere peccatum non minus, quam cum revelatione mysterij credendi repugnat falsitas.

Pr. 2° peccatum tam interni, quam incon cessari non solum pendet a voluntate hominis committentis, sed a voluntate Dei permittente. ergo sicut homine retractante sufficienter suam voluntatem, seu homine ab illa cessante peccatum cessat, ita retractante Deo suam voluntatem permittentem, seu ut clarius loquar, cessante ab illa peccatum quoque cessabit; atqui Deus potest suam voluntatem permittentem retractare, seu efficacius, potest ab illa cessare; quis enim cogit Deum suam permissionem continuare, et non interrumpere? ergo cum retractatio, seu cessatio divinae voluntatis permittentis, sit mere extrinseca, potest tolli peccatum, absque gratia sanctificante, vel alio quovis dono intrinseco. ans pr; quia quando peccatum actuale physice producitur Deus concurrit voluntate, et voluntate permissiva, a quibus ita pendet voluntas creata, ut sine illis, nec possit physice peccatum producere, nec peccatum erit. ergo cum peccatum habituale sit idem peccatum actuale moraliter perseverans ex vi voluntatis moraliter durantis, et non sufficienter retractatae, peccatum quidem habituale pendet non solum a voluntate permittente non retractata, sed a voluntate committente non retractata; atque ideo peccatum, sive habituale, sive actuale non solum pendet

pendet a voluntate hominis committente, sed a voluntate divina permittente, et quemadmodum, ut peccatum actuale, sive habituale cesset, satis est retractare sufficienter voluntatem committentem, sufficiet retractare sufficienter voluntatem permittentem, non enim minus cessat productio effectus cohibita actione, et concursu particulari creaturae, quam suspenso concursu universali Dei, a quo particularis natura pendet, ut det esse effectui.

§. Dices si ita est, quod conservatio, et continuatio peccati habitualis pendet a voluntate permissiva Dei: ergo, poterit Deus infusa gratia sanctificante continuare permissionem peccati ex qua, cuius peccatum retinebitur in esse, et simul coexistet cum gratia, quod Per Suarez supra asserebat, nec opus erit materiali et [illegible] concursu Dei in peccatum.

§. Respondetur quod sicet conservatio, et continuatio peccati habitualis pendeat modo dicto a divina voluntate permittente, tamen voluntas, qua de facto permittit, non sufficit ad continuationem peccati habitualis existente gratia, nisi alia voluntas efficacior existat in Deo, quae aliquid speciale praestet, et exhibeat in peccatum, nam voluntas haec communis permissiva, ut constat de facto, et non sufficit, ut peccatum perseveret, quando infunditur gratia, si autem illa specialis voluntas daretur, quae suppleret peccatum efficaciter [illegible], et aliquid praestaret speciale circa peccatum retinendum ad praesentiam gratiae certe esset causa particularis non more universalis, ut modo est.

§ Et sicut non recte valet arguitur, si productio effectus, qui peccatum est, pendet a divina voluntate permittente, ut physice conservetur, ergo posita gratia ... incompatibili cum physica existentia effectus, qui peccatum est, potest Deus non obstante ea positione continuare permissionem, et ex vi illius physicam conservationem effectus, qui peccatum est, ita non valet in nostro casu.

§. Pr. 3.° ut destruat Deus gratiam aliquam moralem

moralem nobis inhaerentem, et intrinsecam non requiritur ex suo conceptu, quod producat intra nos aliquid physicum, sed potest per voluntatem suam extrinsecam id praestare. ergo et Deus destruat peccatum habituale, quod est forma moralis, et reddat subiectum mundum non requiritur quod producat intra illud aliquid physicum, sed potest id praestare per suam voluntatem extrinsecam. patet consequentia, quia ex eo negatur posse Deum extrinsece condonare peccatum, quia creditur non posse intelligi, qua ratione Deus destruat denominationem intrinsecam peccatoris, et formam peccati nobis moraliter inhaerentem per aliquid mere extrinsecum, quale est voluntas remissiva peccati, atque ideo indicatur variamentem formam, aut ponere aliquam intrinsecam. antecedens probatur quia per suam extrinsecam voluntatem potest relaxare votum, et iuramentum, quamquam haec sunt formae morales nobis inhaerentes, et intrinsece. Item quia potest eodem pacto extinguere, et abolere obligationes, et morales denominationes, quae ab illis interne dimanarunt.

Probatur 4.° homo potest homini iniuriam remittere, et condonare offensam per voluntatem mere extrinsecam absque ulla mutatione physica in offendente causata: ergo et Deus potest. Antecedens est certum, et quotidie fit. consequentiam probo, tum quia eadem videtur difficultas in utroque, tum quia voluntas Dei potentior, et efficacior est, quam creata.

Dices cum Meratio hominem quando remittit iniuriam, non remittere dignitatem suam laesam, seu id unde oritur proxime ea dignitas, sed solum ius ad exigendas poenas, remissionem autem culpae nac ratione posse quidem praestari a Deo. Ceterum hoc non esse proprie remittere iniuriam, et peccatum, quod non est solum ius ad exigendam poenam.

Contra tamen est 1.° quia forsan diceret aliquis

aliquis hominem per offensam factam homini quasi ferire tres personas. Primo offendit hominem, 2.o Deum, 3.o rempublicam, cuius est membrum, et ideo quamvis persona privata cedat iuri suo adhuc respublica ex iuriis quod acquirit potest punire peccatorem, et quamvis homo et respublica ignoscant, et iuribus cedant, Deus servat suum ius integrum ad puniendum, unde quando homo remittit iniuriam sibi illatam non solum remittit ad exigendam poenam sed iniuriam sibi illatam, non quatenus respicit rempublicam, aut Deum, sed quatenus respicit ipsum hominem offensum, atque ideo sicut potest homo per voluntatem extrinsecam remittere iniuriam ut est ad ipsum, poterit Deus iniuriam sibi illatam eadem ratione remittere, videlicet non solum secundum ius ad poenam, sed secundum ipsam iniuriam, ut respicit Deum ipsum offensum.

Solvitur 2.o eandem difficultatem in remittenda obligatione ad poenam sine mutatione physica interna, atque in remittenda culpa, cum tam intrinseca sit obligatio ad poenam orta ex peccato commisso atque macula relicta ex eodem, homo autem quando extrinseca sua voluntate remittit iniuriam, non solum cedit iuri suo, sed cedendo iuri simul extinguit obligationem, quae illi erat ex parte peccatoris, ergo poterit eadem ratione Deus per voluntatem extrinsecam extinguere culpam existentem in peccatore. ~ Sectio 3.a aliorum rationes pro eadem doctrina ...

Sectio 3.a

Aliorum rationes pro eadem doctrina.

Multiplicitate probant superiorem conclusionem, nam 1.o ex eo probant, quod creatura intellectualis potest esse Deo grata absque aliquo dono intrinseco seu intrinseco

dono intrinsece superaddito, requirit autem esse in ... deinde iustitia sine peccato. ergo potest esse sine peccato absque aliquo dono intrinseco superaddito. maior probatur, quia potest deus illam acceptare ad beatitudinem, quamvis nihil sit in illa creatura, praeter ea, quae illi sunt connaturalia: eo autem ipso esset grata deo, siquidem non potest non esse grata, et dilecta deo, ea creatura, cui deus vult beatitudinem supernalem ... eam beatificans. eodem modo probari potest quod deus valeat per meram suam voluntatem acceptare hominem ad suam amicitiam qua acceptatione facta maneret amicus, et esset sine peccato, et inimicitia.

2°. quia potest deus remittere peccatori debitum satisfaciendi pro suo peccato, sed eo ipso manebit mundus ab illo ergo potest homo mundari a peccato per condonationem, aut remissionem extrinsecam. imo addit recentior posse deum unum peccatum remittere, non remissis aliis, remittendo debitum unius, et non aliorum.

3°. si deus constituat aliquem caput morale omnium hominum ea conditione, et pacto, ut si elliciat actum dilectionis dei super omnia nomine omnium, ita ut reliqui homines censerentur moraliter diligere deum per talem actum, eo ipso iustificarentur per illam ipsam dilectionem dei super omnia, quae quidem extrinseca illis est. ergo possunt homines iustificari apud deum per formam iustificationis physice extrinsecam (quamvis moraliter esset intrinseca) atque ideo possit remitti peccatum per formam extrinsecam, siquidem forma quae potest iustificare potest delere peccatum, et subiectum ab illo mundare.

4°. potest deus hominem peccato ... annihilare, quo casu clarum est quod destrueretur peccatum,

nam

nam destructis nobis destruuntur omnia quae sunt in nobis, et a Deo conservantur, ut conservari nequit peccatum, sicut supra diximus sed posset Deus eundem hominem reproducere, et tum quidem iam absque peccato, cum peccatum semel extinctum non reviviscat ergo cum destructio sit aliquid extrinsecum, et nihil intrinsecum ponatur in homine quando reproducitur potest Deus peccatum extinguere absque aliquo dono intrinseco.

5° peccatum et gratia (seu donum quodcunque intrinsecum) non ita rigide inter se opponuntur, ut non detur medium, medius scilicet status, quo et careat peccato et gratia, qualis est status purae naturae. ergo potest quis transire a peccato in statum purae naturae, ac proinde remitti potest peccatum absque gratia, vel dono intrinseco. consequentia difficilis probatur quia a gratia potest fieri immediatus transitus ad statum purae naturae. ergo et a peccato. 2. quia a calore potest fieri immediatus transitus ad non calorem, aut a calore ad frigiditatem: ergo et a peccato ad non peccatum, aut a peccato ad gratiam.

6° in statu purae naturae possent homines peccare mortaliter, et tale peccatum non esset irremissibile, sed remitti posset intra illum statum. atqui non posset remitti intra illum statum per gratiam sanctificantem, aut donum supernaturale intrinsecum, nam eo ipso quod conferretur donum supernaturale mutaretur status, et non maneret status purae naturae sed alius elevatus ad altiorem ordinem supernaturalem. ergo per aliquid aliud. hoc autem non posset esse aliud nisi condonatio et favor Dei extrinsecus, cum intra puram naturam nulla sit sufficienter expulsiva peccati.

7° possunt a Deo remitti peccata venialia absque productione gratiae sanctificantis, vel alterius doni intrinseci. ergo et mortalia. patet consequentia, quia

quia eadem difficultas e in utroque genere peccatorum. ans: sive quia gra, que infunditur, postulat non repugnat, (etiam si sit infinita, ut vult Iper. (Monseur disp. 9. cap. 2. §, et certe) – cum venialibus, et cum cum remittantur in baptismo iuxta tridentinj sessione 5. canone 5. in martirio, et in eucharistia (iuxta sty Thomæ 3a parte questione 79 articulo 4.) videntur ibi re mitti absque aliquo intrinseco per extrinseco dei voluntatem re mittentis.

§. Deus potest per seipsum facere quid quid potest facere per cam 2a. sed per cam 2am nempe gratiam potest tollere peccatum. ergo et per se mediante sua voluntate, et condonatione extrinseca. sed iam de aliorum sententiis, que in aliqui bus mihi displicet, satis dictum est, gradum faciamus ad solvenda obiectiones. sectio 4 ad adversariorum obiecta:

Sectio 4a.

Adversariorum obiecta.

Obijcitur 1°. divus Thomas 1a 2æ questione 113a articulo 2. corpore. ubi sic ait: et ideo non posset intelligi remissio culpæ si non adesset infusio gratiæ, et questione 28°. de veritate articulo 2. remissio peccatorum in ullo animo sine gratia gratum faciente esse potest. sed multi explant sty. divi Thomæ de gratia ordinaria, ita ut solum velit quod de facto et iuxta coem providentiæ, et actualem dei dis positionem non possit aliter peccatum deleri quam per gratiam; nos autem loquimur de potentia absoluta, et attendendo solum id, quod extinctio culpæ, et mundatio a peccato petunt ex se.

Obijcitur 2°. non est in peccato mortali habituali nisi per nostram imputationem divinam, l. voluntatem dei volentis

volentis imputare peccatum commissum. Sed est simpliciter in manu la peccati ex ipsa rei natura, videlicet ex eo quod vel ipsa peccaverit et nihil vel ipsa postius fuerit quo tale peccatum censeatur ablatum, id quod licet aliquis fingatur non esse deum (licet enim deus vere non esset vere maneret infectus, et maculatus peccator) ergo nequit tolli quod sit in peccato per meram condonationem, aut non imputationem, siquidem nequit auferri per meram non imputationem id quod non est per meram imputationem.

Respondetur concesso anteced. negando consequentiam, nam cum peccati existentia pendeat a voluntate hominis committentis, et a voluntate dei permittente sublata, aut retractata qualibet, necesse est peccatum corruat: atqui aufertur voluntas permittens, seu retractatur, si habeat voluntatem quae condonet. ergo potest auferri peccatum per condonationem, quia sicut voluntas hominis non est sufficiens ad elliciendum actum peccati, nisi divina voluntas permittat, ita eadem voluntas moraliter perseverare non potest, ut sufficiens, nisi perseveret (saltem moraliter) divina voluntas permittens quae ad suam productionem peccati data fuit. et ratio est, quia peccatum habituale est illud actuale, quod antea fuit, et moraliter perseverat atque adeo perseverat, ut creatura, et ut quid dependens a divina voluntate permittente, a qua antea pendebat.

Obiicitur 3°. deus odio habet peccatorem, quoniam peccator ex se est dignus, qui odio habeatur a deo. ergo ut deus dicatur non prosequi odio peccatorem, et hunc non esse dignum odio dei debet fieri aliqua mutatio in ipso peccatore, nam si peccator non mutetur in se eodem modo erit dignus odio ac antea erat eodemque pacto deus illum odio prosequetur, cum nequeat deus odio nunc non prosequi, quem antea moraliter

prosequebatur nisi desinat ee nunc sicut antea erat.

Resp. distinguendo conseq. debet ee aliqua mutatio positiva per productionem phisicam in ipso peccatore, nego voluntiam; per cessationem peccati, quo antea maculabatur, concedo voluntiam. non dubitamus, quin debeat dari mutatio in peccatore, ut deus desinat illum odio habere, et debeat destrui peccatum, ut ho transeat de peccatore in non peccatorem, difficultas est an hec mutatio debeat fieri, seu causari per aliquid positivum phisice intra peccatorem productum, vel sufficiat condonatio dei et remissio extrinseca; nosque negamus requiri sum assertentes sufficere 2um.

Obijcitur 4°. prius e holm desinere ee peccatorem, quam deum desinere illum odio habere, quia ideo deus non odio het, quia subtus non e dignus odio, et non e converso ergo prius supponitur holm non ee peccatorem, ut deus cesset ab odio: atque ideo non per remissionem dei, sed per aliquid prius productum in peccatore peccatum cessat. Resp. concessoanti et voluntia, negando quod deinde sumitur; non ideo prius supponitur holm non ee peccatorem, ut deus cesset ab odio, quia prius supponatur aliquid phisice productum in peccatore, per quod destruatur peccatum, sed quia prius supponitur remissio, et condonatio, per quam afferitur obiectum odij.

Obijcitur 5°. deus non potest per suam extrinsecam voluntatem remittere debitum diligendi deum super oia, et se illi subijciendi, faciendo ne ho teneatur eum super oia diligere, et in oibus parere. ergo nec potest per suam voluntatem extrinsecam remittere peccatori debitum satisfaciendi deo pro peccato commisso, cum eque sit debitum utrumque. Resp. 1°. posse retorqueri argutum. nequit deus per aliquid intrinsecum hoi superadditum extinguere debitum diligendi

gendi Dei super omnia, et se illi in omnibus subijciendi. ergo nec
potuit per aliquid intrinsece superadditum remittere, aut extin-
guere debitum satisfaciendi pro peccato commisso, cum sit quasi
debitum utrumque, hoc autem nullus chatolicorum dicet.
ergo est diversa ratio in uno atque in alio debito.

Quare ratio 2a. concesso antecedenti negando consequentiam quia debitum diligendi Deum super omnia et se in omnibus illi subijciendi fundatur in titulo omnino indefectibili, et invariabili nempe in suprema excelentia, et dominio Dei, nequit enim Deus abdicare a se dominium, quod habet in creaturas, nec amittere summam bonitatem, et supremam excellentiam, cui debitus est amor super omnia. debitum vero tamen satisfaciendi pro peccato, fundatur in ipso peccato, quod cui defectibile est, ut omnes concedimus, quamvis discordemus in assignando modum deficiendi; nam alij dicimus esse defectibilem non solum per gratiam peccatori intrinsecam sed etiam per extrinsecam Dei condonationem, alij vero non nisi per donum intrinsecum. Sectio 5a. Reliquae obiectiones solvuntur.

Sectio. 5a.

Reliquae obiectiones solvuntur.

Obijciunt demum 1° adversarij voluntas Dei nequit esse sufficiens fundamentum ad imputandum illi peccatum aliud ad faciendum quod ille sit peccator ergo neque poterit esse sufficiens ad illud auferendum. Respondetur negando consequentiam, quia ut alicui imputetur peccatum debet illi esse liberum, ut ~~adversarij~~ negari non potest, et non adest illi liberum, si a sola voluntate oriretur quod esset peccator. ablatio autem peccati non opus est, quod sit illi libera, cum auferatur peccatum si gratia dormienti peccatori infunderetur, et secundum fidem, parvulis usu rationis carentibus remittitur, seu, ut melius loquar ab illis aufertur peccatum dum baptisantur, nec tamen est illis

e illis libertatis ablatio.

Obijciunt 2°. per peccatum mortale homo avertitur à Deo; aversio autem tolli non potest, nisi per conversionem, quae fit per gratiam, perfectam contritionem, aut caritatem. ergo nequit tolli per meram condonationem, aut extrinsecam remissionem. Resp. negando minorem potest enim tolli aversio positive per negationem aversionis, ita ut nec maneat subjectum aversum positive nec positive conversum, ut in statu purae naturae esset homo si conderetur. Scio patrem praepositum vere posse hominem moraliter manere conversum per extrinsecam Dei acceptationem ad suam amicitiam absque aliquo intrinseco.

Obijciunt 3°. quod immediate non pendet à Deo, sola Dei voluntate tolli non potest. peccatum non pendet immediate à Deo (alias esset causa illius) ergo sola Dei voluntate tolli non potest. hoc argumentum PP. Becani magni non nulli faciunt, et laborant in solutione adhibenda, cum tamen meo iudicio illam habeat facilem.

Ante eam tamen placet illud retorquere. quod à Deo immediate non pendet, sola Dei voluntate tolli non potest; peccatum actuale commissionis à Deo immediate non pendet (alias esset causa peccati) ergo peccatum actuale commissionis sola Dei voluntate tolli non potest. quod si dicas peccatum actuale pendere immediate à divina voluntate permittente, atque ideo per suspensionem talis voluntatis, seu per contrariam retractantem, iam posse tolli; idem prorsus dicam, et corruet totum argumentum.

Resp. 2°. distinguendo maiorem, quod immediate non pendet à Deo efficiente nec ut permittente concedo maiorem, quod immediate non pendet à Deo efficiente, bene tamen a permittente nego maiorem. distinguo etiam minorem, peccatum non

non pendet a Deo; Ut efficiente concedo minorem, ut permittente nego minorem, et simul consequentiam, ut peccatum sit requiritur quod Deus illud permittat exhibendo concursum generalem, sine quo voluntas creata non committeret peccatum, nec committere posset atque ideo necessaria est utraque voluntas, et qualibet retractata peccatum desinit.

Obijciunt 4°. Durante causa adaequata alicuius effectus ita ut nullo modo mutetur, ipse quoque effectus durat, et perseverat. Sed adaequata causa peccati est voluntas peccantis, et haec durat quamdiu peccator illam non retractat sufficienter per contritionem, vel dilectionem, aut Deus per gratiam: ergo peccatum manet quamdiu homini aliquid non datur atque ideo tolli non potest per Dei extrinsecam voluntatem condonantem. [illegible] concessa maiori, et distinguendo minorem: causa adaequata [illegible] est voluntas peccantis cum dependentia a voluntate divina permittente, et praestante concursum generalem concedo minorem; independenter a divina voluntate permittente, nego minorem. Unde si Deus retractet, aut mutet voluntatem permittendi, quae fuit quando emittit peccatum, non manet causa adaequata nullo modo mutata, cum maneat sine voluntate permissiva a qua pendebat: atque ideo mirum non est, quod non maneat effectus, videlicet peccatum.

Obijciunt 5. Si esse peccatum pendet a voluntate Dei saltem permittente, ergo quod peccatum durat Deus est causa, si enim nollet, non duraret. Esse autem causam quod peccatum durat est esse causam peccati ergo Deus erit causa peccati. [illegible] obiectio retorqueo: quod peccatum committatur pendet a voluntate Dei saltem permittente, si enim Deus nollet permittere peccatum, non committeretur: ergo quod peccatum committatur Deus est causa.

Respondeo

Respondetur igitur esse necessitanti negando consequentiam, quia non est id, a quo ea pendet, ut operetur, et ab operatione; neque est id a quo pendet effectus, ut sit et ea effectus, quando aliquid tale sit, ut si tolleretur nec ea operaretur nec effectus esset. Plus enim requiritur ut aliquid causet effectum quam ut impediat ne causetur aut sit.

Obijcit 6.° Mendoza: nullum peccatum remitti potest sine aliqua libera Dei voluntate incompatibili cum peccato remittendo: atqui nulla libera volitio Dei est incompatibilis cum peccato mortali, nisi ea, quae producit in peccatore aliquod donum gratiae incompatibile cum peccato, vel ipsum illud delens. ergo nullum peccatum remitti potest per extrinsecam Dei voluntatem. Ad hanc obiectionem sufficienter constat ex dictis. diximus enim qua ratione divina voluntas remittens peccatum, seu efficaciter volens ne peccatum duret, idque revelans sit incompatibilis cum peccato. diximus item, qua ratione destrui possit denominatio moralis relicta in subiecto ex sua intrinseca praeterita per voluntatem extrinsecam cum tali denominatione incompatibilem, ut in voto, et iuramento. ac denique diximus qualiter per retractationem voluntatis divinae permittentis non maneat voluntas relata, ut sufficiens ad causandum peccatum, sicut nec actus producendi erat sufficiens sine illa; atque ideo non opus est, quod in hoc amplius immoremur. quaestio 13a an gratia sanctificans sit radix phisica habituum, et actuum supernaturalium. Sectio 1a explatur quaestio, et referentur &c.

Quaestio. 13a

An gratia sanctificans sit radix phisica habituum, et actuum supernaturalium?

Sectio

Sectio. Iª

Explicatur questio, et referuntur sententiæ

Dupliciter potest intelligi quod gratia sanctificans sit radix virtutum, et actuum supernaturalium 1º. phisice, ita ut per ullum influxum, et actionem realem concurrat. 2º moraliter, ita, ut non per ullum influxum et realem actionem concurrat. Sed eatenus dicatur concurrere, quatenus illi debentur sive ex divina ordinatione sive ex natura habitus, qui sunt principia actuum, l. quatenus dignificat actus, l. merentur subsequens augmentum habitus, quod deinde et producat actus, l. etiam quatenus intuitu gratiæ sanctificantis conferuntur auxilia supernaturalia alias non conferenda, quæ hic ellicit actus, et mediis his meretur habitus. Si enim gratia est ea movens ad collationem auxilii mediate movit ellicienda habitus, et actus; erit quæ ea moralis eorum, quod est causa causæ est causa causati. Quærimus ergo an gratia radix habituum, et actuum primo modo, l. non sed posteriori.

Sed et rursus inquirimus an gratia sanctificans, casu quo sit radix phisica habituum, et actuum, habeat immediate vim utrumque, l. non sed immediate producat habitus, et his mediantibus actus, quemadmodum ignis producens calorem in aqua calefacientem manum non attingit immediate per suum influxum calorem in manu, sed calore mediate, antequam producit in aqua.

Possumus etiam inquirere an gratia sit radix adæquata virtutum et actuum ~~quæ~~ quæ immediate attingit. Sicut de facto, et in actu 2º. Satisfaciunt 1º eo quod ~~ex~~ se habeat sufficientem potentiam ~~ad~~ inducendam

Sive

sine alterius iuvamine, et consortio, quamvis de facto per accidens adiuvetur quemadmodum quilibet ignis sufficit, immediate, producere adequate alium ignem, absque consortio alieno, quamvis si alius per accidens accedat, et adiuvet non producet adequate, sed remittet concursum et in actu 2°. exercebit munus causae inadequate cum tamen aliunde, et de se posset habere rationem causae adequatae si nullatenus ab alio adiuvaretur.

Advertetamen non esse adeo universalem praesentem controversiam de omnibus habitibus, et actibus supernaturalibus, ut nullum excludamus, sed procedere de illis solis habitibus, qui sunt proprietates, et veluti passiones eam per se comitantur gratiam, ac de eorum actibus: quamvis de reliquis nonnihil etiam inter disserendum arguta, dicemus.

His positis prima sententia absolute docet gratiam esse physicam radicem habituum supernaturalium, et saltem mediate, actuum. ita divus Thomas prima 2ae. quaestione 110 articulo 3. ad 3um. et libro 4. ad 1am et 3a parte quaestione 7 articulo 2. et quaestione 62a articulo 2. et libro 3. contra gentes cap. 152. et 153. (cuius verba referemus inferius) pater Granado 1a 2ae. controversia 8. de gratia tractatu 4. disp. 3a n. 1. et sequitur Conradus, et Capreolus Marquinus de sacramentis tractatu 1°. parte 3. cap. 6. n. 6. et 7. Petrus Hurtado disp. 4 de incarnatione sectione 1a. §. 6°. et 9. Antonius Ovrava in ... parte 1a. disp. s. que ... cap. 3. pagina 342a. n. 128. et alii. quibus adiungi solent Vincentius reflectione de gratia christi quaestione 1a conclusione 9. et quaestione 3a conclusione 6a. et Ioannes Medina 1a 2ae. quaestione 110a articulo 3. ad 1um. vide Montecinos disp. 30a. n. 33. et Ripaldam de ente supernali lib. 1. disp. 4. n. 28.

Et quamvis

Et quamvis hi doctores contendunt tri-
ca immatis productionis habituum supernaliis, et facile concedant im-
matis actuum non facile concedunt immatam horum, nam immate
solis procedere expresse sentiunt Bernal, Marchinus, Hurtado
et Granado quamquam Per. Suarez n. 14, et 15. loci inferiusc
ferendi dicat contrarium sibi esse valde probabile, et favet Or-
ca, quatenus ait gram elevare aiam ad elliciendos actus su-
pernales sicut habitus elevat poiam. constat autem habitus ellera-
re poias ad immate producendos actus eius. Ergo et gram elevare
aiam ad immate producendum illos atque ideo simul immate
concurrere.

2a negat esse phisicam radicem (sive
actuum, sive habituum) asserentes esse dumtaxat moralem, ita
Suarez libro 8 de gra cap. 13. n. 20. Per Bernal disp. 30. de
incarnatione sectione 1a n. 3. et disp. 11a sectione 3 (conser-
feras numeros 53 cum 105. et videas intermedios) Per
Praepositus 1a 2e questione 105a articulo 3o. dubio 2o. Vasque-
sa, et alii pro se referentes Maldonatum hic articulo 3. § reo.
cui addit Per Granado, sumel etiam hic questione 105a arti-
culo 4. disp. 1a ad 17. sectio 2a gram sanctificantem esse radi-
cem phisicam habituum supernalium.

Sectio 2a

Gratiam sanctificantem esse radicem phisi-
cam habituum supernalium.

Ita doctores 1i 5e, et intelligo conclu-
sionem de radice immate per realem et verum influxum immatis. Pro-
bo 1o ex Divo Thoma 1a 2e questione 110a articulo 4o ad 1um.
Ubi sic ait, sicut ab essa aie effluunt eius poiae, quae sunt ope-
rationum pria, ita etiam ab ipsa gra effluunt virtutes in poias aie
per quas

perqua, pōt moveri ad actus. atqui pōt effluunt phisicè absq̄ per immat. influxy, seu emanationem. ergo de mente d. Thomæ virtutes et actus supernales phisicè effluunt immatè a grã. Silia verba habet non semel alibi.

Pr 2°. grã se hēt in ordine supernali sicut fmã substantij in nali, ut ex d. Thoma supra dicebam. Ad fmã substantij in nali comparatur ad suas proprietates et poā, ut radix phisica immata ergo et grã in supernali comparabitur ad habitus supernales, qui sunt velut illius passiones, et pōt ē radix phisica immata.

Pr 3°. in quolibet ordine debet res reduci ad sq aliquam radicem phisicam, ut cernere ē in nalibus ibi operationes pōt etiā tandem reducuntur ad nq quæ ē radix phisica, ergo in ordine supernali etiam reduci debent habitus, et actus ad sq aliquam radicem phisicq qualitij nulla ēē potest nisi grã ergo hec ē radix phisica habituum, et saltē ijs mediantibus, actuū.

Probat 4°. Pr Granado quod grã sanctificans sit radix phisica habituū supernalium non ē contra nam ipsius gratiæ, et habituum, et aliunde multo melius intelligitur ē sta gratiæ santificante ergo ā grã dimanant phisicè habitus supernales. ans probat quoad priorem partē, quia non aliunde colligi potest id ēē contra nam nisi quia ēē radicem aliquarum qualitatum et propriarum afectionum ē proprium substē, et grã ē accidens, hec autē rō debilis ē, tum quia licet id concederetur in nalibus in supernalibus non esset vlij, quia propter suam excellentiam viget in illis specialis rō; tum etiā quia in nalibus ā primis qualitatibus oriuntur secundæ, ut a lumine oriuntur calor, et siccitas.

Neque hec emanatio phisica pugnat cum na

nã habitus, qui licet semper se sint infusi si petant non pro-
duci abactibus nullatenus petunt non produci ab aliquo pri-
priori, et ne libenti quod sit phisica eorum radix. aut da-
aliud petant habitus infusi rone cuius fiant contra eo-
nam, si ab alio prio effluant, quod non sit actus.

Quoad posteriorem etiam probat, quia
quae sufficienter ostendit distinctionem gratiae a reliquis habitib.
infusis, ista nititur illi pro quod in ordine supernali
cedenda sit aliqua veluti essa, proprie intelligatur habi-
infusis, qui sunt veluti facultates tributae gratiae ad operationes
supernales atqui multo melius intelligitur gram esse
alios habitus passiones si ab illa phisice profluant. e

Probat 5°. idem autor quia in na-
influimus aliquas qualitates phisice emanare ab aliqua
quia debentur illi ab intrinseco ad efficiendas operationes
tali substantiae connales sed habitus infusi ab intrinseco
debentur gratiae ad efficiendas operationes illi connal-
go phisice emanant a grã.

Probant alij 6°. quia frustra gra-
het apetitum essalem et phisicum ad operationes supernal-
precipue videndi, et intelligendi deum, si non haberet phisi-
aliquam virtutem, quae posset reducere ad exercitium talem
propensionem. Cum autem mediis habitibus reducen-
da sit ad actus exercitium, habet phisicam virtutem ad il-
los. confirmant, quia ad dignitatem gratiae sanctificantis pertinet
quod habeat phisicum hunc influxum, et aliunde non repugnat
illum habeat. ergo. Sectio 3a. solvuntur aliqua.

Sectio. 3a.

Solvuntur aliqua.

Objicies I.º habitus, seu virtus fidei, et spei supernales non dimanant phisice a gratia, ergo neque aliae virtutes cum si aliquae provenire deberent, certe hae, quae ex principiis sunt, et tendunt immediate in deum. ans. pro; quia perseverant in peccatore in quo nulla est gratia sanctificans a qua oriantur, et quia possunt infundi adulto quando 1.º convertitur ad fidem; antequam infundatur gratia, ut docent multi in materia de fide quod autem producitur et conservatur sine gratia non dimanat phisice ab illa.

Resp. 1.º eodem argumento probari posse calorem non effluere phisice ab igni, quia potest conservari calor in ligno, et de facto perseverat extincto igne et potuit per collitionem 1.º produci, aut a sole, et quod produci, et conservari potest sine igne non dimanat phisice ab illo, ut turis.
Resp. 2.º negando ans. quando gratia adest et requisita non desunt, quemadmodum dicendum est de igne respectu caloris, et de aqua respectu frigiditatis; in peccatore autem non adest gratia, atque ideo deus virtute particulari conservat habitum fidei, quem posset gratia, si adesset phisice producere sicut conservat virtute particulari calorem quem posset ignis si adesset phisice producere. —

Instabis in beatis adest gratia sanctificans, et non producit habitum fidei, aut spei, cum nec sit finis ad quem deserviat, nec objectum in quod tendat, siquidem ad spem requiritur objectum absens, et ibi sit presens. ad fidem objectum obscurum et ibi est clarum, ideoque ostendi potest in christo domino qui simul fuit viator et Beatus, fruebatur que deo presenti clare et intuitive visio. —

Resp. 1.º eodem argumento probari non futuras in beatis potentias expultrices, neque cogtrices, = atractivas, et nutritivas alimenti, sive sint diversae, sive eaedem, et ad.

et eadem in ordine ad diversa munia, quia ibi neque erit alimentum neque nutritio, neque excrementorum expulsio, atque ideo deerit complementum naturae humanae, et proprie patriae status; quod si nullus est finis, atque ubi id negatur, concursus generalis ad productionem eorum habituum non producenturum, non quia gratia de se non sit radix phisica, ubi adest finis, et caetera requisita concurrunt, ut contingit in statu viae, sed quia deest aliquid eorum requisitorum, quemadmodum in anima separata est potentia operativa dependenter a fantasmatibus naturaliter, quae operatur dependenter ab illis quia, et id dependet a unione cum corpore, adde quod in statu separationis non emanant species corporei ab anima, cum tamen emanent in statu coniunctionis ad corpus. poterit ergo similiter evenire in gratia, quod in uno statu, nempe viae, emanent ab illa habitus, non vero in alio statu nempe patriae.

Quod si instes animam esse causam naturalem sensuum, et gratiam naturalem causam habituum supernaturalium ergo aut in omni statu, aut in nullo erunt radices phisicae, et de facto ubique producent aut nunquam poterunt. retorqueo rursum referre, quod sint causae naturales, ut in omni statu producant, si non in omni statu habent necessaria ad producendum, neque in aliquo negatur concursus Dei generalis, quia deest finis a illis concedendus iuxta ea quae nuper dicebatur, mitto quod aliqui sentiunt etiam in patria dari habitum fidei, et spei, et quod plus est poenitentiae sive quia pertinent ad statum et complementum sive quia habere possunt aliquas complacentias, aut actus proprios in quos exerceant vim suam compatibiliter cum statu quamvis non possint exercere omnia genera actuum: verum de his in propriis locis dicemus.

~~Dlinquedat~~ sobijsit

Sunt habitus supernales, qui non emanant physice a gratia, ut
sunt lumen gloriae scientia per se infusa et habitus similes;
(alias hi habitus essent in homine etiam reprobo, ubi primo iustifica-
tur, nec gratia esset in statu violento) ergo nullus emanat,
cum videatur aequalis ratio in omnibus. Respondent nonnulli 1.o negan-
do antecedens; volunt enim gratiam esse physicam radicem omnium, sed non
pro quoque statu; nam sicut anima est physica radix omnium
pravium, tam spiritualium, quam corporearum, existentium in
homine, sed aliquarum non pro quoque statu nam spiritualium
est radix pro omni statu, corporearum vero non pro statu sepa-
rationis, sed coniunctionis ad corpus, ita gratia est physica
radix omnium habituum, sed aliquorum, ut luminis gloriae, etiam
non pro omni statu, sed pro statu patriae, charitatis vero pro omni, hoc
est pro statu viae, et statu patriae.

Adde quod forsan aliquis diceret gratiam
esse physicam radicem, et adaequatam virtutum supernaturalium, in-
adaequatam vero luminis gloriae, atque ideo statim atque iusto infun-
ditur gratia oriri ex illa virtutes, non vero lumen gloriae, donec in
patria Deus simul concurrat, ut concausa partialis, quem-
admodum anima est causa adaequata suae potentiae intellectivae
et inadaequata actus; atque ideo statim atque infunditur anima homini
oritur potentia intellectiva, sed non actus, donec accedat species, quae
est concausa.

Respondetur 2.o omisso aut dato anti-
cedente, negando consequentiam. discrimen enim, quod habitus supernales vir-
tutes, de quibus diximus, quod physice emanent a gratia
sunt illius proprietates ac veluti passiones, caeteri vero
2o habitus non ita. quis autem dubitet specialem rationem suppe-
tere in quolibet ente ad producendas physice proprias pas-
siones

siones, et proprietates, quam ad producenda ea quae proprietates non sunt, sicut specialiter est digestiva, applicat potentias vitales accidentales, quae proprietates vivae sunt, quamvis producat caetera accidentia hominis, quae non sunt aliae proprietates sicut calor accidens albedo, nigredo etc.

Obijies 3°. habitus supernaturales dicuntur per se infusi a Deo, non autem essent per se infusi a Deo, si a gratia producerentur, cum ea quae a primo creati producuntur non dicantur per se infundi a Deo, sed per principia creata adquisita. ergo non producuntur physice a gratia. Resp. concessa maiori negando minorem, per se acquiri dicuntur, quae viribus nostris possumus comparare, autem naturalis principii qualibet non acquirit iustus habitus virtutum supernaturalium, siquidem acquirit ex vi supernalis principii. quod autem dicantur eiusmodi habitus per se infundi a Deo oritur ex eo quod Deus per se infundat gratiam a qua naturaliter oriuntur habitus, nam quod per se causat, dicitur per se causa causati nato a tali causa.

Obijcies 4°. unio hypostatica non est physica radix virtutum supernalium; et tamen est gratia sanctificans, et nobilior gratia: ergo haec non est radix physica virtutum supernalium. hoc argumentum multipliciter solvi potest quia multa continet valde incerta. nam 1° resp. potest negando maiorem, quia graves doctores docent oppositum. 2° resp. potest concessa maiori negando maiorem quia modo qualis est unio hypostatica non sunt operativi negando minorem etiam quoad utramque partem, quia valde probabile est nec esse gratiam sanctificantem cum non sanctificet ratione sui, sed ratione extremi, quod immate... s. materialiter unit

unit, videlicet rone subsistentie divine secundum aliquos aut rone esse divine secundum alios. neque perfectiorem gra, quia illa e modus hec autem e res absoluta conferens summe supernale, et quod ex rone subste het excessus unio ex aliorapte compensatur, et superatur a gra. Sectio 4a. Speciale argutu de equalitate intentionis, et aumenti virtutum supernatiu dissolvitur. —

Sectio. 4a.

Speciale argutu de equalitate intensionis, et aumenti virtutum supernaliu dissolvitur. —

Superest aliud argutum quod aliqui magni faciunt, et revera e non contemnende difficultatis. Si gra sanctificans esset radix phisica virtutum supernalium certe esset, vel in maiori intensione, vel in equali, vel in minori, ut evidentissimum e. at neque in maiori, neque in equali, neque in minori ergo non e radix phisica earum. colntia patet. minorem probo. —

Et inprimis non in maiori, quia habitus, aut que vis alia qualitas non producit ultra propriam intensionem neque effectum intensiorem sed longa inductione constat nunquam enim calor producit calorem intensiorem, neque frigiditas frigiditatem intensiorem, neque siccitas siccitatem intensiorem, neque lux lucem intensiorem. et sic de aliis. —

Deinde non in equali, quia aliquando habitus gratie e remissus, et habitus virtutis valde intensus. si enim peccator [struck out] plures actus fidei, et spei efficeret, perfectivime, esse[n]t valde intensi habitus virtutum harum forent quoque intensissimi et habitus gratie

tis esset valde remissius, sicut predictos habitus fidei
et spei intensissimos eliceret actum caritatis, aut contri
tionis valde remissum, quo ultimo se disponeret ad iu
stificationem, nam iuxta maiorem aut minorem disposi
tionem ultimam est maior aut minor gratia, quae infundi
tur. denique

Denique non in minori, tum quia gratia
est causa naturalis et producit secundum totum quod potest, atque ita
producet virtutes secundum totam suam intensionem, tum
etiam quia qualitates producunt tantam intensionem quan
tam in se habent, quando subiectum est intime praesens, et habent
illius penetrationem, et non adest contrarium. gratia autem non
habet contrarium, quod impediat, aut retardet productionem
virtutum supernaturalium. ergo producet secundum eandem
intensionem quam habet. tum denique quia passiones, seu pro
prietates debent commensurari cum perfectione rei, cuius
passiones sunt, atque ideo non debet esse minus, seu mi
nus perfecta intensio virtutum, quam gratiae.

Huius argumenti plena solutio tradenda
est in materia de virtutibus, ubi ex professo tractatur de earum
proportione cum gratia. nunc pro praesenti instituto respondeo
concedendo maiorem, et negando minorem. ad probationem
illius potest 1° producere in maiori intensione, ad cuius
impugnationem facile quis diceret, quod licet id ubi
habeat in qualitatibus univocis, et homogeneis, non in aequi
vocis. nam causa aequivoca cum sit perfectior effectu, potest
producere maiorem intensionem, quam in se habet, sicut
ignis, qui nullam intensionem habet, producit calorem valde
intensum, quoniam maior perfectio confert maiorem acti
vitatem, quae supplet in agente defectum intensionis.

Benevolus

Bene verum e a nonnullis excipi habi-
~~[illegible]~~ tum charitatis ab hac coi regula virtutum infusa-
rum, quia ob maiorem illius excellentiam, propinquitatem, et stric-
tam coniunctionem, quam habent cum gratia dicunt, proportionari arith-
metice, seu commensurari cum intensione eiusdem ita ut nec maiorem
nec minorem habeat, sed eo equalem, quantum ubi virtutes in tertio ...
in quibus ea non mutat maiorem charitatem quam habet gratia ...

Resp. posset 2.o producere virtutes in intensio-
ne equali. ad illud quod additur de habitibus fidei, et spei in alde inten-
sis, in eo qui ultimo disponitur remisse ad gratiam, hancque recipit alde
remissam dicit P. Granado virtutes sortum esse ... a gratia secundum
eandem eam intensionem quam habent, ut passiones, non autem sunt pas-
siones gratiae secundum maiorem intensionem, qua illam excedunt, ita
secundum equalem, v.g. quae secundum intensionem ut unum sunt pas-
siones gratiae, ut unum, et secundum intensionem ut quinque gra-
tiae, ut quinque, atque ideo quando virtus e intensior gratia, haec con-
servat intensionem virtutum, v.g. quae ad gradum sibi correspondentem de te-
rioralios gradus secundum quos virtus non e passio gratiae remissio-
ris conservat deus supplens defectum maioris intensionis gratiae sicut
defectum ignis, quando hoc extincto, seu separato conservat calorem
ab eo productum.

Alij resp. tunc istam intensionem, etiam secun-
dum excessum conservari a gratia remissiori, non tamen ut a causa adequata sed in
adequata Deo supplente speciali suo concursu defectum intensionis maioris
in gratia, sicut si lux remissa inveniat productum calorem intensum in
totum intensum, sed adiuvante Deo, aut alio agente creato ... con-
cursu, qui suppleat defectum intensionis in ~~[illegible]~~ luce.

Resp. posset 3. producere in minori inten-
sione, ad ... impugnationem potest dici eam naviam producere equi-
valenter secundum totum quod potest, at gratiam non posse producere tantam
intensionem

intensionem virtutis, quantam hēt in se, sed tantam, quantam ... ut passio virtute singulis, non autem debetur intantum intensione quantam semper hent, sed in certa mensura; sicut enim calor ... maiori intensione debetur igni, quam aeri, et sicet in aere aliquando sit valde intensus, non in tota ea intensione, procedit ab aere ut â causa adequata, quia non in tota ea debetur illi, ut passio, ergo similiter poterit duci de virtutibus, vel gratia videlicet, quod si aliquando contingat virtutem esse gratia intensiorem non in tota eius intensione profluat ... gra, ut a causa adequata, sed secundum eam intensionem, quae debetur, ut passio.

Ad 2am impugnationem facile constare potest ex solutione 1a. licet enim demus, quod qualitates producant secundum totam intensionem, quam hent, si tantam possint in effectibus dicendum (nam licet id appareret verum, quando qualitas producens, et effecta sunt univoca, et eiusdem rationis non facile per in omnibus quando sunt diversae rationis, ut gra, et virtutes) at diximus ... negari posse, quod gra producere valeat suas passiones in tanta intensione, quantam ipsa habet.

Ad 3am impugnationem dic passiones, et proprietates non debere commensurari arithmetice cum re cuius sunt passiones, sed satis, quod proportionentur geometrice, et idheret gra vel virtutem, quae sunt illius passiones, etenim ... ut tales non sunt tantae perfectionis quantae est a re cuius sunt passiones, neque calor, et siccitas ... tantae perfectionis, quantae est ignis, et possent adduci sexcenta alia.

Dices saltem ex nostra sententia infertur per quemlibet actum virtutis elliciti ab hoie iusto augeri quemlibet habitum ... per actum fidei augeri habitum spei, per actum spei habitum charitatis, et sic de aliis, quod videtur absurdum, et posset adduci ... quod oes habitus semper essent aequaliter intensi, cum aeque augeantur per actus virtutum singularum sequela vero probatur, quia per quemlibet

quemlibet actus virtutis ellicitum ab hoie iusto augetur gratia, gratia autem aucta virtutes, et habitus augentur, cum illud augeat gratia ... virtutis physica, et naturaliter producat; siquidem eo augmento erit ... virtutis physice productiva.

Alteri gravissimos doctores id non putare absurdum, quia habitus virtutis non augentur physice per actus ... meritorie, atque ideo per actus ... virtutis meritorie augentur habitus, aliarum non immate... materialiter, quatenus augetur gratia, quae facta potentior, et activior augetur suas passiones, videlicet virtutum habitus. Cum autem qualiter, vel proportionaliter pendet ex dicendis in materia de virtutibus.

Sectio 5a

An gratia sanctificans concurrat immaterialiter per influxum physicum ad actus virtutum supernaturalium?

Hactenus ostensum est gratiam esse immaterialem et physicam radicem habituum virtutum supernaturalium, nunc inquirimus an etiam per immaterialem influxum physice concurrat ad actus non tanquam causa adaequata, sicut ad habitus, sed ut inadaequata simul cum anima, quam elevat, et habitibus supernaturalibus, qui sunt principia physica eorundem actuum.

Fateor minus certum esse, quod immaterialiter concurrat ad actus, quam ad habitus, communiorque doctorum sententia partem negativam amplecti (nonnullos citavi sectione 1a) nihilominus mihi probabilissimum est sicut et Patri Suarez supra citato, et aliis, quod immaterialiter concurrat, magisque consonat iis, quae in libris de anima docui circa immediatum concursum animae in actus vitales.

(Probatur 1o quia anima concurrit immaterialiter per influxum physicum in actus intellectus, et voluntatis meritorios, non minus quam pro vitales: ergo gratia quae animam ad id elevat (sicut habitus virtutis elevant potentias) immaterialiter etiam concurret per influxum physicum. Maior est suppono ex libris de anima, consequentiam probo, quia ideo habitus virtutum immaterialiter concurrunt, quia elevant

elevatque ingenue efficaciter, ut physice producant per immediatum influxum actum.

Dico 2° gratia se habet in ordine supernali similiter ac in naturali, et ex Divo Thoma supra diximus: scilicet anima in ordine naturali concurrit immediate per influxum physicum non solum ad potentias vitales, et proprias passiones tanquam causa adaequata, sed etiam ad actus vitales, ut causa inadaequata.

Obijcies 1° gratia non est vitalis, ergo nequit concurrere immediate ad actus vitales virtutum infusarum. Respondetur eodem argumento convinci neque habitus concurrere immediate ad actus virtutum infusarum, neque species impressas fidei concurrere immediate ad actus vitales fidei supernales, nam neque habitus neque species sunt vitales atque ideo habitus virtutum non erunt principia immediata suorum actuum. Respondetur concesso antecedente negando consequentiam, aliquid non vitale potest concurrere ut principium inadaequatum ad aliquid vitale, licet non possit ut principium adaequatum vitale.

Obijcies 2° ex Divo Thoma quaestione 27 de veritate articulo 2 in solutione ad [illegible] ubi ait gratiam non ordinari immediate ad actus, ergo [illegible] concurrere immediate ad illos, alias immediate ad actus ordinaretur, cum ad id immediate ordinetur, quod immediate producit. Respondetur Sanctum Thomam loqui de immediatione successionis aut per actum successionis (in qua id dicitur immediatum quod prius est) non de immediatione attingentiae per influxum physicum, et hac ratione optime dicit Sanctus Thomas gratiam non ordinari immediate ad actus, sed ad habitus, cum prius producere debeat habitus quam actus ordine successionis atque ideo immediate ordinatur ad producendum habitus non actus, quamvis hos etiam immediate attingat per influxum.

habitus

habitus vero cum nil debeant prius producere, quam actus ordine subcessionis ordinantur immatē ad producendum actus. posset etiam dici, quod Stus. Thomas loquitur de fine per se primo productionis, qui in gra sunt habitus, et in habitibus sunt actus.

Obijcies 3º habitus sufficiunt ad producendum actus, ergo superfluit immatus influxus gratiæ. ans pr. in habitibus fidei, et spei, qui in peccatore producunt sine adiutorio gratiæ sui actus. Solent aliqui negando ans. ad probationem dicunt in peccatore non concurrere, et causare actus illos habitus, sed a Deo suppleri defectus gratiæ per concursum ulteriorem.

Rectius tamen deinde dato vel negando colatum; quia non statim atque in una causa ē virtus sufficiens in actu 1º ad effectum superfluit virtus in alia ad eundem. sicut longa inductione osten[di] potest. nam calor sufficienter producit calorem, et tamen non superfluit in igne virtus, ut si cum illo coniungatur simul concurrat ad eandem productionem. Similiter in igne ē virtus sufficiens ad producendum calorem, et tamen non superfluit in lucem virtus ad producendum eundem simul cum igne si coniungantur. 3º singuli ignes sunt virtus sufficiens ad producendum ignem, et nihilominus potest unus adiuvari ab alio, vel uniente quolibet de suo concursu. 4. idem evenit in pluribus frigiditatibus influentibus cum sit loco motiuis, et in pluribus siccitatibus, ... paucamus aliis superfluerent sane concursus immatus gratiæ quando habitus per se ... et habitus ... ad ... tractum, at non ita ē; nam gra, et habitus ita attemperantur, ut constituant unam causam totalem; et adæquatam quæstio. 14. an gra sanctificans constituta in subiecto reddat illud filium Dei adoptiuum. Sectio 1ª. quid sit adoptio ex iure

iure civili quotuplex illius species, et quae conditiones ad illam requirantur.

Quaestio 14a.

An gratia sanctificans constituta in subiecto reddat illud filium adoptivum Dei?

Sectio 1a.

Quid sit adoptio ex iure civili, quotuplex illius species, et quae conditiones ad illam requirantur?

Non erit absre haec omnia praemittere ex iure civili, ut viam paremus ad eam, quae de adoptione per gratiam dicturi sumus, siquidem dictae adoptionis definitio et conditiones a iure descriptae pro adoptione sint de conceptu eius, et generali, atque idea debeant convenire cuicunque adoptioni, etiam amplam per gratiam, [illegible] quae earum reddeande sint, ut conceptus quidditativus in eo maneat, [illegible] deficientia depurata, sufficienter, quae si respiciatur in gratia, reddere iustum filium adoptivum Dei.

Est igitur adoptio secundum ius civile, ut habet Theophilus, actus legitimus naturam imitans ad liberorum solatium inductus. Dicitur actus legitimus, quia debet fieri, aut est, secundum leges, [illegible] naturam imitans, ut habetur §. minorem institutis de adoptionibus lib. 1. titulo 11. adoptio naturam imitatur. Sive et sobolem respicit, quia his personis locum habet, in quibus natura locum potest habere, sive ut habetur §. in pluribus titulo et lib. modo citatis in pluribus causis assimilatur iis, qui adoptatur, [illegible] arrogatione ei,

ei qui ex legitimo matrimonio natus est. Ubi illud enim note velut imitans, quod denotat adoptionem solum esse imitationem filiationis naturalis, et adoptivos non esse proprie filios sed improprie per imitationem, et metaphoram, ut bene Pater Vasquez, Pater Hurtado, Pater Becanus et Pater Cardinalis Lugo et caeteri doctores; pro quibus est Adrianus papa epistola ad episcopos Galliae, et Sanctus Hilarius laudatus, et relatus a concilio francofordiensi in epistola ad episcopos hispaniae, ubi ita ait, si filius filius nequaquam adoptivus, sicut in testimonio ~~sicut in testimonio~~ Sancti Hilarii posi tum est. et in libro sacrosilabo ab eodem concilio aprobato; et recepto, abusive, inquit, et non essaliter adoptivus est filius dic tus, quidquid in contrarium doceat Pater Conine de actibus su pernaturalibus disp. 21a. de libro 3. no 21o. afirmans filios adop tivos esse proprie, et vere filios.

Quod si ~~filios~~ Plinius in panegiri co ad Traianum, et imperator Adrianus apud Dionem Casium, et Pater Reinaldus de virtutibus, et vitiis libro 4. no 396. (ex Casiodoro libro 4. epistola 2a dixerunt filios adoptivos esse praeferendos natalibus non ideo dixerunt quia adoptivi pro prii filii sint, et naturales non item, aut minus proprii. Quis enim tale somnium cogitavit] sed quia filiatio naturalis magis a natura et casu fit quam a voluntate, non semper tales evadunt filii, quales volumus; adoptiva vero cum a voluntate, et per ellectionem fit, tales sunt filii, quales volumus; quia et in nos quos volumus erigimus, atque ideo secundum quid, et postea dnostra ellectione praeferendi sunt adoptivi, ut pote ad nostrae ellectionis et voluntatis normam magis facti quam naturales, qui tales sunt non nostra ellectione, et concilio, sed casu, quamvis magis proprie filii sint. audi Ambrosium epistola

epistola 43a aut nos filios suscipimus, aut ellectione in nostra causa est, in ellectione iudicium, magisque in adoptatis ostendimus, quam ingenitalibus filijs, quia genitales filios esse degeneres ad naturam refertur, ascitos vel adoptione vel copula dedecores esse, non nisi errori adscribitur.

Dicitur praedicta in desione ad sibi bonorum solatium, vel quod matrimonio onera adoptantes tractarent, vel quod sterile esset coniugium vel quod sibi morerentur, vel quod mali, impij, ac degeneres essent et tale infortunium aliorum adoptione corrigeretur, et emendatur indicatur, sed optime Ioachimus Mi[illegible]ngerus.

Aliter describitur adoptionem [illegible] ad legem filios familias lib. 7. de adoptionibus videlicet est legis, qua, qui nihil filius familias ad vicem filij familias redigitur, vel vitalis vel sunt loco filij familias substituitur, asciscitur, vel subrogatur.

Est autem adoptio duplex, secundum ius civile, 1o. licet sit specialis species contenta sub generica adoptione, vel sub adoptionis genere specialem non habet, sed nomen generis illi appropriatum, et dicitur adoptio. 2a dicitur arrogatio a rogando, quia tam adoptandus quam adoptans rogandi sunt; ille an velit adoptari, hic an velit adoptare, ut constat ex lege generalis titulo 17 digestis de adoptionibus.

Inter quas spes ea est diversa, quod adoptio requirit adoptandum adhuc esse sub potestate patris naturalis, arrogandus vero esse extra illam, sui iuris et emancipatum; ut omittam arrogationem debere fieri coram principe, adoptionem non sic, siquidem sufficienter fieret coram quovis magistratu

fratre (iuris dictionem habente) ut constat ex lege generalis nuper citata, et § adoptio institutis de adoptionibus lib. 1. titulo 11. huius distinctionem reddit Iason, et quidem optimam valdeque consonam legi in adoptionibus titulo 1. digestis eodem.

Non me latet, P. Rainaldus duabus his ex iure civili adductis plures alias species adnumerare, quarum 1a est quae fiebat per arma, dum quis ab altero gladio praecinctus equesque creabatur. 2a quae per sacras preces, idest quaquis alterius filius nutricius dicitur. 3a quae per cincos aut comam, quae ut volunt aliqui capilli attonsione quis ab aliquo cooptabatur in clericum, sive (ut melius Anastasius Bibliothecarius) qua quis per capilli exhibitione efficiebatur alterius tanquam filius, qui mos a priscis derivatus fuit.

Conditiones adoptionis plures sunt ex praescripto iuris, nam 1o requiritur quod adoptandus sit extraneus adoptanti, ut colligitur ex iure ipso, et cui iuris periti quibus etiam theologi subscribunt. Difficultas est quid sine filiandorum quod debeat esse extraneus, nam theologi communiter sentiunt illum reputari extraneum, pro re praesenti qui neque est filius natus nec unione ulla tali patri coniunctus et ideo salvant quod Christus etiam in quantum homo non sit filius dei adoptivus per gratiam, quia scilicet per unionem hypostaticam est divinae personae copulatus, scilicet est filius dei naturalis, ut multi opinantur.

Ego autem existimo vocem extraneus idem hic valere atque non sub patria potestate adoptantis, sive quia non est illius filius naturalis, sive quia licet sit est emancipatus, quoniam per emancipationem fit quodammodo alienus et extraneus, et ideo pater potest filium naturalem

iam

iam emancipatum adoptare, et per adoptionem et per adoptionem iterum in patriam subiectionem revocare. Ducor 1° ad sic dicendum ex lege qui liberatus titulo 7. de adoptionibus ubi dicit, qui liberatus e patria potestate, is postea in potestatem se honeste redigi non potest nisi adoptione. en supponit liberti posse honeste in potestatem patris per adoptionem, qui iam extra talem potestatem erat per emancipationem. vide ibi glosam.

Ducor 2. ex lege qui duos filios titulo etiam 7. digestis de adoptionibus, ubi dicit, quod, qui filios et ex altero nepotem habet, si vult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare, potest hoc efficere, si eum emancipaverit, et sic adoptaverit quasi ex altero natum, enim hoc quasi quilibet, non quasi avus. et ibi glosa: si quilibet, idem quasi extraneus, cum iam desierit per emancipationem. animadvertis per emancipationem fieri alienum, et posse qui natus nepos erat adoptari, postquam fuit emancipatus.

2a conditio est quod adoptio fiat per ipsum adoptantem, non autem quinque velit presentem, ut habetur ex lege post mortem §. neque adoptare titulo 7. digestis de adoptionibus. 3a conditio est, quod adoptio non habeat tempus determinatum puta per triennium, vel in perpetuum, constat ex lege que situm est, et alibi et nulla ... ibi redditur ratio, quia moribus nostris non convenit filium temporalis here. 4a est quod adoptio non fiat sine consensu patris sub cuius potestate est, vel sine consensu ipsius adoptandi, quando emancipatus, et sui iuris est iuxta legem in adoptionibus digestis codice. 5a est quod adoptans sit plene pubertatis, et maior aetate adoptando, ut constat ex lege arrogato § non tantum titulo

digestis de adoptionibus, et institeta eodem titulo § minorem.
Ubi dat rationem, quia adoptio naturam imitatur, et pro monstro est,
Ut maior sit filius quam pater ... quod adoptans non
sit a natura ineptus generationi, etsi sit ineptus temporaliter,
et per accidens. et hic ideo licet spadones (hoc est quibus vis ten...
seu detracta est virilitas) adoptare possint, castrati autem (hoc
est qui naturaliter carent testibus) adoptare non possunt. ita insti
tuta de adoptionibus § ... de et illud. in cuius glossa in
venies tria impotentium genera. Sectio 2a quid sit adoptio
secundum theologos, quaeque conditiones ab illis requirantur.

Sectio 2a

Quid sit adoptio secundum Theologos, quaeque conditiones ab illis requirantur?

Non omnia, quae ex iure petiti diximus ad filiationem adoptivam, seu ad filiorum adoptionem, Theologi requirunt, sed paucioribus contenti sunt. videamus qualiter moderniores, et exactiores quae desiderant, ut inde constet, quae singuli exigant ad praedictam adoptionem, quaeque ex praedictis a iure ut non necessaria reiicienda sint.

Pl. Bernal disp. 67 de in carnatione sect. 1a sic definit adoptionem: Assumptio ex actione adoptandi est moralis assumptio viventis intellectivi extranei ad imitationem filii proprii in participatione bonorum patris. Dicitur, inquit, moralis, ut excludatur physica ... naturalis generatio, et incarnatio, qua verbum hypostatice assumpsit naturam humanam ... viventis intellectivi ponitur loco personae ... extranei denotat personam adoptandam debere non procedere adoptanti substantialiter ... re=

ligari

figuras voces ad imitationem filij proprij in participatione bonorum dicit continere promissimam divinam adoptionis, quae in hoc consistit, quod adoptatus fiat particeps substantiae externae patris, sicut filius natus substantiae internae, hoc est ipsius patris. at si adoptio sumatur non practice, sed pro ea continente filium adoptivum, definitio est talis: adoptio est actus intellectualis extraneum imitatur filium proprium in participatione bonorum patris.

Quae definitio quatuor tantum conditiones requirit. 1a est, quod assumptio sit moralis. 2a quod persona adoptanda sit intellectiva. 3a quod sit extranea. 4 quod assumatur ad hereditatem paternam; atque ideo reliquae supra memoratae superfluunt, siquidem ex vi haerent integri conceptus adoptionis ex parte vel actus illius.

Pater Vasques tomo 1. in 3am partem disp. 88. cap. 1. n. 1. ita definivit: adoptio est alicuius extraneae personae legitima et gratuita assumptio. quae definitio convenit cum praecedenti in eo quod requiratur persona extranea; differt vero in eo quod haec non exprimit, sicut illa, in eo quod assumptio sit moralis. item eo quod definitio legitima, scilicet secundum leges. Postea gratuita, hoc est, non propter pretium, aut ex aliquo debito. Unde iuxta Patrem Vasques haec tres conditiones requiruntur (et reliqua superfluunt.) 1a quod persona sit extranea, 2a quod assumptio sit secundum leges (vel divinas, vel humanas vel naturales) 3a quod gratis, et non ex debito aut propter pretium fiat.

Pater Praepositus 3a parte quaest. 23 articulo 3. definivit: adoptio est liberalis acceptio personae

personæ extraneæ in filium, per quam datur ius ad hæreditatem. parum differt a præcedentibus, nam a definitione Pij Vasques differt in hoc, quod non postulat expresse acceptionem, seu assumptionem debere fieri secundum leges, neque quod conferatur ius ad hæreditatem. A definitione verò Pij Bernal differt in hoc quod exigat assumptionem debere esse stabilem. Tribus tamen conditionibus contenta est. 1a quod assumptio sit stabilis. 2a quod persona sit extranea. 3a quod conferatur ius ad hæreditatem.

Pater Cardinalis Lugo disp. 35a de incarnatione sectione 1a n. 3. paucioribus adhuc contentus definivit, adoptio est assumptio alicuius loco filij, cum verè non sit filius sed extraneus. ubi duas tantum postulat conditiones. 1a quod assumptio sit loco filij, seu quod idem est, ut gerat vices filij, sive ut habeatur tanquam filius. 2a quod non sit proprius filius seu quod sit extraneus.

Pater Hurtado disp. 82a de incarnatione sectione 1a §. 3. tres definitiones exhibuit filij adoptivi, easque vulgatissimas, et si videantur continere eandem declarationem. filius adoptivus est qui constitutione, et nativitate non est filius. item qui absolutè verè et propriè non est filius sed metaphoricè: denique quia ad rationem filij eget nova gratia.

Liber sacrosyllabus aprobatus, et receptus a concilio Francofordiensi adoptivum descripsit qui alienus est ab eo a quo dicitur adoptatus, quin qualiter adoptio tribuitur quanti non ex debito, sed indulgentia tantum modo adoptio praestatur. quibus verbis planè requirit duas conditiones

ditione, et non plures. 1a. quod adoptandus seu adoptatus sit alienus via adoptantis. 2o. quod adoptio fiat gratis, seu non ex debito.

Denique quidam Rel. centior postquam dixit adoptionem esse spontaneam assumptionem personae extraneae in filium, addidit iuxta morem scholasticorum filiationem adoptivam consistere ex parte filii in duobus, et itidem in duobus ex parte patris, nam 1o. consistit ex parte filii in subiectione erga adoptantem seu adoptandum, quae est patriae potestati huius. 2o. in iure ad haereditatem adoptantis. ex parte vero patris consistit in patria potestate adoptiva quam erga adoptantem habet. 2o. in obligatione admittendi adoptatum ad haereditatem. Sed certe hoc necesse est, nam subiectio filii, et ius ad haereditatem sunt effectus formales, et qui illam consequuntur, non constitutivum essentiale eius, idem dixeris de obligatione patris admittendi filium adoptivum ad haereditatem via paternitatis adoptivae, non enim illam constituit sed consequitur iuxta mox dicenda. Sit 3a. adoptio, et filiatio adoptiva ex propria sa.

Sectio 3a.

Adoptio, et Filiatio adoptiva ex propria sententia

Video plures definitiones traditas a doctoribus pro filiatione adoptiva, et adoptione, nullam tamen video accuratam et exactam utriusque explicationem, quam, Deo favente conabimur hic maiori qua potuerimus claritate praestare, res enim est magni momenti, et propter praesenti difficultate de filiatione adoptiva per gratiam: et gratia de filiatione christi in ma... de incarnatione, ubi Felix, et Elipandus in luce meridiana sequuntur. —

Eigitur

Est igitur adoptio, assumptio perso=
nae extraneae loco filij. Dixi assumptio, et non addidi sponta-
neam, ut recentiores addidit, tum quia cum adoptio sit qui-
dam veluti contractus, sicut in ~~Limit~~ in definitione contrac
tus non additur quod sit spontaneus, quia ex natura rei id supponi-
tur, et contractus contractus non est contractus sed umbra illius ita in definitione adoptionis non
opus est addere, quod sit spontanea, sed satis est dicere quod sit assump
tio: tum etiam, quia cum adoptato non conveniat personam,
quod assumatur, sed per voluntatem adoptantis, eo ipso su
ponitur, quod spontanea sit, quoniam non dicitur quis assu
mere, aut facere, quod coacte assumit, aut facit, uti ali
bi notavi, et etiam ex iure civili constat. Sed neque ad
didi gratuita cum Del. Ruques neque liberalis cum P. Re
posito, quia non deest qui censeat posse adoptionem vendi,
et emi, aut per illam debitum solvi, cui supetit non incon
grua ratio, si solum attendatur quod ex natura rei exigitur ad
adoptionem, esto respiciendo ad ius civile, et ad libros
Sacrorum in concilio francofordiensi gratuita, et libe
ralis debeat esse, nec fieri possit ex debito, et obligatione.

Rursus dixi personis, et non ad di
di rationalis, aut intellectualis, quia cum ex Sebtino persona
sit rationalis naturae individua substantia non opus est addere ratio
nalis, semel dicto, quod assumptio sit personae. Dixi vero
extraneae, quia si persona non sit extranea, assumptio
illius non erit adoptio. Qualiter autem debeat esse extra
nea? Supra tetigi, et ex iure ostendi nomine personae ex
traneae venire illam, quae est extra patriam potestatem, nam
emancipatione fit quasi extranea, et qui est proprius, et
naturalis filius reputatur, quasi non sit filius proprius,
sed alienus.

Denique

Denique dixi loco filij, per intellige, aut nepotis, (si adoptio in nepotem sit) ad adoptionem non sufficit quaecunque assumptio personae extraneae, (ut dixi ipse), quod assumptio ad eum finem et adoptantis animo assumatur, ut gerat vices filij, et locum filij occupet, sicut ex fine, et causis, quae adoptionem inducere, et nos supra tetigimus, satis liquido constat. Caeterum ut huic nos lucem adferamus placet in medium proferre quae iam diu circa illam cogitavimus.

Et quidem cum adoptio eo tendat ut suppleat defectum naturae in filiorum generatione, quantum illi est naturam imitatur, ut habetur §. minorem instit. de adoptionibus lib. 1. titulo 11. et sortiam naturae ad pluribus ei assimilatur, ut habetur § in pluribus instit. de adoptionibus lib. 1. et titulo citato; non alia ratione adoptionem et filiationem adoptivam melius explicabimus, quam si quae contingunt et concurrunt in generatione et filiis naturalibus ante oculos proponamus, et his illas comparemus, et in quae extremus conferamus.

In generatione autem nati multa concurrunt. 1. ipsa generatio. 2. persona generans. 3. persona genita. 4. Paternitas, quae personam generantem denotat patrem. 5. filiatio, quae personam genitam denotat filium. 6. obligatio, quae in persona generante resultat, ex qua sit pater ad curam paternam filij, et ad dandam illi hereditatem, seu communicanda illi bona sua (saltem nisi ob crimina et delicta indignus efficiatur, aliave ratio superior impediat) 7. obligatio, quae nascitur in persona genita, ex qua sit filius ad subiectionem, et obedientiam exhibendam patri, in omnibus quae hic iuste praeceperit. et demum

8. ius radicale in filio ad paternam haereditatem, seu bona patris consequenda.

Totidem concurrunt in adoptione, nam 1° concurrit assumptio, quae subcedit generationi nati atque ideo vices illius gerit, potestque dici generatio adoptiva. 2°. persona adoptans, quae subcedit loco patris natis, vicesque illius gerit, atque ideo dicitur pater adoptivus. 3°. persona adoptata, quae subcedit loco filij natis, vicesque illius gerit, atque ideo dicitur filius adoptivus, 4°. paternitas adoptiva, quae subcedit loco paternitatis natis, et personam adoptantem denotat patrem adoptivum. 5°. filiatio adoptiva, quae subcedit loco filiationis natis, et personam adoptatam denotat filium adoptivum. 6°. obligatio, quae in persona adoptante nascitur, ex eo quod adoptaverit, et pater adoptivus sit, ad tractandum adoptatum, ut filium, ad curam illius paternam habendam, et ad illi dandam haereditatem seu communicanda bona paterna. 7°. obligatio, quae in persona adoptata nascitur, ex eo quod sit filius adoptivus ad obediendum patri adoptivo in iis quae iuste praeceperit, quae obligatio sic ut praecedens subcedunt filialibus obligationibus patris, et filij natium. Denique 8°. ius radicale in filio adoptivo ad haereditatem patris adoptantis, quod subcedit alterius filij natis in patris.

Unde sicut in naturali generatio non constituit formaliter paternitatem, aut filiationem, sed est proxima fundandi illas, neque obligatio in patre ad curam paternam filiorum, et ad dandam illis haereditatem constituit paternitatem, sed illam consequitur; nec obligatio filiorum ad obediendum patri, ius vel ad haereditatem paternam constituit filiationem, sed illam consequitur ita assumptio non constituit paternitatem, aut filiationes adoptivas

adoptivę, sed illas fundat. Neque obligatio ad eam pater nam filium adoptivum aut ad illis dandę hereditatem constituit paternitatis adoptivam, sed illam consequitur; neque obligatio filiorum ad parendum patri adoptivo, in se vel ad hereditatem patris adoptivi constituit filiationem, sed illam consequitur.

Quocirca concludendum est, quod sicut paternitas naturalis consistit formalissime in ratione generantis importata ablo in recto, et in ratione filii importata in obliquo; filiatio vero consistat formalissime in ratione geniti importata ablo in recto, et in ratione patris importata in obliquo supposita generatione, ut ratione proxima fundandi. Ita adoptiva consistit formalissime in aliquo quod in adoptante subcedit locoque communicantis esse filio, et in aliquo quod in filio subcedit locoque communicatum, supposita assumptione ut ratione fundandi; et vice versa filiatio adoptiva consistit formalissime in aliquo quod in adoptato subcedit locoque communicati a Patre, et in aliquo quod in Patre adoptivo subcedit locoque communicantis esse filio, supposita, ut ratione fundandi assumptione.

Quid autem sit illud, quod in patre, et filio subcedat locoque communicantis, et communicati? vel est gratiter esse voluntatem amorem, et affectum, aut quid aequivalens, nam, ut Sibla Sacro Silabus approbatur, et recapitulans citio francofordiensi dixit: adoptivus non nisi affectat, putenus alienus dicitur filius: nam enim adoptio ex affectione ducit vocabuli sui originem, et post pauca habet, nam quae ex utraque parte utinam adbberus elegantius dicitur, ut sicut ea, stingulis mihi in filium adoptivus, et e contra, utinam in eccles ate in filius adoptari: ex affectione quid est dilectionis

nis pars subrogit patri, ut in utraque conveniat dilectionis affectus quid aptius.

Itaque voluntas illa qua adoptans optat, ut adoptatus sit illi loco filij, et qua se devincit ad tractandum illum, ut filium gerit vices voluntatis communicantis esse, et voluntas illa (vel aliud illi equivalens) qua adoptatus optat esse loco filij, et quod adoptans sit loco patris, quaque se devincit ad habendum illum, ut patrem, subcedit loco voluntatis communicantis, et utraque voluntas constituit paternitatem adoptivam in adoptante et filiationem adoptivam in adoptato. Unde intercedit inter adoptantem, et adoptatum quidam veluti contractus quo et adoptatus, obligatur ad habendum adoptantem loco patris, et adoptans, vicissim, ad habendum adoptatum loco filij ne ... exactius, et dilucior res explicari possit. Sectio 4.a Deus proprie adoptat iustos in filios.

Sectio 4.a

Deus propriè adoptat iustos in Filios.

Est communis sententia inter Theologos, et videri possunt Pater Gaspar Hurtado de incarnatione disputatione 17.a difficultate 1.a Pater Bernal disputatione 63.a de incarnatione sectione 2.a Pater Vasquez 3.a parte disputatione 88.a capitulo 1.o et 2. Pater Petrus Hurtado de incarnatione disputatione 82.a sectione 2. quidquid contra sentiat Bereijm in suo teatro verbo adoptio, cui aliqua tenus favet Durandus in 3. distinctione 10.a questione 2.a tametsi here possit congruam explicationem cui doctrine non adversam.

Prius tamen quam proximam conclusionem

sionem probemus opere pretium erit animadvertere triplicitur Dei dici patrem vi hoy 1o quatenus e illius autor, et conditor qua rone oy creaturary, etiam inanimatarum e Per. quia oes condidit, et produxit, unde Job trigessimo 8o Deum apellavit patrem pluviae, quia e pluviae pater, id e autor, creator, et conditor et eodem sensu autor sius alicuius artis vocari solet Pater artificum iuxta illud Genesis 4. et ipse fuit pater canentium citara, verum hec acceptio paternitatis et filiationis non pertinet proprie ad adoptionem, atque ideo de ea nulla e controversia. ~~dici solet~~ 1.

2o dici solet Pr propter similitudinem mor, ut constat ex illo Mattei 5. ut sitis filii patris vestri, etta; ide ut heatis opera silia, et mores similes, qua rone, qui prave vivunt, et moribus diabolo assimilantur, filii diaboli dicuntur, iuxta illud Ioannis 8. vos ex patre diabolo estis, sed nec hec acceptio pertinet ad adoptionem, nec de illa movetur presens controversia.

3o dici solet pater iustorum per gratiam quatenus hanc infundens illos acceptat ad regnum, et hereditatem gloriae iuxta quam acceptionem his movetur ingressio, et rogamus an Deus dum iustificat hoes sit eorum pater per propriam, et veram adoptionem, seu quod idem e, vere eos adoptet, cum iustificat et contendimus in conclusione Deum vere adoptare, et iustos ~~esse~~ proprie esse filios adoptivos.

Pr 1o ex Sacra Scriptura in multis locis 1o ex epistola ad Romanos cap. 8o a versu 15. usque ad 17um. ubi ita Paulus ait, non enim accepistis spiritum

Servitutis

servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum dei, et ad Ephesios 1. qui predestinavit nos in adoptionem filiorum dei, in quo clamamus abba pater ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod simus filii dei; si autem filii et heredes heredes quidem et coheredes autem Christi. ad Galatas 4. n. 6. misit deus filium suum, ut adoptionem filiorum reciperemus. quibus addi solent alia, in quibus dicimur renasci, regenerari, et filios ac heredes fieri dum iustificamur, ut Joannis 1o. dedit eis potestatem filios dei fieri, et cap. 3. n. 5. nisi quis renatus fuerit etc. ad Titum 3. per lavacrum regenerationis. 1a Petri 1o. regeneravit nos in spem vivam. ad Colossenses 1o. qui (scilicet deus) dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae. 1a Joannis 3. versu 1o. videte qualem caritatem dedit nobis Deus ut filii dei nominemur, et simus, ubi ponderat S. Augustinus quod nominari et esse denotat propriam filiationem adoptivam, nam si impropria esset, nominaremur quidem filii, sed non essemus. ———

Pr. 2o. ex concilio tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 4. ubi agens de iustificatione impii dixit, quod sit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adae in statum gratiae, et adoptionis filiorum dei etc. et cap. 3. dixerat, nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis eius, gratia qua iusti fiunt illis tribuatur, pro hoc beneficio Apostolus, gratias nos semper agere hortatur patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, et eripuit de potestate tenebrarum

num, transtulitque in regnum filij dilectionis suae. et in
sus cap. 8. radix ois iustificationis, sine qua impossibile
placere deo, et ad filiorum eius consortium pervenire.

Pr 3o. ex Sto. Augustino, qui lib.
1o. de sermone domini in monte cap. 46. ita ait, adopta-
mur in regnum dei non tanquam alieni, sed tanquam ab
illo facti, et creati, hoc e conditi, ut unum beneficium
sit, quo nos fecit esse per omnipotentiam suam, alterum quo
adoptavit, ut cum eo tanquam filij vita aeterna, pro nostra parti-
cipatione frueremur.

Pr 4o. ex rone, quia adoptio est as-
sumptio personae extraneae loco filij, sed deus proprie assumit per-
sonas iustorum, qui per peccatum erant extranei, loco filiorum
ergo proprie adoptat iustos. maior ex dictis supponitur, minorem
probo, quia et iusti sunt destinati, et dispositi ad succedendum deo
in oibus, et deus se obligavit ad dandum illis haereditatem
post mortem, et ad tractandos, ut filios speciali cura, et protec-
tione auxiliorumque et bonorum collatione, et providentia.

Pr 5. ut iusti sint filij adoptivi dei
proprie, et rigorose satis e, quod ex parte iustorum sit aliquid
quod gerat vices nae dei adoptantis, et ex parte dei, qui adoptat ali-
quid quod gerat vices nae generantis iustos. sed hoc datur in
deo, et illud in iustis. ergo deus proprie adoptat iustos.
minorem probo, quia ex parte iustorum datur gratia, quae est parti-
cipatio divinae nae, et se habet in eis per modum [illegible] quasi na, quae
dat modo dans esse divinum, et elevatum ad quandam similitudi-
nem cum deo. ex parte vero dei datur affectus habendi iustos
perinde ac filios, et se obligat ad dandum illis haereditatem
si in gratia perseveraverint usque ad mortem.

Pr 6. quia [illegible] hoc hoim adoptio [illegible]

quatenus adoptandus consentit in specialem subiectionem paternalem, et adoptans illum elligit, ut sub sua speciali cura, et obedientia heat: sed idem contingit in deo, et iustis, siquidem iustus, quando se disponit ad iustificationem consentit in specialem subiectionem paternalem, et obedientiam dei, quam gratia inducit, et ad quam detrahat, detrahendo ad omne honestum, quod deus praecipere potest, ut constat ex dictis pro conceptu gratiae declarando. quod si sit parvulus sotto consensus adest gratia. praeterquam quod deus, qui nostros consensus eminenter continet, dici potest, quod prohobis consentiat, quando gratiam confert, sicut pro pupillo tutor, et multo melius. deinde deus iustum suscepit, ut sub speciali sua cura, et obedientia vivat, ad id que acceptat. ergo. sectio 5a solvuntur obiecta.

Sectio. 5a

Solvuntur obiecta

Obijcies 1o illud ad Romanos 8. et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri. ubi iustus Paulus de se, et alijs iustis loquens dicit quod expectant adoptionem filiorum. ergo non adoptantur per gratiam, alias post illam habitam in iustificationem non esset cur ulterius adoptionem expectarent. vide etiam Math. c. 19o. ubi etiam ad aliam vitam remititur regeneratio.

Resp. 1o utrumque sensum Pauli esse nos expectare non ipsam adoptionem, sed id quod per adoptionem nobis promissum est, videlicet ~~[illegible]~~ immortalitatem nostram

tiam, quae per similitudinem appellatur adoptio, quia in ipsa continetur, quemadmodum obsidi verbis solemus appellare verbo. Caeterum S. Augustinus lib. 3°. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 3. duplicem adoptionem distinxit, qua distinctione facile solvitur argumentum, num quid non per lavacrum sanctum regenerati, adoptati, et redempti sumus? et tamen restat regeneratio et adoptio, quam in fine venturam patienter expectare debemus, et nunc filii huius saeculi ex nulla parte iam simus.

Obijcies 2°. loca a nobis adducta ex scriptura, et concilio non convincere propriam adoptionem, tum quia licet exprimant adoptionem non addunt illam esse propriam, tum praeterea, quia non magis in illis exprimitur nos adoptari a deo, quam in aliis exprimitur deum esse patrem pluviae, et caeterarum rerum inanimatarum, sed quamvis in aliis locis dicatur pater pluviae, et aliarum rerum non ideo colligitur propria paternitas, nec proprie esse patrem. ergo neque colligitur propria adoptio, quamvis in superioribus locis adoptio exprimatur.

Respondetur, quod verba conciliorum, et sacrae scripturae debent accipi in proprio, et rigoroso sensu, quando nullum inde sequitur incommodum, sequitur autem si sit proprie pater pluviae, et non sequitur si sit propria adoptio, atque ideo ex nostris locis colligitur propria adoptio, et non colligitur propria paternitas ex aliis. nihilominus quod eodem argumento probares Christum non esse proprie filium patris, quia loca in quibus pater illum appellavit filium non addidere parlam illam propriè.

Obijcies 3°. nequit etiam divinitus adoptionis fieri filius deo innata: ergo nequit etiam divinitus propriè

prie adoptari per coentia quia adoptio requirit similitudinem inna inter adoptatum, et adoptantem. duplex solutio huic argumento solet adhiberi. prima aliquorum qui dicunt sufficere ad adoptionem similitudinem per participationem, qualem habet inter per gratiam, nec requiri maiorem ad propriam adoptionem. 2a aliorum qui negant, et merito, consequentiam, et etiam probationem non enim requiritur ad adoptionem unitas neque inter patrem, et filium adoptivum.

Obijcies 4o filiatio adoptiva non est propria, sed metaphorica filiatio, ergo deus non proprie, sed metaphorice adoptat, alias adoptio esset filiatio rigorosa, et propria. certe argumentum concludit, si vim habet, nullam esse filiationem proprie adoptivam, quia alia esset propria filiatio. Resolvo igitur, quod esse proprie filiationem adoptivam esse improprie filiationem sicut esse proprie metaphoram illi est esse improprie rem. et esse proprie holm pictum est esse improprie holm. itaque argumentum est futile, et plane inutile.

Obijcies 5o filiatio adoptiva est perpetua filiatio per gratiam non est perpetua, sed urbi tempore omittitur, ut constat ex fide, nam per peccatum amittitur. ergo filiatio per gratiam non est proprie adoptiva. Probo ex iure civili, statuitur 1a, sitato, ea eminerat, iura conditionibus: et ratio est efficax, quia absonum est filios esse temporales, et nunc esse filios, putas per diem, aut horam et nunc et nunc filios, sed extraneos.

Respondeo primo hoc argumento convincere nullam esse filiationem adoptivam quia nulla est

nla est, ita perpetua, ut amitti non possit, etiam per mutuum consensum praesertim accedente approbatione Principis requisita dissolvi. Respondetur secundo filiationem adoptivam esse quantum est ex parte sua perpetuam, et idem habere gratiam, et filiationem, quae per iustificationem fit, quae est res permanens; per accidens tamen dissolvi posse, nec leges negarent, nec ratio probat requirere cum conceptu adoptionis.

Obijcies sexto homines et angeli non sunt extra potestatem Dei, atque ideo non sunt personae extraneae, hoc est extra potestatem adoptionis, ut autem illos proprie adoptare posset deberent esse personae extraneae, et extra illius potestatem: ergo nequit eos proprie adoptare. Respondet Pater Petrus Hurtado omnem creaturam rationalem non unitam hypostatice Deo esse Deo extraneam, non quidem incognitam, et ab alio productam, extra ipsum existentem esse non unitum physice Deo, sed meo iudicio respondeo melius hominem, et angelum ante adoptionem non esse extra potestatem Dei, ut domini, esse vero extra potestatem Dei, ut Patris, quia licet habeat eos sub suo dominio titulo creatoris, ac proinde respiciat illos, ut servos, non respicit illos eo titulo, ut filios, donec adoptet, quod in effectu praestat, quando iustificat.

Obijcies septimo sine iure ad haereditatem per mortem Patris non potest intelligi proprie filiatio adoptiva, sed impossibile est quod Deus, ut Deus moriatur, ut illius filii adoptivi haereditatem adeant: ergo impossibile est, quod Deus proprie adoptet. Respondent aliqui non esse de conceptu filiationis adoptivae ius ad haereditatem, sed dato, quod sit, negamus esse de conceptu illius, quod

hæreditas debeat adiri mortuo Patre (filius enim Prodigus, ut constat ex sacra pagina paternam hæreditatem adivit vivente Patre) id enim est accidens extra conceptum filiationis (alias filius divinus non esset proprie filius, quia non potest adire bona Patris ipso mortuo, cum mori non possit) imo in hoc distinguitur filiatio adoptiva Dei, a filiatione hominis, quod in illa non debet mori Pater adoptans, sed filius, ut hic adeat hæreditatem in hac vero debeat mori Pater non filius. Sectio sexta. non solum iusti prædestinati, sed etiam reprobi, nec solum, qui ante, sed etiam qui post adventum Christi iustificati sunt vere fiunt filij adoptivi.

Sectio. 6a.

Non solum iusti prædestinati, sed etiam reprobi, nec solum qui ante, sed etiam, qui post adventum Christi iustificati sunt vere fiunt filij adoptivi.

Gabriel in 3o distinctione 10a quæstione unica articulo 1o circa finem absolute docuit præscitos non esse filios adoptivos (quod intelligi debet, etiam dum iuncti sunt, cum adhuc dum iusti sunt, vere sint præsciti) pro eodem quoque citari solet Almainus ibidem quæstione unica, ubi tamen duo genera agnoscit filiorum adoptivorum

etsi verè

secundum unam acceptionem concedit reprobos esse filios adoptivos, secundum aliam vero non. Leo Castrensis in Commentario super caput 1um Isaiae censuit iustos ante incarnationem verbi non fuisse proprie filios dei adoptivos; Alexander 3a parte quaestione 10a membro 6o articulo 5 dixit illos esse quidem filios non tamen actu, sed potentia; contra quos omnes asserimus reprobos quandiu iusti fuerunt, et iustos omnes ab exordio mundi vere fuisse filios adoptivos. Sic communis sententia theologorum; videantur Pater Vasquez 3a parte disputatione 5a capite 2o n. 9o, Pater Petrus Hurtado disputatione 8a de incarnatione sectione 2a, Pater Gaspar Hurtado etiam de incarnatione disputatione 17a difficultate 2a, Pater Suarez, Ragusa, et alii.

Probat 1o Pater Petrus Hurtado: iustus reprobus, praedestinatus dum in peccato mortali est, non est filius adoptivus, et acceptus ad gloriam secundum praesentem statum, sed secundum alium futurum: ergo vice versa reprobus, dum est iustus, erit filius adoptivus, quamvis postea alio futuro extinguenda sit filiatio, et ipse computandus inter mancipia.

Probatur secundo ex concilio Tridentino sessione sexta capite 4. et 7. ubi statum iustitiae et sanctitatis appellat statum adoptionis filiorum Dei: unde argumentor: status iustitiae, et sanctitatis est status adoptionis filiorum, sed reprobi dum iusti sunt proprie sunt in statu iustitiae, et sanctitatis: ergo proprie sunt in statu adoptionis filiorum Dei, sed non sunt proprie in statu adoptionis filiorum nisi filii adoptivi proprie (iuxta praesentem providentiam, et ut de facto res sunt: ergo reprobi, dum iusti sunt,

sunt, sunt proprie filij adoptivi.

Pb. 3.° quia reprobi, quando sunt iusti habent omnia, quae ad veram adoptionem requiruntur, ergo sunt proprie filij adoptivi: consequentia patet, et antecedens probo, quia datur vera subiectio ex parte eorum, et pro illo tunc statu voluntas, et affectus habendi Deum loco Patris, insuperque datur obligatio ad obediendum illi in omnibus ex parte vero Dei datur affectus habendi, et tractandi illos, ut filios, et dandi haereditatem, si perseverent, et non remittent, nec se indignos [illegible] faciant per peccatum.

Deinde iusti autem, qui incarnationem praecesserunt multo melius probari potest, quia, ut diximus ex concilio Tridentino status iustitiae, et sanctitatis status adoptionis filiorum Dei, nec limitavit ad statum iustitiae post adventum Christi, sed absolute, et indefinite loquutum fuit, atque status iustitiae et sanctitatis non minus proprie fuit ante incarnationem, quam post illam, cum non minus proprie tunc fuerint iusti, quam nunc. ergo.

Deinde, quia ex contraria sententia sequitur eximios illos veteris testamenti patriarchas, et iustos Abrahamum, Isaac, Jacob, Davidem, et caeteros, quodque plus est, ipsam Virginem, eiusque parentes non fuisse ante incarnationem proprie filios adoptivos, quod absonum est, cum de adoptione Patrum antiquorum dicatur ad Romanos 9. qui sunt Israelitae quorum est adoptio filiorum.

Obijcies Paulum ad Galatas 4. ubi post alia ait: ita, et nos cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus servientes, at ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. sic ergo Christus venit, ut adoptionem filiorum reciperemus: ergo ante ad [illegible]

adventum christi non erat adoptio.

Resp. potius ex Paulo colligi opositum; dicebat enim, quanto tempore heres parvulus est nihil differt a servo cum sit dominus omnium. et postea subiunxit ita et nos cum essemus parvuli; quasi diceret, sicut in humanis filius parvulus vere filius est, vere heres: nihilominus tamen, id non apparet, quia sub tutoribus, et aliena voluntate est, perinde ac servus, donec ab ea subiectione liberatur, ita et nos ante adventum christi eramus quidem filii, et heredes gloriae sed tanquam parvuli, sub aliena voluntate, et serviebamus servientes perinde ac servi; donec venit christus verit, qui ab hac servitute nos liberavit, effecit adoptionem, et filiationem adoptivam apparere. ecce legitimam huius loci explicationem ex qua potius nostra conclusio, quam illius oppositum concluditur.

Sectio. 7ª

Gratiam sanctificantem solam non constituere filios adoptivos.

Dubitari solet, an gratia sanctificans, sicut est forma adaequata iustificandi, ita sit adaequata filiatio adoptiva, et sicut se sola cum in subiecto est constituit illud iustum; ita se sola dum in eodem est constituat filium adoptivum, et heredem gloriae. in qua controversia duplex est sententia. Prima affirmat, quam defendunt Pater Alarcon tomo 2º. tractatu de gratia disputatione 9ª n. 8. Pater Gaspar Hurtado de incarnatione disputatione 17ª. difficultate 1ª n. 3. et difficultate 2ª. n. 5. Pater Vasquez 3ª parte disputatione 88. capite 1. n. 9. et alii. 2ª negat, (et omisso Pater Ses... in hac re singulariter opinante) illam defendit Pater Ripalda libro 1 de ente supernali disputatione 23ª. sectione 18. n. 88. (et se refert ad uberiorem disputationem, quam in tractatu de gratia iustificante facerat Pater Coninc de actibus supernaturalibus disputatione 2ª dubio 8. n. 96. 101. et 110. et disputatione 8. de merito dubio 4. n. 49. Pater Vinal de incarnatione disputatione 63ª. sectione 1ª. Pater Petrus Hurtado

Videatur etiam de incarnatione disp. 45. sectione 1a. § 7. et disp. 82a. sectione 2a. 6. 13a. Vtonitum alios.

Haec posterior sententia verior mihi semper visa e. et pr. 1o. quaelibet filiatio adoptiva includit affectum adoptantis, quo adoptatum accipit loco filii, sed hic affectus e quid distinctum a conceptu gratiae, ergo conceptus gratiae positiuae acceptus non e filiatio adoptiva, nec ea sola potest reddere subiectum filium adoptivum. maior constat ex supradictis. minor e clara, et consequentia patet; atque ideo in hac ratione, solum probanda esset maior. nisi aliunde iam supponeretur probata.

Pr. 2o. quia si gratia sanctificans per se solam esset filiatio adoptiva, ubicunque esset, redderet subiectum filium adoptivum, cum non sit aliud esse filium adoptivum, quam habere filiationem adoptivam, sicut non aliud est esse album, quam habere albedinem, et esse calidum, quam habere calorem, et forma adaequata subiecto exhibita praebeat ei denominationem, ut saepe dixi, et ostendi. at non ita contingit, siquidem christus habuit gratiam sanctificantem, et non fuit filius adoptivus. ergo.

Pr. 3. quia filiatio adoptiva e imitatio filiationis naturalis, filiatio autem naturalis non constituitur solum per naturam filio communicatam, ut in logica ostendi, sed etiam per aliquid se tenens ex parte patris generantis ergo adoptiva non constituetur solum per gratiam, quae se habet in suppl. naturalibus velut natura communicata, sed per aliquid se tenens ex parte adoptantis, videlicet per voluntatem accipiendi ad curam paternam, et tractandi, ut filium, coeterique conferendi ius ad haereditatem.

Probat 4. quidam recentior, quia deus pro sua libertate potest non exercere curam aliquam illius, qui actu, et simpliciter sit iustus; imo potest per aliquod tempus afficere aeternis cruciatibus, non obstante iustitia sanctificante,

quam

quam hēt: ergo iustus non sit filius adoptivus dei præcisse per iustitiam sanctificantem, probat consequentiam, quia nequit intelligi deum exercere, quæ in antecedenti dicuntur gratiam um iustum, et quod hic heat ius ad beatitudinem, ut haberet si esset filius, nam eo ipso deus faceret contra ius, quod talis habet. addit, quod non hēt ius ad beatitudinem, qui subiectus manet, ut pro ultima voluntate, et dominio dei privetur beatitudine.

Probant alij 5°. accumulando plura, nam 1°. si sola gratia esset filiatio adoptiva non esset filiatio adoptiva, sed natis, nam filiatio adoptiva ē per effectum naturalis. Vero per physicam entitatem, seu formam physicam qualis ē gratia. 2°. quia denominatio filij adoptivi ē moralis, ē quid physicum. 3°. quia nisi creatura acceptetur a deo ad gloriam, nequit heré ius ad illam: ergo ni iustus acceptetur non habebit ius, heret autem si esset filius, ergo non ē filius per solam gratiam, nisi acceptetur. 4° nulla datur qualitas, quæ ex natura sua habeat vim constituendi olm personam, cui inest filium regis deneri, aut hunc necessitandi, ut adoptet in filium: ergo neque potest dari aliqua qualitas, quæ ex se sit potens constituere aliquem filium dei, aut hunc necessitare, ut adoptet in filium, posset autem dari, si gratia sola esset filiatio adoptiva. 5° nulla datur connexio inter ēē iustum, et ēē filium adoptivum: ergo ēē filium adoptivum non constituitur præcisse per ēē iustum, quod iustitiam præcisse non ēē filiationem adoptivam. 6°. quia filiatio adoptiva importat, ~~[illegible]~~ quod adoptans non sit sub patria potestate adoptantis, sed non ēē sub potestate alicuius ē distinctum a gratia sanctificante, ergo.

Sectio. 8.ª

Aliquibus obiectionibus occurritur.

obijciunt [illegible]

Obijciunt 1º adversarij omnia illa loca sacræ Scripturæ in quibus supra ostendimus iustos esse filios dei adoptivos, et in iustificatione hoēs adoptari, ex illis enim colligitur, quod per eandem formam adoptentur, et sint adoptivi, per quam iustificantur, et iusti sunt; atque sunt iusti per gratiam sanctificantem, ergo et per eandem filij adoptivi. Rn. ex illis solum convinci, quod iusti de facto sint filij adoptivi, et de facto iustificantur adoptentur, non autem, quod præcisse per gram, quæ infunditur, sed per id etiam, quod simul concurrit cum infusione gratiæ tempore iustificationis, videlicet per voluntatem dei, qua vult habere iustos loco filiorum, et per affectum grā eos, ut grā filios, qui affectus potuit absolute abesse tempore iustificationis, et separari ab infusione gratiæ.

Obijciunt 2º. Tridentinum in multis locis, nam in primis sessione 6ª cap. 4. appellat statum iustificationis, statum adoptionis: ergo frā, quæ constituit statum statum iustificationis, constituit statum adoptionis, atque ideo frā iustificans ē frā adoptionis. 2º. cap. 7. iustos dicit heredes dei, et cohæredes christi, heredes autem dei non sunt, nisi qui sunt filij. idemque dixerat in decreto de peccato originali nº. 5º. circa medium. Rn. tamen concilium solum contendere statum iustificationis, ut de facto datur esse statum adoptionis, et iustos de facto esse heredes, et filios adoptivos. At iustificatio, ut de facto non solum includit frām iustificantem, sed etiam, et voluntatem, quibus deus illam confert, et illis nos contendimus compleri filiationem adoptivam, et adoptionem non vero per solam gram iustificantem constitui, ut adversarij putant.

Obijciunt 3º. Sctum Thomam qui 1ª 2ª. quæst. 110. articulo 3º. corpore postquam dixerat gram esse naturam divinam participatam addidit, et secundum acceptionem huius modi

modi, ne dicimur regenerari in filios Dei. ac vero sur quæstio ... articulo 3. corpore ita scripsit, attenditur pretium, quæ, ... secundum ... talem gratiæ per quam homo consors factus divinæ naturæ adoptatur in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, secundum illud ad Romanos 8: Si filij, et hæredes. ergo de mente divi Thomæ per solam acceptionem divinæ naturæ participatæ, seu gratiæ, vel per ... unionem divinæ causalem per gratiam fit adoptio.

Respondetur divum Thomam loqui de acceptione naturæ participatæ ea ratione, qua de facto accipitur, et de consortio eo pacto quo de facto fit, unde cum mus hic sit aliquid extra conceptum præcissum gratiæ sanctificantis, quæ dicitur natura divina participata, seu naturæ participatio, angelicus doctor non nobis adversatur, qui solum ... mus filiationem adoptivam non consistere præcisse in ipsa ... adoptari in esse iustificari, sed in aliquo alio, etiam quod ... addit, et includitur in modo, quo de facto iustis confertur gratia.

Objicit 4º Pater Meratius. ea forma, quæ est hoc ... formaliterque sanctitas pugnans natura sua cum quolibet peccato mortali, ita ... ut nulla virtute possit cum illo consistere, faciensque hominem cui inest dignum æterna vita, formaliter illum constituit filium adoptivum. atque talis ... sanctificans: minorem supponit ex alibi dictis: maiorem probat ... quia ad filiationem divinæ adoptivam nemo aliud iure requirit ... cum hæreditas, quæ Deus filijs suis promississet non sit aliud, quam ... vita, et qui est in gratia ius habeat ad talem hæreditatem eo ipso quod habeat. 2º, quia peccatum ideo facit filium adoptivum diaboli, et hæredem mortis æternæ, quia facit hominem dignum æterna damnatione: ergo ideo erit ... filius adoptivus Dei, quia illum reddit dignum vita æterna, et hæredem gloriæ.

Respondetur negando maiorem ... præcisse non sufficienter constituitur filiatio adoptiva ... ita constat. ad ... probationem nego, quod assumitur iure ... aliud exigitur, ... ex fundamentis nostræ acceptionis ...

liquet, neque ex eo quod hereditas, quam deus filijs suis promisit non sit aliud quam eterna vita cuius est dignus iustus, licet ergo quod talis sit sequitur illam illi deberi, et here= ius ad illam. non enim omnia ea nobis debentur, aut ad illa ius habemus quibus digni sumus est ergo eterna vita hereditas de facto, et iusti de facto habent ius ad illam, non precisse, quia iusti sunt sed quia dum iustificantur simul accipiuntur in filios cum pacto et promissione eterne vite, ut hereditatis. ad 2am pro bationem similitudinis nego precisse per peccatum fieri proprie homines filios adoptivos diaboli; esto per peccatum fiat digni morte eterna, dicuntur autem filij diaboli per similitudinem morum, ut supra diximus.

Obijcitur 5o. nos esse filios dei adoptivos, nihil aliud est, quam nos esse modo supernaturali similes illi in natura (quantum hoc fieri potest et fas est creature) habere que ius ad hereditatem. utrumque prestat sola gratia sanctificans. ergo sola illa sufficienter constituit filios adoptivos. respondetur primo negando maiorem, nam precissa similitudo inter deos non causat inter illos adoptionem. nec ius ad hereditatem constituit filiationem, sed illam supponit, deinde 2o negando minorem, nam sola gratia non est similitudo cum natura divina, quoniam similitudo consistit in duobus extremis, atque ideo licet sit similis non est similitudo, neque precisse habere gratiam est esse deo similes. deinde sola gratia non dat ius ad gloriam, saltem ut hereditatem, nisi accedat acceptatio divina, quam supra diximus.

Obijcitur 6o. quicunque habet in se gratiam agitur spiritu dei (cum hic per gratiam habitet in anima) sed quicunque agitur spiritu dei is est filius dei, ut dicit apostolus ad Romanos 8. ergo precisse per gratiam, ho constituitur filius

lius adoptivus dei. Resp. distinguendo minorem; quicunque agitur spiritu dei ea ratione, qua de facto agitur iustus, est filius dei, concedo minorem (et hoc solum contendit apostolus; quicunque agitur spiritu dei, ea ratione praecise, qua ageretur in alia providentia posito iustus, nego minorem, nec de hoc modo loquitur apostolus. quaestio 15. an gratia sanctificans sit in omnibus aequalis, et unde illius inaequalitas oriatur. Sectio 1a. quaestionis explicatio et doctorum sententiae.

Quaestio 15a

An gratia sanctificans sit in omnibus aequalis, et unde illius inaequalitas oriatur?

Sectio. Ia

Quaestionis explicatio, et doctorum sententiae

Duplex aequalitas, aut inaequalitas potest in gratia sanctificante considerari. 1a quoad speciem, seu specificam perfectionem. 2a quoad intentionem, seu gradum, tunc non erit aequalis gratia in omnibus iustis quoad speciem secundum aliquos, quando fuerit diversae speciei in uno, atque in alio, vel rectius, quando species unius perfectione qualitativa excesserit aliam, tunc autem non erit aequalis quoad intentionem, et gradus, quando licet in omnibus gratia sit eiusdem speciei, intensio in uno maior fuerit, quam in alio, maior que cumulus graduum de hac posteriori inaequalitate procedit nostra controversia non de priori, nam omnes catholici communiter volunt gratiam sanctificantem, tam in viatoribus, quam in angelis esse eiusdem speciei, atque ideo quoad speciem aequalem. Sed an speciem

specifice inequalem, neque hoc e cum hereticis contra Vim sa vide propositis 5o. dc. quaestione 110a. articulo 3. dubio 1o. a ubi peti potest.

Nec loquimur etiam de inequalitate mali, quae oritur ex inequalitate graduum dibilis rationis infra specificam, quibus multi sentent debere constitui intensionem, sed praecisse de inequalitate intensiva abstrahendo ab eo quod intensio maiori importet maiorem perfectionem malem quia gradus sunt heterogenei, vel non importet quia sunt homogenei. pendet enim id a quaestionibus philosophicis praesenti instituto non nasijs.

Adverto praeterea in ea sa, quae dicit angelis fuisse collatam inequalem gratiam pro inequalitate perfectionis naturae, quando ipsi conditi sunt, non debere afirmari, quod inequalitas gratiae oriatur ab inequalitate naturae angelicae, sed a divina voluntate decernente pro suo libito dare inequales portiones gratiae inequalibus naturis, maioris perfectioni, et minorem imperfectioni, cum potuerit facere oppositum, et minorem perfectioni dare, maiorem imperfectioni, si vellet. denique adverto, quod si quaestio procedat de parvulis, et usu rationis carentibus in lege gratiae, quibus gratia confertur per baptismum, nulla ex parte eorum dispositione praecedente, certum est apud catholicos in materia de baptismo, ut bene observavit P. Montoya disp. 52a. de reprobatione n. 28 omnes eos habere equalem gratiam, quia nulla ratio inequalitatis datur aut ex parte dei, aut ex parte sacramenti, vel dispositionis, atque ideo tanta omni confertur, quanta alteri. idem quoque dicendum videtur, ut sit limo sit de parvulis, et usum rationis non habentibus in veteri lege, ubi gratia conferebatur

ferebatur per circumcisionem, quamvis si conferantur parvuli vastisati novis legis cum circumcisionis antiquis, modo eam illis, quam his credamus conferri gratia baptismum nobilius, et efficacius est quam circumcisio ad gratiam conferendam.

Questio igitur est, an sint omnes parvuli baptizati equaliter sunt iusti, et equalem habent portionem gratie, ita in lege nova adulti sint equales in iustitia sive comparentur cum parvulis, sive inter se, atque ideo sit in omnibus equalis portio, et mensura gratie, qua in re S.a Sa, Augustinus ait gratiam sanctificantem esse in omnibus equalem ita Calvinus, et Luterus questione Sitati, Flacus Illiricus in confessione ministrorum Martinistianorum, et Iovinianus testibus Hieronimo lib. 2 adversus illum, et S.o Augustino de bono coniungali, et de S.ta Virginitate, quos adversus illum conscripsit, imo Luterus, et Flacus volunt virgini equalem faciunt in gratia mulierem quamlibet etiam peccatricem fundamentum horum praeconum diversum est, nam Calvinus, Luterus, et Flacus ideo concedunt equalitatem iustitie quia credunt esse eandem iustitiam omnium videlicet iustitiam Cristi per fidem apprehensam, Iovinianus vero, quia putavit omnia opera esse equaliter bona, et equalis meriti, sicut mala omnia equaliter mala, et equalis demeriti atque ideo omnibus habentibus bona opera dari gratiam equalem.

2.a Sa chatolicorum omnium asserit non omnibus iustis inesse equalem gratiam, sed in aliis esse maiorem in aliis minorem, esto forsan in aliquibus accidat esse equalem ita Pe. Pr. positus 1.a 2.e, questione 112 articulo 4. Per Coninc de actibus supernaturalibus dispp 22 a dubio 2. n.o 5. Per Granados controversia 6. de gratia dispp. 3a Per Suarez lib. 9. de gratia cap. a n.o

a n.º 1º Pater Cardinalis Lugo de pœnitentia disp.e 9a sectione 8a n.º 74 Pater Cardinalis Belarminus lib.º 3.º de iustificatione cap. 16. Pater Arruaga tomo 2. in 1am partem disp. 43. sectione 3. (dicit enim indignior es aliquos prædestinatos de facto habuisse maiorem gratiam, quam haberent iusti in statu innocentiæ, vulgus prædestinatorum minores) Montecinos disp.e 32a quæstione 4. Pater Vasquez 1a 2æ. commentatio ad quæstionem 112 divi Thomæ articulo 4. Vega lib.º 1º in tridentino a cap. 3. usque ad finem, et Paiva in apologia pro decretis tridentini, et omittam alios, non autem divum Tomam, qui 1a 2æ quæstione 112a articulo 4. eiusdem 1æ e, necessum concedit theologimo inæqualitatem gratiæ inter diversos iustos, sed in eodem eandem agnoscit pro diversis statibus, seu successione temporis ita, ut nunc iustus ut duo per repetitionem meritorias accipiat novam portionem gratiæ qua fiat et quatuor, et sic cum proportione de cursu temporis, si opera meritoria, et fervor bene operandi crescant, et quotidie augeantur. Sectio 2. non omnes iustos esse in iustitia æquales ex aliis alijs iustiores pro maiori vel minori cumulo meritorum.

Sectio 2a

Non omnes iustos esse in iustitia æquales, sed alios alijs iustiores pro maiori, vel minori cumulo meritorum.

Est de fide, ut docetur a doctoribus 2æ sæ ad versus errorem sic probatur 1º ex Sacra scriptura, nam Job 1º. ita habetur, num quid considerasti servum meum

mei, sed quod non sit mei filij iustitia. ergo ex illis iusti... erant, et recte, sicut 47. filia dicuntur non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi. et Paulus ad Romanos 5. n.º 9. ostendens maiorem gratiam conferri in novo, quam in veteri testamento ait multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira... atque in parabola talentorum Mathei 25. satis indicatur inequalitas iustitiae sanctificantis, nam servi in fine negotiationis inequalia reputant talenta gratiae iuxta inequalitatem negotiationis, seu meritorum, idemque apparet in parabola seminantis, nam alia terra, videlicet bona, reddit fructum centessimum, alia sexagessimum, alia trigessimum, adde quod proverbiorum 18. egregie signatur per metaphoram iustorum in sanctitate progressus, et augmentum, ibi enim dicitur iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit etc.ª et Ecclesiasticus Cap. 18. ad hoc incrementa hortatur dicens. ne vereariis usque ad mortem iustificari, sicut et Joannes apocalypsis 22, qui iustus est iustificetur adhuc, et qui sanctus est sanctificetur adhuc.

Pr. 2.º ex tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 7. ubi sic ait verè iusti nominamur, et sumus iustitiam in nobis recipientes, unusquisque secundum mensuram quam spiritus sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cuiusque dispositionem, et cooperationem, ergo dispositio et cooperatio cum non sit in omnibus equalis gratia, quae secundum eius mensuram dicitur a concilio conferri erit inequalis idem docet cap. 10. dum ita ait, in ipsa iustitia per Christi gratiam acceptam cooperante fide bonis operibus crescunt, atque magis iustificantur, sicut scriptum est, qui iustus est iustificetur adhuc. et canone 24. si quis dixerit iustitiam acceptam

acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera ista, anathema sit. ~~vide etiam~~ videtur etiam canonem 32um, et concilium Florentinum in decreto de purgatorio indicans. —

Pr. 3° ex patribus nam Stus Augustinus epistola 29a longe a medio ita loquitur induti Sancti iustitia, alius magis, alius minus, et epistola 57a. qui ubique est non in omnibus habitat, in quibus habitat per gratiam non aequaliter habitat. et infra; et inde in omnibus Sanctis alij alijs Sanctiores, nisi abundantius habentes habitatorem Deum. deinde Stus Ambrosius loquens de aqua gratiae Sanctificantis, quam Deus desiderantibus, et sitientibus tribuit ita ait, Unicuique pro viribus tribuit, ut tantum hauriat quantum sitit, at qui non omnes aequaliter sitiunt, atque ideo neque aequalem portionem gratiae hauriunt, mitto Hieronimum et alios. —

Pr. 4° quia gratia crescit pro maiori merito operum, sed non omnes habent aequale meritum operum, ut ex tribunis constat, sed alij alijs maius, alij alijs minus. ergo non omnes habent aequale augmentum gratiae, seu gratiam aequalem, minorem probo, quia alij operantur actus ferventiores, et nobiliores et cum auxilio efficaciori, actus autem ferventiores, et nobiliores, magis meritorij sunt de se, quis enim dubitet magis mereri, qui ardentius Deum diligit, quam qui tepide, et remisse, et qui Deum diligit super omnia, quam qui patienter substinet iniuriam levem. —

Pr. 5° Sacramenta non habent aequalem virtutem et efficaciam ad producendam gratiam, sed alia sunt alijs efficatiora; nam eucharistia, quae Cristum fontem gratiae in se continet plus potest quam poenitentia ordo, aut confirmatio ergo cum vario operentur in aequalem gratiam conferent, atque ideo iustificatos constituerent inaequaliter Sanctos

Sanctos...

Pr 6. non sunt oes beati, equaliter beati, ergo neque oes iusti equaliter iusti. patet consequentia quia a beatitudo confertur iuxta proportionem Sanctitatis, et quo aliquis iustior, et Sanctior est, eo in patria beatior fit. ant. pr. ex 2a ad Corinthios 9. versu 6. qui parce seminat, (est autem gratia semen gloriae) parce, et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, et metet. 2o ex epistola 1a ad eosdem versu 41, et 42. capitis, alia claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum, stella enim ab stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum. 3. ex Joannis 14. in domo patris mei mansiones multae sunt, id est inequales.

Pr 7. iusti, ut tales sunt membra Christi, sed membra, ut talia sunt inequalia, sive in magnitudine, sive in dignitate, sive in loco, et situ, sive in virtute agendi considerentur. ergo et iusti ut tales sunt inequales, atque ideo iustitia quae constituuntur in ratione iustorum est inequalis. maior pr. ex illo ad Ephesios 4. in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in caritate. 2o ex illo ad Romanos 12 versu 4. sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. idemque repetit apostolus non semel alibi; et confirmat tridentinum, tum alibi, tum canone 32. sessionis 6 de iustificatione inquiens, ipsum iustificatum bonis operibus

bus, quae ab deo per dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cuius vivum membrum est, fiunt.

Probatur 6.° Pater Granado, quia sicut ad pulchritudinem universi pertinuit varietas specierum, et inequalitas perfectionum quae visibilem hanc machinam reddebant magis spectabilem, ita ad decorem mundi spiritualis, videlicet ecclesiae pertinuit varietas graduum iustitiae, et sanctorum, ut sic etiam in caelo sint inequales coronae, et alia quae meritorum praemia, quod videtur voluisse Paulus cum 2ª ad Thimotheum 2. dixit, in domo dei esse vasa aurea, argentea, lignea et fictilia. Sectio 3ª. expediuntur obiecta adversariorum.

Sectio. 3ª.

Expediuntur obiecta adversariorum.

Adversus nostram, et thomisticam sententiam, quam sectione praecedenti confirmavimus, praecipue obiicit Jovinianus, si daretur inequalitas iustitiae sanctificantis iniustis maxime in iis, qui habent inequalia merita, sed non in iis datur inequalitas iustitiae, quia cum inequalitate meritorum stat aequalitas iustitiae, et praemii, ergo non datur in iustis inequalitas iustitiae, sed omnes sunt aequales. minorem, in qua est difficultas probat celebris illa parabola Mathei 20 ubi operariis inequaliter laborantibus aequale premium confertur, alii enim laboraverant a prima mane, alii ab hora 3. alii ab hora 6., alii ab 11ª. et tamen pater familias (deus) omnes pares fecit in praemio, reddendo singulis pro labore denarium gratiae incipiendo a novissimis usque ad primos.

Respondetur concessa maiori negando minorem

minorem ad probationem illius dic plures hic e[x]plicatio nes dictam parabolæ, quas longissimum esset exponere; celeriores attingam, quamvis non nihil difficultatis in illis inveniam 1ª e[st] divi Thomæ, Montesinos, et aliorum asserentium per denarium diurnum intelligi beatitudinem obiectivam, hoc e[st] unam et eandem essentiam, [s]iquidem e[st] unum, et idem prorsus obiectum beatitudinis in omnibus, non autem ipsam beatitudinem formalem, quæ pro diversitate meritorum diversa e[st] et maior in magis iusto, minor in minus iusto.

2ª e[st] Sti Chrisostomi Nazianzeni, et aliorum asserentium eo tendere dictam parabolam ut ostendant non metiendum premium præcise ex longitudine et duratione laboris, nam breviori tempore aliqui tantum laborant, et merentur, quantum alii longiori, quia intentione laboris compensant diuturnitatem aliorum, et in fine vitæ pares inveniuntur, qui videbantur impares, ideoque citra ullius iniuriam æquale premium consequuntur; tametsi non negetur, quod multi sint, qui longiori tempore intense laborantes plus premii mereantur, et ultra recipiant.

3ª e[st]. Sti Augustini asserentis denarium diurnum esse beatitudinem, quæ licet inæqualis sit quoad claritatem, et intensionem graduum pro inæqualitate meritorum, et sanctitatis iustorum. e[st] tamen æqualis quoad durationem, quia beatitudo unius non erit magis æterna, quam alterius; atque ideo quoad hoc pares fecit, et dedit denarium novissimis, sicut et primis. absolute tamen, et inspectis omnibus inæquale premium reportarunt, qui inæqualia merita habuerunt, nec Deus omnes pares fecit, quoad omnia.

4ª e[st] Jansenii, Pii, Naques et aliorum asserentium finem cristi in ea parabola esse ostendere

et suo arbitrio distribuere, ac dividere suam gratiam, qua novissimi fient primi, et primi novissimi. nam in die iudicij qui putabantur futuri primi, quoniam videbantur plus pro Deo laborasse fient novissimi, quia constabit vere pro Deo non laborasse, sed pro se, et sibi, omnia in suum commodum, et temporalem laudem referendo, è contra vero, qui putabantur futuri novissimi, quoniam videbantur minus pro Deo laborasse, fient primi, quia constabit totum pro Deo, et nihil pro se laborasse, in illius laudem, et non in suum commodum referendo. Unde qui putabantur novissimi admittentur ad regnum Jesu Christi, qui vero primi habebantur eijcientur a regno. et hec expositio mihi placet tu autem vide aliam apud S.tem, considerare longiores, quam par est videamur. ——

Obijcitur 2°. gratia sanctificans est filiatio adoptiva, sed filiatio non recipit magis, et minus, sed est in omnibus equalis, cum nequeat unus esse magis filius quam alius, quamvis possit esse magis dilectus ergo neque gratia recipit magis et minus. Resp. 1° negando maiorem gratia enim vi ex dictis constat licet constituat filiationem adoptivam non est filiatio adoptiva, sicut natura non est homo, quamvis constituat hominem.

Resp. 2°. omissa maiori negando minorem, cum Montesinos. de filiatione adoptiva, potest suscipit enim hec magis, et minus, sicut amicitia, quidquid sit de filiatione nati, quia hec constituitur per nam generationem, et geniti, que non suscipiunt magis et minus illa vero per mutuam voluntatem, aut per voluntatem, et qualitates que recipiunt magis, et minus. Sectio 4. unde oriatur in iustis gratie inequalitas.

Sectio 4a

Unde oriatur in iustis gratie inequalitas

inequalitas

Multa ex capitibus oriri potest desiderata ex factoritur iustitiæ augmentum, quæ triplici conclusione declarabimus. 1a gratiæ augmentum prouenire solet ex sacramentorum susceptione et de fide, ut optime Pater Suarez lib. 9. de gratia cap. 7. n. 10. et videri potest 3a parte tom. 3. quæstione 65. articulo 3. in commentario, Montesino 1. 2. et alij. Ratio: 1° nam sacramenta, ut sunt inter se inæqualia in dignitate iuxta tridentinum sessione 7. de sacramentis canone 3. ita in virtute causatiua gratiæ, ergo cæteris paribus, qui nobiliora sacramenta suscipiunt, maiorem, et qui minus nobilia minorem suscipient gratiam, atque ideo, qui cum gratia ... accedit ad Eucharistiam maiorem gratiam habebit, quam qui cum eadem mensura gratiæ accedit ad matrimonium, vel confirmationem. 2o quia cæteris paribus, qui pluries accedit ad sacramenta ... quamuis omnia essent æqualis virtutis ad causandam gratiam plus gratiæ hauriet, quam qui semel, quia cæteris paribus, qui pluries accedit tantum gratiæ accipit ... vice, quantum alter semel accedens, et rursus accipit et incrementa reliquis vicibus causata, cum singulæ ... dictiones passiuæ susceptionis causent æquales portiones gratiæ.

2a conclusio inæqualitas gratiæ oriri potest et solet ex inæqualitate dispositionum. est etiam de fide ... Ita bene idem Suarez, videantur Pater Granado controuersia ... de gratia disputatione 3. n. 2. Vega, Sotus, Caietanus, Capreolus et alij, sed præcipue Sanctus Thomas 1a parte quæstione ... articulo 6. 1a 2æ quæstione 112 articulo 4. 2a 2æ quæstione 24a articulo 3. ad 1um et 3um, et 3a parte quæstione ...

tiōne 6a articulo 8. Pr 5 ab aliquibus ex parabola ta-
lentorum, ubi deus distribuit talenta unicuique secundum
propriam virtutem, hoc ē (explant aliqui PPes.) secun-
dum mensuram propriae dispositionis quam explationem non re-
jicit Maldonatus.

Probat 2. Pr Granado ex illo
Lucae 7. v. 47. remittuntur ei peccata multa quoniam di-
lexit multum, cui autem minus dimittitur minus diligit, ubi
magna dilectio dicitur ee dispositio, unde colligitur quod mul-
ta peccata dimittantur, atque ideo magna gratia infundatur, si-
cut minor dilectio dicitur ee minor dispositio, ob quam mi-
nora dimittantur et minor gratia infundatur. quam explationem
dicit ee legitimam noster Maldonatus.

Pr. 3. ex tridentino sessione 6a
de iustificatione cap. 7. sic aiente iustitiam in nobis recipi-
entes, unusquisque suam secundum propriam mensuram, quam
Spiritus Stus partitur singulis prout vult, et secundum pro-
priam cuiusque dispositionem. In de Stus Hieronimus et
Stus Ambrosius ad illa verba Pauli ad Ephesios 4. uni-
cuique nostrum data ē gratia secundum mensuram donationis Chris-
ti observant deo attendi in hac distributione gratiae 1m volunta-
tem dei distribuentis. 2m, capacitatem recipientis recipien-
tis quod etiam docere Stus Cyprianus libro 2. epistola 2a
Stus Prosper 1o de vocatione gentium cap. 2o et 9o
et Stus Chrisostomus tomo 5. homilia 42a in genesim
et tomo 5. homilia 60a ad populum, vide Stum Au-
gustinum multis in locis videlicet de gratia, et libero ar-
bitrio cap. 9., de vera religione cap. 54. tractatu 74 in
Joannem, et tomo 2. epistola 57.

Pr. 4. quia gratia sanctificans requi-
ritur in

-vit in adultis, dispositionem, si infundatur iuxta Tridentin.,
et dicenda inferius: ergo quo melior fuerit dispositio, congruum est, ut
maior infundatur gratia, cum haec sit ex se capax intensionis, et sic
servetur maior proportio inter dispositionem, et infusionem, quod
intelligendum est, tam intra, quam extra sacramentum, nam intra
licet conferatur ex opere operato et ex opere operantis, utroque tamen
modo proportionatur dispositioni. —

3a conclusio etiam oriri potest ex de
facto oritur ab inaequalitate meritorum, qui enim plura merita habet
ceteris paribus maius recipit gratiae augmentum est etiam de fide.
videantur Suarez, Vasquez, Granado, et communiter doctores, nullo
modo curamus quaestionem Thomistarum, an per opera remissio-
ra habita conferatur statim augmentum gratiae, nobis enim suf-
ficit ad veritatem conclusionis, quod per merita inaequalia ultra
intensionem habitus conferatur inaequalis portio gratiae. —

Pr. 1o ex epistola ad Colossenses
1o. ut ambuletis digne Deo in omni opere bono fructificantes, et
crescentes, et ex 2a ad Corinthios 9. qui parce seminat, parce et me-
tet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et
metet, quasi clarius diceret iuxta laborem, et meritum erit praemi-
um, qui enim parce laboraverit parce fructum metet, hoc est
exiguum praemium accipiet, et qui large largam messem, et
praemium. nec refert si dicas praemium, quod hic dicitur meten-
dum iuxta mensuram laboris esse gloriam, nam haec non datur nisi
si iuxta mensuram gratiae, et media gratia merita consequuntur
gloriam, ita ut tanta detur gratia ex meritis, quanta fuerint
vita, et tanta detur gloria ex meritis, quanta ex illis superaddita
gratia. —

Pr. 2o ex Concilio Tridenti-
no non semel sessione 6a. de iustificatione, sed praesertim canone
32.

32, ubi ita ait: Siquis dixerit etiam ipsum iustificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Iesu Christi meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consequutionem, atque etiam gloriae augmentum anathema sit, cum autem merita non sint in omnibus iustis aequalia, ut ex eodem tridentino constat, gratiae augmenta erunt necessario inaequalia. Mitto Augustinum, Basilium, et alios Patres iuxta quos res est clara.

Probatur 1º. ratione hinc desumpta: gratiae augmentum promissum est bene operantibus: ergo qui inaequaliter operantur bene, inaequale confertur gratiae augmentum. Probatur consequentia, quia alias non servaretur proportio praemii ad meritum, et aliquid meriti maneret sine praemio.

Probatur 2º quia si gratia esset in omnibus aequalis, nec futura esset maior pro maiori cumulo meritorum, certe fervor iustorum tepesceret, et prorsus deficeret via merito, et operibus, nam quis laborabit, et bene operabitur ieiunando, et se flagellando, si post acceptam mensuram gratiae iustis praescriptam nihil ultra conferendum sit quantumvis actus virtutis exerceat, et crudele martirium sustineat.

Sectio 3.ª

Argumentorum solutio.

Obijcitur 1º. adversus 1am conclusionem sacramenta catenus causant gratiam, quatenus applicant merita Christi vi enim illorum sunt eadem sunt merita Christi, quae applicantur ab omnibus sacramentis

mentis: ergo eadem est portio gratiae, quae causatur ab omnibus, nam eadem est causa, seu vis causandi eundem effectum producit. Respondetur distinguendo minorem: eadem sunt merita Christi, aequaliter applicata nego minorem, et inaequaliter applicata concedo minorem, et nego consequentiam, quia eadem causa inaequaliter applicata inaequales producit effectus, ut cernere est in agentibus naturalibus, eadem enim ipsa, quae in proximum intense producunt, remisse in remotum.

Objicitur 2°. adversus secundam conclusionem, quamvis licet obiectum inaequaliter disponatur ad formas substantiales non inducitur inaequalis forma: ergo quamvis subiectum disponatur inaequaliter ad gratiam sanctificantem non infunditur gratia inaequalis. Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam, discrimen est, quia formae substantiales sunt incapaces intensionis, et non possunt recipere magis et minus, sicut potest gratia sanctificans, atque ideo mirum non est, quod gratia infundatur inaequaliter iuxta inaequalitatem dispositionum, non vero formae substantiales. alias liceret sic argumentari: in subiectum inaequaliter approximatum non introducitur inaequalis forma substantialis: ergo neque inaequalis dispositio, aut qualitas.

Objicitur 3°. contra eandem conclusionem: potentiae non augentur per actus, sed in supernaturalibus habitus se habent, ut potentiae, cum non sint habitus aquisiti dantes solum facilius posse, sed per se infusi, qui dant simpliciter posse. at dispositiones sunt actus: ergo dispositiones non augent gratiam, quae est habitus per se infusus, et potentia supernaturalis. atque ideo non propter meliorem dispositionem infunditur maior portio gratiae. Respondetur distinguendo minorem se habent quoad omnia, ut potentiae nego minorem; quoad aliqua concedo minorem, sunt ut potentiae, quoad hoc quod physice concurrant ad actus, quod dent simpliciter posse, quod non producantur physice ab actibus, non vero quoad hoc, quod habitus semper praecedant actus, sicut potentiae

prae-

præcedunt (potius è contra solet succedere) aut quod eorum incrementum non respondeat dispositioni præceden-
ti.

Objicitur 4.º ad idem ad eandem. gratia sanc-
tificans non exigit ex natura sua dispositionem, neque ab illa
dependet ergo non crescit ubi meliorem invenit dispo-
sitionem. confirmatur, quia dispositio ad gratiam, est illam præce-
dat non illam producit. ergo non est mius, quo augeat, nam
aumentum solum provenit a causa efficiente, quæ illud causat.
Resp. omisso quod ex natura sua non exigat dispositionem, nec
ab illa pendeat, saltem exigit et pendet nunc ex divina
ordinatione decernentem non conferre gratiam nisi disposito
et conferre maiorem melius disposito, atque ideo nego
consequentiam. quia licet concedatur, quod illud aumentum non
exigatur a natura gratiæ propter meliorem dispositionem, illud
habet ex divina ordinatione, qua decrevit ut ita eveniret.
ad confirmationem dico, quod sicut approximatio melior est causa ut
ignis intensiorem calorem producat, quamvis ipsa approxima-
tio non phisice producat; ita melior dispositio est causa ut
gratia maior conferatur, quamvis ipsa dispositio non phisice
producat aumentum, sed Deus ad præsentiam illius.

Objicitur 5.º ad idem ad eandem.
in angelis gratia inæqualis fuit, et non propter diversam dispo-
sitionem, siquidem, ex non præcessit dispositio, et solum
Deus attendit inæqualitatem naturæ et perfectionis substantiæ angelicæ,
singulis angelis conferens gradum et mensuram gratiæ respon-
dentem gradui, et mensuræ naturalis perfectionis naturalis. rationa-
nabile est, inquit divus Thomas 1.a parte quæstione 62.a
articulo 6, quod secundum gradus naturalis angelis data sint
dona gratiarum, et perfectio beatitudinis.

Resp.

Resp. quod si in angelis praecessit propria dispositio ad gratiam sanctificantem (de quo sub sequenti dicemus) neganda est minor quoad 2am partem; si autem non praecessit sit solum convincitur argumento, quod non semper inaequalitas proveniat ab inaequali dispositione, cum aliquando non fuerit ulla dispositio, et tamen fuerit inaequalis gratia; minime vero quod stante inaequali dispositione non oriatur ab illa inaequalitas gratiae.

Ad illud quod affertur ex Divo Thoma dici potest iuxta notata superius inaequalitatem gratiae in angelis (si fuit iuxta inaequalitatem naturae eorum) non oriri ab ipsa natura angelica, sed a Deo pro mera sua liberali voluntate dividente auxilia in mensuram proportionatam quantitati perfectionis angeli cooperantis auxiliis in tota mensura per quam cooperationem habuerunt inaequalem dispositionem et propter inaequalitatem dispositionis iuxta mensuram auxiliorum respondentium ex sola divina voluntate mensurae collata fuit gratia habitualis inaequalis; si autem negetur dispositio praevia illa inaequalitas gratiae habitualis oritur a libera Dei voluntate pro suo libito conferente gratiam in eadem mensura, qua contulit naturam, licet non propter naturam.

Obijcitur ultimo adversus 3am conclusionem si propter maius meritum daretur maior gratia in unico instanti cresceret gratia in infinitum, quod est absurdum; probatur sequela quia in 1° instanti quo quis elicit opus meritorium confertur propter illud portio gratiae correspondens; ex hoc autem incremento gratiae iam opus est magis meritorium, quoniam est opus hominis magis iusti, et sancti: ergo statim ei dabitur 2um augmentum gratiae, quo reddetur efficit opus magis

opus magis meritorium, et consequenter meritorium alterius aumenti gratiae, et sic in infinitum. ——

Respondetur negando sequelam ad probationem dico opus hominis iustioris tunc solum esse magis meritorium, quando procedit ab illo ut a magis iusto; in praesenti autem casu quando productus fuit ille actus non processit ab homine habente aumentum gratiae, quod propter tale opus conferebatur, siquidem augmentum est subsequens, atque ideo non fit magis meritorius actus propter augmentum in illo instanti, nisi forte duret et conservetur, nam tunc ratione durationis dabitur maius praemium, et ceteris paribus duratio erit magis meritoria propter augmentum in 1º instanti collatum, quam esset si tale augmentum abesset. Ulterius de his plura dicemus in materia de merito. quaestio 16. an gratia sanctificans sit amissibilis, et unde oriatur quod amittatur? Sectio 1ª gratiam sanctificantem esse amissibilem. ——

Quaestio. 16ª

An gratia sanctificans sit amissibilis, et unde oriatur, quod amittatur?

Sectio 1ª

Gratiam sanctificantem esse amissibilem.

Est certa secundum fidem haec nostra assertio ideoque ab omnibus catholicis recipitur (contra versus calvinum, Lutherum, Iovinianum Beguardos, et Beguinos) videantur Patres Reinaldus in theologia morali

rali distinctio 1.a n.° 100, et 2.°, et in opere de virtutibus et vitijs lib.° 3 n.° 134. → Becanus tomo 1.° in 2.am partem tractatu 4. cap. 3. questione 2.a Castro de ingresibus alibi gratia Perez 2.° Suarez Vasques, et alij. —
Pr 1.° ex Esequielis 14. verbo 24. Joannis 15. versu 2. et 6. ad Galatas 5. versu 4. 1.a ad Corinthios 9. versu 27. et ex concilio Tridentino sessione 6. cap. 14. et 15. et canone 23. et 29. ex Milevitano in suis decretis cap.te 6. et 8. ex Africano canone 9 et 10. quibus ad ressusciontrarium errorem pugnavimus sectione 1.a questione 4 et quia ibi (ubi videri possunt verba scripturae, et Tridentini satis ... superracaneum est hic repetere. dumtaxat illum quem ex canone 23 desumpsimus, et ita habent, Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere anathema sit. vide caput 164.
Pr 2. ex dictis Patribus, licet id in re adeo apud illos constanti, et apud teologos nullius dubitationis sufficiat deferre Augustinum qui lib.° de correptione et gratia cap. 13. sic ait credendum est quosdam ... de, quae per dilectionem operatur incipere vivere et aliquando fideliter, et iuste vivere, et postea cadere. immo adeo facille potest amitti, ut dixerit Bracarius gratiam ad ... um, gratiam cristiano in baptismo collatam vocari in apocalipsi mare vitreum, quia in nobis cito periclitatur aut ... gitur. —
Pr 3.° ratione gratia non tollit libertatem ad peccandum, ergo potest amitti. patet consequentia ex dictis quia cum gratia sit omnino incompatibilis cum peccato etiam de gratia absoluta, eo ipso quod iustus possit peccare potest gratiam amittere alias. si peccaret, ut potuit, gratiam retineret, atque adeo coniungeret

iungeret gram cum pecato. ans pr quia si tolleret libertatem ad
pecandum non mereretur iustus non pecando, quoties ocasio, et
tempus pecandi ocurrunt, instant et urgent, nec sine illa
hois iusti esset quod non pecaverit cum potuit, unde cana,
et fictisia esset laus illa eclesiastici 3i. de viro perfecto, et
iusto, qui potuit transgredi, et non e transgressus, facere mala
et non fecit.

Pr 4o. plures de facto pecaverunt, qui fuerant
iusti. ergo amisserunt gram: atque ideo hec potest amitti.
ans multis probari potest 1e. quia primi nostri parentes
iustitiam, et sanctitatem habuerunt ante violationem precepti
illis â deo impositi, et tamen post comedendo de ligno
vetito divinum preceptum violarunt et violando gratiam
pecarunt. 2. Rex David postquam iustus et electus
a deo erat, uxorem alienam violavit, et post adulterium
homicidium perpetravit. 3. Stus. Petrus post apostolatum et
gram, qua insignitus fuit, magistrum suum cristum negavit,
et in angelis, qui iustitia, et sanctitate decorati fuerant in sta.
sua conditione post illa deus repecit pravitatem, ut ait Iob.
4.

Pr. 5a. quia si gra semel habita e inami
sibilis, ut quid Paulus semel iustificatus casum timens
1a ad Corintios 9. Vida 27 ait, castigo corpus meum
et in servitutem redigo, ne cum aliis predicaverim ipse repro-
bus eficiar, nanc semel iustificatus deinde non potest fieri re
probus, ut quid rursus timet 2a. ad Corintios 11 ver
in 3. ne diabolus seducat Corintios, et a cristi simplici-
tate deturbet, sicut Evam, inquiens timeo autem ne sicut
serpens Evam seduxit astucia sua ita corrumpantur sen
sus vestri, et excidant a simplicitate que e in cristo, si gra iis

semel

semel aquisitæ simplicitatē per gratiam ab ea excidere non possent. Ut quid ergo ad Corinthios 10. versu 12. monet, ut qui se existimat extare videat ne cadat, cum extans per gratiam cadere nequeat, ut quid ad Galatas 5. versu 7. reprehendit illos quod a recto tramite dijecerint, currebatis bene quis vos impedivit veritati non obedire, quoniam non possunt discedere a iustitiæ tramite illam semel habentes. Ut quid Joannes in epistola 1a cap. 2. versu 1. ait, filioli mei hæc scribo vobis, ut non peccetis, si iam iusti peccare nequeunt.

Probatur 6o. quia si propter aliquam rationem non posset amitti gratia maxime quia semel aquisito per illam iure ad gloriam nequit non gloria deberi quandiu gloria non datur, et posset non deberi quandiu non datur, si posset peccare, qui semel iustificatus est, et per peccatum amittere gratiam. Sed hæc ratio nulla est quoniam gratia non confert ius absolutum, sed conditionale datur enim sub hac conditione ut perseveremus finaliter et decedamus in gratia. ergo. adde quod sicut possunt amitti in humanis iura per delicta, etiam potest amitti in supernaturalibus ius ad gloriam per crimen in deum letaliter commissum. — Sectio 2a. non nulla in oppositum objiciuntur.

Sectio 2a.

Non nulla in oppositum objiciuntur.

1o. Objiciuntur multa ab hereticis ex sacra Scriptura, nam 1a Joannis, 3. versu 9. dicitur omnis qui natus est ex deo quod est ex iustum peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet et non potest peccare quoniam ex deo natus est, et cap. 5. versu 17. scimus

quia

quia omnis qui natus ex Deo non peccat. Sed generatio Dei conservat eum et malignus non tangit eum. Deinde Paulus 1a ad Corinthios 13. n° 8. ait Caritas nunquam excidit, et rursus ad Romanos 8. versu 35. quis nos separabit a caritate Christi, et denique canticorum 8. n. 7. aquae multae non potuerunt extinguere caritatem.

Respondetur ad Joannem ipsum eum loqui in sensu composito, quatenus nequit iustus, dum talis est, peccare componendo iustitiam cum peccato, et ideo Beatus Joannes reddens rationem quare non peccet qui ex Deo natus est, subdit quoniam semen ipsius in eo manet; vide Castro de haere[ticis] libro supra allegatum. Ad Paulum dico in priori loco ipsum contendere, quod caritas non evacuetur in patria, sicut fides, sed maneat etiam quoad exercitium actuum, quod fides, et spes non habent, siquidem vel non manebunt quoad habitus, ut multi docent, vel saltem quoad usum et exercitium actuum, quod docent alii. in 2° autem commendatur efficacia dilectionis Dei ad superandas difficultates, et omnia adversa tolleranda, nisi homo desit divinae gratiae, ut multoties pro arbitrio, et libertate deficit. eademque ratione expendendus est locus canticorum.

2. objicitur si gratia semel habita amitteretur Deus esset iniustus, quod est impossibile, et ab omnibus debet reputari absurdissimum. sequela probatur, quia obliviisceretur boni operis quo obtinuimus gratiam, et promeriti sumus gloriam, atque ideo non recte ad Hebraeos 6. versu 10. Paulus diceret. non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis etc. quibus verbis in eodem sensu quo Paulus utitur Tridentinum sessione 6. cap. 16.

Respondetur negando sequelam. ad probationem negando quod assumitur. non enim Deus obliviisceretur

tur operum iustorum, sed in sua acceptatione retineret ut si post peccatum resurgerent, opus quoque revivisceret et praemium digni, post mortem, iusti acciperent, non operibus sed sub hoc pacto et non aliter merentur vitam aeternam, et deum ad illam conferendam obligant, quod in gratia decederent illorum.

Obijcitur 3. ius semel habitum durat quamdiu dominus illi non renuntiat. sed iustus aquisivit ius ad gloriam ergo quamdiu huic iuri non cedit semper in illo perseverat. at ius ad gloriam nequit perseverare nisi perseveret gratia, in qua fundatur ergo gratia semper durat et amitti non potest.

Resp. multipliciter huic argumento si hoc probari quod sine voluntate iusti nequeat amitti gratia sicut ius non potest cessare sine cessione libera: at sicut hoc potest per renuntiationem spontaneam cessare, potest gratia deperdi per liberam iusti voluntatem ac veluti spontaneam cessionem.
Resp. 2. quod ius semel habitum sub certa, et determinata conditione, deficiente tali conditione amittitur, quamvis illi non renuntietur. quare cum ius ad gloriam in iusto sit sub conditione, quod perseveret in gratia, deficiente hac conditione per peccatum, non perseverat ius, quantumvis illi non renuntietur.
Resp. potest 3. iustum eo ipso quod peccet renuntiare iuri quod habet ad gloriam, si non renuntiatione expressa saltem virtuali, quia vult id cum quo est incompatibile ius ad gloriam, ratio vult saltem virtualiter carere tali iure illique renuntiare. unde cum peccatum sit incompatibile ex se cum iure ad gloriam, iustus cum vult peccatum renuntiat iuri ad gloriam.

Obijcitur 4. si gratia semel amissibilis ipsa ...

ut semel habita amitti in perpetuum, et coelestem nunquam [iustus]
consequi gloriam: sed hoc est contra sacram scripturam
ergo gratia non est amissibilis. minor probatur 1° ex Joannis 4. ver
su 13. qui biberit ex aqua (gratiae) quam ego dabo ei, non
sitiet in aeternum. (quia perpetua est et non deficiet) sed aqua
quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam
2. ex 1a Joannis 2. versu 19. ex nobis (societate sci-
licet iustorum, et praedestinatorum) exierunt, sed non erant ex
nobis; nam si fuissent ex nobis permansissent utique nobis
cum, id est non defecerent a statu iustitiae acceptae, et praede-
stinationis. 3. ex Marci ultimo versu 16. qui crediderit
et baptizatus fuerit salvus erit, qui autem in perpetuum amit
teret gratiam acceptam in baptismo non esset salvus, quanquam
crediderit et baptizatus fuerit. 4. ex Paulo ad Romanos 8. ver
su 30. quos autem praedestinavit hos, et vocavit, et quos voca-
vit hos et iustificavit, quos autem iustificavit illos et glori-
ficavit, at non glorificaret illos quos iustificavit si gratiam
in perpetuum amisissent.

Retenta concessa maiori neganda minore
ad 1a probationis dico Joannes loqui quantum est ex parte gratiae, ita
ut si per nos non steterit, et unam hanc aquae vivae nos
tris peccatis scindamus, non sitiemus, sed in fine vitae fiet fons
aquae salientis in vitam aeternam, at saepe culpa nostra, vena
rumpitur et aqua siccatur.

Ad 2am dico solum contendere apos
tolum Joannis, quod qui a societate praedestinatorum exierant
ideo exierunt, quia erant reprobi, nam si praedestinati es
sent manerent intra numerum praedestinatorum a quorum societa
te exierant culpa sua, et libera voluntate. hinc autem
nihil infertur pro inamissibilitate gratiae: quia licet haec sit
amissibilis

amissibilis et pluries amittatur a praedestinato semper manet intra numerum praedestinatorum, quoniam praedestinatio est inamissibilis, et praedestinatus post plures casus tandem finiet vitam in gratia.

Ad 2um dico ibi subintelligendam conditionem, quam alibi scriptura expressit, qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit et tridentinum confirmavit. si tamen in gratia decesserint. alias 1. nullus reprobus esset rite baptizatus nec credidisset, 2. aliqui rite baptizati et credentes non fuissent salvi: quod cum sit falsissimum, consequens est dicamus aliquos habuisse gratiam per baptismum rite administratum, et illam amisisse ideoque propter defectum conditionis fuisse a deo reprobatos.

Ad 4um dico sensum Pauli esse, praedestinatos a deo vocari in ordine ad perseverandum finaliter speciali vocatione congrua, et eos sic vocavit iustificasse, quia congrue vocati operantur, et per bona opera disponuntur, ut gratiam consequantur, gratiamque consequentes finaliter, a deo glorificantur, quia gloria debetur gratiae finali, iuxta praesentem dispositionem, et consequentem dei providentiam.

Obiicitur 1. gratia sanctificans est ex natura sua incorruptibilis ergo amitti non potest, seu est inamissibilis patet consequentia quia nequit amitti, nisi per corruptionem, cum nequeat transire de subiecto in subiectum, neque extra subiectum esse, et ans multipliciter probare possunt adversae partis fautores. 1o quia gratia sanctificans est perfectior anima rationali lumine gloriae et visione beata, quae cum ex natura sua sint incorruptibilia a fortiori erit incorruptibilis gratia, quae ea omnia perfectione superat. 2. quia si esset corruptibilis maxime per peccatum, per peccatum autem non

non ē ipsa magis corruptibilis, quam aīa peccans cumque me
retur peccatum anihilationem utriusque. ergo sicut non
obstante hoc aīa non dicitur corruptibilis per peccatum, ne
que dicetur grā. 3. quia grā non potest destrui et corrum
pi per frām supernalem, quia nulla huiusmodi assignabitur,
quę contrarietur gratię, neque per nalem, quia ut supera
lis non ē corruptibilis per aliquid nale, alias nale esset
potentius supernali.

Resp. negando ansam ad 2am probatio
nem dic olne stare quod aliquid corruptibile sit perfectius
simpliciter aliquo incorruptibili. hō enim perfectior ē
coelo et tamen coelum ē incorruptibile, et hō corruptibilis.
Solus fiet quod illa incorruptibilia secundum quid excellent
gram, hoc ē attendendo solum caput corruptibilitatis et incor
ruptibilitatis, ex aliis uero capitibus, quę multo magis prę
ponderant gratia excedit quod dicitur omittendo modo an grā
sit absolute perfectio aīa ronali, quod subiudice ē.

Ad 2am dic per peccatum duplicitur ee
corruptibilem gram 1o demeritorie, et hac rone grā, et aīa
peccans ęquales sunt, et neutra dicitur proprie et simpli
citer corruptibilis. Sec. unde contrarie l. quasi contrarie pri
sice et hac rone aīa non ē corruptibilis per peccatum sed
sola grā, quę hoc pacto proprie et simpliciter corruptibi-
lis ē.

Ad 3am dic gram posse optime cor-
rumpi per frām nalem, nam ut docui 4. phisicorum, qs
supernales destrui possunt per nales. et quibus ac
tus supernalis fidei destruitur per actum nalem erro
ris, et hęresis de eodem ob. obie cum nequeant simul
compati in eodem subiecto. rursus actus supernalis dilectionis

Dei

Dei superbia destruitur per actum efficacem nullum odii, et multa alia exempla omittam, quae adduci possent. Sectio 3. unde oriatur amissio gratiae.

Sectio. 3a

Unde oriatur amissio gratiae.

Non loquimur de principio quasi efficiente, et activo corruptionis gratiae, nam constat hoc esse Deum, qui cum sit ea particularis gratiae illam corrumpit suspendendo concursum et cessando a conservatione illius, sed de principio formali, atque ideo petimus a qua forma corrumpatur, quando illa corrumpitur 1. a qua corrumpi possit.

Quam dubitationem duplici conclusione expediemus. 1a gratia corruptibilis est per quodlibet peccatum mortale (et de facto quando corrumpitur per peccatum mortale corrumpitur) est de fide et tam tenent omnes catholici contra Lutherum in libro de captivitate babilonica cap. de baptismo Calvinus, tum alibi, tum adversus tridentinus sessione 6. canone 27. aliosque novatores de quibus Suarez et latius Belarminus, credunt enim haeretici gratiam non destrui in habente fidem per peccata quia haec non imputantur, nec posse amitti, quia neque credenti imputari.

Pr. chatolica veritas ex 1a ad corinthios 6. nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt, nolite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles neque masculorum ~~conbr~~ concubitores, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. possiderent autem si antea essent in gratia, et per ea peccata illam non amitterent. Sed

sed per deviantes discederent ea insigniti.

Pr. 2°. ex 1ª. Joannis 3. qui facit peccatum ex diabolo est. non autem est ex diabolo sed est deo, qui est in gratia. ergo qui facit peccatum in gratia non est, alias non esset ex diabolo, qui peccatum facit pro eodem faciunt alia, quae idem apostolus prius dixerat, et nos aliqua in gratia tetigimus.

Pr. 3°. ex Ezequielis capite 18. si averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet, et cap. 33. non minus clare. iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die peccaverit, et adhuc clarius inferius, iustus non poterit vivere iustitia sua in quacunque die peccaverit. Vide etiam Jacobum cap. 5°.

Pr. 4°. ex Tridentino sessione 6. cap. 16. expressis verbis statuente audi, asserendum est non modo infidelitatem per quam ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti. et rursus canone 27. si quis dixerit nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis gravi et enormi postquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti anatema sit. Pr. 5°. ratione quia quodlibet peccatum mortale habet physicam repugnantiam, ut supra ostendi, cum gratia habituali, ita ut nec divina potentia sufficiat componere utrumque ergo per quodlibet mortale gratia expellitur, alias posset stare, quando aliquod committitur non expelleretur, sed cohaererent simul contra suppositum in ansi.

P. 6°. quia gratia habitualis dicit adaequationem cum gravitate praeceptum, et adaequat subiectis eius 1ª regula: sed quodvis peccatum mortale, quando committitur tollit adaequationem subiecti eius 1ª regula

regula, et delectationem ad ob honesty graviter præceptã ejus quod libet peccatũ mortale destruit gratiam sanctificantem minor probatur quoad priorem partem, quia non est ad peccatũ cum 1ª regula quod non implet omnia quod 1ª regula graviter præcipit. quoad posteriorem etiam, quia delectatio ad ob honestum dicit non committi ullum graviter inhonestũ, hoc autem destruitur per committi aliquod graviter inhonestum. ergo.

Alij addunt septimo, quod quodlibet injuria dissolvit amicitiam gratia autem sanctificans est amicitia cum Deo et quodlibet peccatũ mortale gravis Dei injuria ergo quodlibet peccatũ mortale dissolvit et destruit gratiam sanctificantem confirmant, quia gratia sanctificans convertit hominem ad Deum, et per eum avertit sed conversio destruitur per aversionem. ergo gratia sanctificans per quodlibet peccatũ mortale.

2a conclusio per nullum peccatũ veniale destruitur gratia est etiam de fide, ac defenditur ab omnibus catholicis cum divo Thoma. Probatur 1º ex Sacra Scriptura, nam proverbiorum 24 dicitur septies in die cadet iustus quo verbo eorum (sicet Stus Jeronimus epistola 16ª ad Rusticum aliud sentiat) loquitur et legitimus sensus est iustum, adhuc retenta iustitia septies, idest multoties in die cadere per peccata levia in eaque sensum intelligens prædictum locum Stus Augustinus lib: 11 de trinitate cap: 31. dixit quoties quinque ceciderit iustus non perit, ~~quam~~ ~~[illegible]~~ deinde Lucæ 11. versu 4. habentur dimitte nobis peccata nostra, quam vocem esse iustorum veniam peccatorum levium â Deo petentium docent tridentinum Milevitanum, et Africanum, ubi mox citandum, nam ~~[illegible]~~ et Jacobus in sua canonica cap: 3. versu 2. ait; in multis offendimus omnes. videlicet tam iusti quam non iusti, et de omnibus loquens Joannes epistola 1ª cap. 1º versu 8. dixit: si

dixit: si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.

Pr. 2° ex tridentino sessione 6ª de iustificatione capite undecimo, ubi ita ait: Sicet enim in hac mortali vita quantumvis sancti, et iusti in levia saltem, et cotidiana, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti nam iustorum illa vox est, et humilis, et verax; dimitte nobis debita nostra. Eiusdem sensus, et sententiae sunt concilii Milevitani cap. 6. 7, et 8. et Africani a cap. 58. usque ad 83 inclusive.

Probatur 3°. ratione, quia amicitia non dissolvitur per offensas leves, et leves negligentias commissas in amicum, neque offensa levis est causa sufficiens, ut amicus sic offensus prudenter dissolvat amicitiam: ergo peccata venialia, quae offensae leves sunt, non dissolvunt amicitiam, cum deus in quem ~~...~~ gravius offendimus prudenter illam non possit dissolvere nisi culpa gravis intercedat, quod autem deus non potest facere prudenter, absolute non potest facere, quia absolute non potest operari imprudenter. Haec ratio militat etiam in collectione omnium venialium, quae infinita sunt, nam licet collectio venialium gravior sit quam singula, adhuc non habet rationem peccati mortalis, atque ideo nec vim dissolvendi divinam amicitiam. Sectio 4. an peccata venialia saltem minuant gratiam sanctificantem.

Sectio 4ª

An peccata venialia saltem minuant gratiam sanctificantem?

Tenemus peccata venialia non repugnare cum divina amicitia, nec destruere gratiam sanctificantem ut sta-

videamus

Videamus an saltem minuant, et possint illam facere leviorem efficiendo quod homo sit minus iustus quam antea erat; sustinemus partem negativam cum communi et recepta chatolicorum sententia quae certissima est.

Probatur 1° peccatum veniale, ut superius diximus, non pugnat cum gratia sanctificante; sed ut minuat debet cum illa pugnare; ergo non minuit. minorem probo, quia minuere est destruere partem: sed pars illa gratiae sanctificantis est gratia sanctificans, non minus quam quae remanet. ergo si cum illa pugnat, ut opus est pugnet ad hoc ut destruat, pugnat cum gratia sanctificante.

Probatur 2° quia evenire posset, quod gratia praesertim si esset remissa, omnino extingueretur absque peccato mortali; atque ideo nec homo esset iustus, neque iniustus, neque in peccato, neque in gratia, nec dignus beatitudine, nec poena aeterna, quae in praesenti providentia absurdissima sunt. sequela probatur, quia per singula peccata venialia destrueretur certa et determinata portio gratiae (sicut per singula bona opera additur portio determinata) ergo cum in gratia sint solum finitae portiones determinatae, tot multiplicari possent venialia ut destruantur omnes portiones gratiae.

Probatur 3° confirmando amplius non possit dici, dementes demus quod illa determinata portio gratiae quae per unum veniale destruitur, quando gratia minuitur, si introduceretur quando subiectum iustificatur, et non maior esset subiectum per illum redderetur iustum, quis dubitet, demus rursus quod in sequenti statu committatur illud ipsum veniale, per quod talis portio destruitur, quando minuitur gratia; si nunquid destruetur per illud, cum primo iustificat? si dicas destrui, iam veniale pugnabit cum amicitia Dei, efficiet de iusto non iustum, tollet ius ad gloriam, et filiationem adoptivam

adoptivam si negetur: ergo non habet repugnantiam cum illa portione, atque ideo non poterit illam destruere, et gratiam minuat.

Dices veniale non pugnare cum illa portione solitarie accepta, sed cum illa simul cum aliis quemadmodum unus gradus frigiditatis non pugnat cum uno caloris gradu divisive accepto sed cum uno simul cum aliis usque ad 8um. Sicut enim qualitates contrariae non pugnant in gradibus remissis, ita neque peccatum veniale, et gratia in gradu remisso. Sed contra quia hac ratione paria essent peccatum et gratia cum qualitatibus contrariis possent compati, nec debent deducto peccatum mortale in gradu remisso cum gratia remissa, sicut possunt qualitates contrariae. Deinde, quia sicut nequeunt ita simul esse qualitates contrariae ut una sit remissa, puta unius gradus et altera summe intensa, puta 8o. ita non possent esse simul gratia remissa puta unius gradus, et peccatum veniale summe intensum puta 8um gradum, quod nemo dicet.

Dicendum ergo repugnantiam inter peccatum quodcunque sit et gratiam sanctificantem non posse oriri ex ratione intensionis, sed ex conceptibus formalibus amicitiae et offensae et ex propriis effectibus formalibus ex neutro capite oriri videtur repugnantia inter peccatum veniale, seu offensam levem, et amicitiam Dei, seu gratiam: ergo nullam habent. Si de repugnantia autem nequit una forma per aliam minui ergo gratia non minuitur per peccatum veniale.

Dices iterum, peccata venialia minuunt fervorem caritatis, et saepe reiterata, et paulatim frequentata et augentur peccata: ergo et minuitur caritas et gratia, alias fervor diligeret eodem pacto, atque ante venialia, cum nihil decrevisset et gratia destruatur. Respondeo concedimus dici peccata venialia minuere fervorem caritatis, quatenus impediunt collationes

speciales

specialis auxilii, oblivioni mererentur ut ideo illa neget, quibus si conferrentur procul dubio ferventiores actus eliceremus, maiorique cum intentione et constantia virtutis actus operaremur, non quatenus aliquid remittatur de habitu caritatis, aut gratiae, itaque mens patrum solum est, quod minuatur fervor caritatis quoad opera non quoad principia operum.

Dices 3°. in humanis minuitur amicitia propter offensas leves saepius repetitas, imo non semel omnino rumpitur, ac dissolvitur. ergo et in amicitia dei idem contingit, cum plus offendat deum offensa levis, quam homines et maiorem gravitatem habeat in ordine ad deum, quam in ordine ad homines. nego. etiam in humanis non minui amicitiam, si prudens amicus offensus se gerat quoad substantiam amicitiae, sed quoad accidentia; neque iuste rumpi aut dissolvi potest, si quando aliquando id contingit sane est quia homines non semper illa perpendunt, et plus pondere aprehendunt in offensa, quam revera est, aut quia operari possunt imprudenter, in deo autem ubi non potest cadere operatio imprudens, nec habet locum conceptus ut, aliter ac in se est habere locum non potest amicitiae substantialis dissolutio propter peccata venialia, seu levia. quaestio 17. an quod finaliter perseveremus in gratia sit donum speciale gratiae. Sectio 1a. quid sit perseverantia in gratia.

Quaestio 17a

An quod finaliter perseveremus in gratia sit donum speciale gratiae?

Sectio 1a.

Quid sit perseverantia in gratia?

Attend

Vt clarius in hac materia procedamus supponendum 1º est cum Sto Thomam 2a 2ae questione 109. articulo 10. in corpore triplicem agnoscere perseverantiam quam 1º habitus mentis per quem homo firmiter stat ne removeatur a bono, quod est scilicet virtutem tristitias irruentes perseverantiae quod dicitur quis est et sic se habet perseverantia ad tristitias sicut continentia ad concupiscentias. 2º habitus quidam secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono usque in finem etiam est quaedam pars perseverantiae. 3º denique continuatio quaedam boni usque in finem etiam dicitur, et proprie est perseverantia atque ideo in hac 3ª acceptione nostra controversia procedet.

Supponendum 2º aliud esse inquirere consistentiam perseverantiae, atque quibus modis contingat, et unde causetur potest una et eadem vis diversis modis fieri, et a diversis principiis causari, quare hic non inquirimus quibus modis contingat aut quibus modis causetur sed in quo illius conceptus consistat esto datores maiori ex parte utrumque caute confundant.

Nam Montesinos 1a 2ae disputatione 29. numero 60. et Alvarez disputatione 107. de auxiliis numero 9. in solutione confirmationis secundi argumenti, et in 2a solutione quarti dicunt donum perseverantiae esse gratiam actualem, seu auxilium speciale, quo homo iustus conficitur ad non peccandum et perseverandum. Sed autem 2º a Montesinos peta an hoc auxilium sit intrinsecum vel extrinsecum divinae protectionis respondet esse utrumque, vel alterum tantum.

Deinde Pater Suarez libro 10. de gratia capitulo 5. numero 4. et capitulo 6. numero 4. dicet donum perseverantiae consistere in collectione plurium auxiliorum efficacium, quibus usque in finem perseveramus, sive interna, sive ex=

terna

terna divinæ protectionis. Dixit regulariter, quia aliquando consi-
stet in speciali auxilio gratiæ, quin opus sit concurrant plura.
Præterea Curiel prima secundæ, quæstione sentesima nona ar-
ticulo primo. dubio secundo, sexto, tertio, docet donum perseve-
rantiæ esse illustrationes, quæ præcedunt in tempore indeterminato an-
te mortem, quæ contingit per primum non esse, de parvulorum
autem perseverantia dixerat dubio 1.º consistere in protectio-
ne Dei extrinseca, ad quam aliqui revocant, non so-
lum parvulorum, sed adultorum etiam perseverantiam.

Rursus Pater Comine de actibus
supernaturalibus libro primo disputatione octava de merito
dubio decimo secundo numero sentecissimo octogesimo
sexto, dicit perseverantiam proprie esse fugam, seu vita-
tionem omnium peccatorum, et complexionem bonorum operum
quæ iusti virtutem sequendo, ac peccata fugiendo, usque ad
finem vitæ exercent, atque ideo ponit perseverantiam in tota
serie bonorum operum, et vitatione omnium mortalium usque
ad vitæ finem contingentium.

Denique ut omittam alios P. Peria-
nado controversia tertia de gratia tractatu tertio disputatione prima
sectione secunda numero sexto docet perseverantiam proprie esse il-
lam, qua adultus per longum tempus conservat gratiam sanctificantem
ita ut moriatur prius quam gratiam amittat peccando lethali
ubi manifeste loquitur de solis adultis, non de parvulis.

Ego existimo perseverantiam in
gratia, tam in adultis, quam in parvulis, in amentibus, et non amen-
tibus consistere formalissime in persistentia gratiæ ante obtentæ
acceptæ, atque ideo importare formaliter duo, primum quod prius
fuerit gratia sanctificans: secundum, quod non amittatur,
quo quinque enim horum deficiente non potest concipi persever-

rantia in gra. Nam si prius non fuit gratia, quamvis postea non amittatur (quoniam non amittitur, quod non fuit) minime dicetur quis perseverare in gratia, quia nemo perseverat in eo, quod non habuit. deinde si habuit, at amisit, eo ipso iam desiit: ergo non perseveravit.

Unde formatur haec vero pro nostra conclusione: posito praecisse persistentia in gratia antea accepta, quamvis nil aliud intelligatur poni, ponitur perseverantia in gra; ea praecisse non posita, seu ablata, non ponitur, seu aufertur: ergo in persistentia gratiae consistet formalissime illius perseverantia. Patet consequentia ex saepius a me dictis, atque ostensis, videlicet id esse formalissimum constitutivum rei, quo praecisse posito res ponitur, et quo praecisse ablato aufertur. Antecedens probatur quoad priorem partem, quia posito praecisse quod gratia prius habita non amittatur, ponitur perseverantia in gratia; non enim amittitur perseverantia, nisi per amissionem gratiae, sed posita praecisse persistentia in gratia ponitur, quod gratia prius habita nunquam amittatur, id enim est persistere: ergo posita praecisse persistentia ponitur perseverantia. Quoad posteriorem partem etiam probatur, quia si non persistit, quantumvis dentur auxilia et protectio, non perseverat, sed interrumpitur.

Confirmatur, quia perseverans dicitur, qui in re, aut opere incepto persistit: ergo perseverantia erit persistentia in re, aut opere incepto. Patet consequentia, quia non alia ratione conservatio est persistentia (activa, aut passiva) in re accepto, nisi quia conservatus est persistens in re accepto, utriusque enim conceptus persistentia est ... § Quod si velis a me aliis terminis explicari perseverantiam in gra, non inepte dicam 1.° esse existentiam gratiae, nunquam in futurum interrumpendam. 2.° esse existentiam gratiae semper duraturam, seu durantem. 3.° esse existentiam gratiae nullo peccato mortali priorem, seu quolibet posteriorem. 4.° esse

ee (in persona morituri) existentiam gratiæ, morti conjunctam seu coexistentem morti. Petes an qui in ultimo instanti vitæ iustificaretur per Dum ee iustificationis, et immediate post mortem vero per ultimum non ee separationis (quod sic posse contingere constat ex a me dictis lib. I. de generatione) diceretur vere perseverantis in gratia? Resp. seclusa quæstione de nomine, quæ mysterii parum est, rigorose non fore dicendum perseverasse, dum vixit in gratia, quia rigorose loquendo hæ voces perseverare, persistere, durare in gratia dicunt successionem temporis, quæ nequit dari in instanti; dixi tamen dum vixit, quia si computaretur etiam duratio futura post mortem utique diceretur perseverare in gratia, quoniam persisteret post mortem in gratia, quam accepit in vita. in sensu autem improprio dici posset perseverasse, quatenus gratiam acceptam non amisit qua ratione etiam improprie dici posset actionem durare per unicum instans, cum tamen apud omnes certum sit non posse dari proprie durationem in instanti. Sectio 2a. quibus modis contingat perseveratio in gratia.

Sectio. 2a.

Quibus modis contingat perseveratio in gratia?

Non volo de quo modo contingit in iustis perseveratio in gratia, nam Iº in aliquibus contingit quia statim post usum rationis et advertentia appareat, vel ante quam tempus labendi accedat præcipiuntur, de quibus Sapientiæ 4. dicitur raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius, placita enim erat Deo anima illius: scit enim Deus, quod si diu in hac vita iusti aliqui durarent non perseverarent in gratia sed caderent, ne autem cadant

dant, sed perseverent terminat vitam ante casum.

2°. in alijs contingit, quia tempore instantis presentis non advertunt obligationem, quam si adverterent violarent et a gra[tia] deijcerentur, quod ne accidat, et in gra[tia] perseverent suavissima providentia Deus disponit, quod obliviscantur vel non attendant, ut sic violatio sit mere mali.

3°. contingit in alijs, quia Deus amovet occasiones labendi tempore, et aut repellit daemonis tempore tentationes nam cognoscat quod si iusti in tali occasione constituerentur, aut tanta et tali genere tentationis quaterentur succumberent, non patititur constitui aut quati, et sic in pristina gra[tia] perseverat.

4°. in alijs contingit, quia licet in occasione labendi constituantur et gravissimis tentationibus incutiantur Deus suppeditat uberiora auxilia, viresque internas robustiores, quibus omnia tela inimici frangunt et calcant gratiamque conservant in demum, insultaverunt, ut contingit Beato Antonio et alijs, nam ut Paulus ait 1a ad Corinthios 10. versu 13 fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere; ideoque canere possunt, salutem ex inimicis nostris.

5°. in alijs contingit quia licet Deus permittat tentationes irruere nec ad eas vincendas conferat nova auxilia uberiora, providet tamen ne tamdiu durent ut tandem vincant, sed succidit et breviat plusquam iusti praesumerent si enim durarent iusti laberentur et in gra[tia] non perseverarent, atque ideo, ut perseverent durare non patitur. quo spectat illud Mathei 24. nisi breviati fuissent dies illi non fieret salva omnis caro, sed propter electos

brevia-

obliviabuntur dies illi.

6.° in alijs contingit, quia post iustificationem (ita divina providentia eis disponente) iustus labitur in amentiam perpetuam, in quam nisi laberetur ne utiquam conservaret gratiam acceptam, sed contempto Deo diabolo serviret peccata peccatis acumulando atque ideo perseverantia contingit, quia in usu rationis non perseveravit.

7.° in alijs contingit quia confirmantur in gratia (si confirmatio in gratia distinguitur a dono perseverantiae, de quo dicemus inferius nam si non confirmarentur, forsam laberentur, et gratia extincta damnationem incurrerent, ac proinde tunc perseverantia debetur confirmationi in gratia in quo autem consistat huiusmodi confirmatio dicemus suo loco tam ex nostra, quam externa sententia -

Unde 1.° colliges eos doctores qui auxilia eficacia, aut protectione Dei extrinsecam dixerunt donum perseverantiae ultra non assignasse formalem ipsam perseverantiam, sed media, et causam quibus contingit et a iustis obtinetur, nam ex eo quod Deus det auxilia eficacia, quibus iustus semper usque in finem vitae bene operatur, aut ex eo quod divina sua protectione non constituat in circunstantijs periculosis, nec patiatur tentari, aut tanta, et tam diu a tentatione qua male operaretur sequitur quod conservet acceptam gratiam, et in illa perseveret at id non est ipsa perseverantia et perseverantia formalis, sicut ex auxilio eficaci ad bene operandum sequitur infalibiliter bona operatio non tamen est ipsa bona operatio formalis.

2.° colliges valere optime (secundum P. Cab...

præsentem providentiam) ad perseverantia in gratia ad futura providentia gloriæ, nam cum futura sit collatio gloriæ decedentibus in gratia, et qui perseverat in gratia in illa decedat, sequitur ex perseverantia futura collatio gloriæ unde Mathei 10. qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit dixisset nudus præsentis providentiæ, quod tunc Deus ita decrevit, potuit absolute aliter disponere.

Collige 3°. perseverantiam in gratia ita esse propriam prædestinatorum, ut nulli reprobo conveniat probatur, quia perseverantia in gratia annexa est beatitudo collatio gloriæ ut nuper dicebam beatitudo autem et collatio gloriæ nulli reprobo convenit, sed solis prædestinatis. deinde quia reprobi, ideo damnantur et reprobantur, quia non perseverant in gratia ergo solus ille perseverat in gratia, qui non est reprobus atque ideo perseverantia in gratia est propria solius prædestinati et omnis ulli reprobo, quo dica valet a perseverantia gratiæ ad prædestinationem perseverantis.

Collige 4. quod licet donum perseverantiæ possit non haberi, semel tamen habito, nequit amitti, patet nam si habitus amitteretur eo ipso convinceretur non fuisse perseverantiam cum id quod amittitur non perseveretur pro ideo esset et non esset perseverantia, esset, quia supponimus, non esset, quia amittitur, ~~et amittitur~~ contra 1.° quod est de conceptu perseverantiæ. unde caute Augustinus lib°. de dono perseverantiæ cap. 6. dixit, perseverantiam uero usque in finem, quoniam non habet, quisquam nisi qui perseveraverit usque in finem multi eam habere possunt nullus amittere etc. quomodo enim potest amitti per quod fit ut non amittatur etiam quod posset amitti. sectio 3.ª perseverantiam esse speciale donum et beneficium Dei auctoritate

autoritate pr.

Sectio. 3.a

Perseverantiam in gratia esse speciale donum, et benef. filiy dei autoritate probatur.

Sta doctores cols. catholici, et in re quidem, non conclusio e de fide, ut multi sencent l. saltem certissimum ut Suares et alij volunt ne aut em ols. nostramus, nec tamen ols. nostram aliquos videlicet P. Granado controversia 5. de gratia tractatu 3. disp. 1a Montesinos 1a 2e. disp. 29. n. 46. Albares disp. 107. de auxilijs n. 9. in solutione 1i arguti expresse obtij Belarmini lib. 2. de gratia et libero arbitrio cap. 12. versu altera vo, et versu ad hec testimonia P. prepositus 1a 2e. questione 109 articulo 1o dubio 1. versu cum hijs dij. Meratiy tomo 2. tractatu de gratia disp. 1a sectione 21. n. 5, et 6. P. Vasques 1a parte disp. 98. cap. 4. Suarez lib. 10. de gratia cap. 4 Arriaga 1a parte tomo 2. tractatu de angelis disp. 20. sectione 5.a sub sectione 3. n. 65. Herice disp. 23. n. 10. Montoya tomo de predestinatione disp. 50. an. 15. Curiel 1a 2e. questione 109 articulo 10. dubio 1. quidquid sentiant Pelagius et Massilienses de quibus sitatus vasques.

Pr. 1 ex sacra scriptura in illis locis in quibus perseverantia tribuitur et adscribitur deo, ut proprium illius opus. psalmo 16. versu 5. perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea psalmo 67. domini domini exitus mortis et psalmo 126. versu 3. nisi dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. 1a Petri 5. versu 10. ipse perficiet confirmabit solidabitque. 1a ad corinthios 1. versu 8. qui et confirmabit vos, usque in finem sine crimine. ad filipenses 1 n. 6, qui

qui cœpit in vobis opus bonum ipse perficiet usque in diem Christi Jesu et cap. 2. ul.\[?\] 12 et 13. cum metu et tremore vestram salutem operamini; deus enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. et ad Romanos 9. non est volentis neque currentis sed dei miserentis Luc. 22 ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.

Pr. 2°. ex concilijs nam Tridentini sessione 6. de iustificatione cap. 13 ita ait, de perseverantiæ munere de quo scriptum est, qui perseveravent usque in finem hic salvus erit, quod quidem aliunde haberi non potest nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere ut perseveranter stet. et canone 16. si quis magnum illud perseverantiæ donum etc. et canone 22. si quis dixerit iustificatum vel sine speciali auxilio dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse anathema sit. eiusdem mentis fuit Arausicanum canone 10 ubi sic habet, adiutorium dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum ut ad finem bonum pervenire vel in bono possint opere perdurare. vide etiam apud Concilium Milevitanum (tomo 1. Conciliorum) canone 3. et 4 et africanum canone 78. et 79.

Pr. 3°. ex sanctis Patribus præcertim Augustino, qui multis in locis hanc veritatem docuit et acriter propugnavit, pauca seligam et in primis lib. de prædestinatione sanctorum cap. 7. et 8. id tradit ad verba vertat in his bonis perseverantia usque in finem, quæ frustra cotidie a deo petitur, si non illam deus per gratiam suam in eo cuius orationes exaudit operatur et lib. de correptione et gratia cap. 12. postquam dixerat donum perseverantiæ

liberaliter

liberaliter a Deo se datum Sanctis subdidit: numerus ergo Sanctorum per Dei gratiam regno Dei praedestinatus, donata sibi etiam usque in finem perseverantia illuc integer perducetur etc. et Lib. de dono perseverantiae (totum lege) cap. 8. ait, quod licet voluntate sua cadat quisque, nihilominus voluntate Dei stat; potens est enim Deus statuere illum, non ipse se ipsum sed Deus; et cap. 17. mirabilior et fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis, quibus obedientia non est illius aetatis, ut detur datur haec gratia. Vide librum quinquaginta homiliarum homilia 23. cap. 6. et librum de natura et gratia cap. 26.

Augustino adiungendus est Sanctus Prosper lib. contra Collatorem cap. 38. ubi haec habet, non conturbat nos superbientium inepta querimonia, qui liberum arbitrium causantur auferri si et principia et profectus et perseverantia in bonis usque finem Dei bona esse dicantur, vide eundem lib. I. de vocatione gentium cap. 24. (alias dono, et lib. 2. cap. 28. alias 9) et cap. 7. ad Galos.

Deinde Sanctus Bernardus sermone 3. de Sancto Andrea circa finem ita loquitur: perseverantiam faciunt spectatio praemiorum, recordatio paenarum, principii, virtus, et donum caeleste. et sermone 3. in cantica non sum contentus priori gratia, qua iam malorum sum poenitens, nisi accessero tertiam, ut videlicet ~~dignos~~ condignos faciam poenitentiae fructus et deinde non revertar ad vomitum.

Praeterea Sanctus Anselmus de concordia gratiae et liberi arbitrii vertiter sed prorsus nostra agitur, me ait, sicut illam (rectitudinem) nullus accipit nisi gratia praeveniente, ita nullus eam servat, nisi eadem gratia subsequente, quid aptius est.

Non

Non minus apte Petrus Damianus de incarnatione et gratia cap. 8° haec scripsit: ecce quam verbiter quamque districte doctor egregius sanctus Basilius cum in testimonium ... olim huic controversiae finem imposuit dicens, non a se ipsis sed a Domino homines bonos fieri, nec sua virtute sed divinae gratiae adiutorio in ipsa bonitate perseverare.

Denique eandem veritatem confirmant Marcus Pontifex in epistola ad Athanasium quae habetur tomo 1° conciliorum, in concilio Niceno lib. 3. pagina mihi 346. his verbis usque in finem perseverantia, atque bonae voluntatis incrementa ad Christi gratiam semper sunt referenda, et Sanctus Hieronimus dialogo 2. et 3. contra Pelagium et Sanctus Fulgentius epistola 7. et Coelestinus Primus epistola 1a ad episcopos Galliae. et Sanctus Sirilus Alexandrinus lib° 11. in Ioannis cap. 21. et Sanctus Crisostomus homilia 8 in Ioannis, et Sanctus Gregorius lib° 23 moralium cap. 26. et sectio 7. eandem veritatem rationes probant.

Sectio. 4a

Eandem veritatem rationes probant.

Probatur 1° ratione. vel perseverantia contingit ocurrente gravi aliqua tentatione, ut solet ad longum tempus vel non, ut solet in ... utroque autem modo in nobis est speciale donum et beneficium Dei. ergo perseverantia in nobis est speciale donum et beneficium Dei. minor probatur, quia si contingit ocurrente gravi tentatione, illa vicisse fuit per auxilium efficax quod est speciale donum et beneficium gratiae ... de auxiliis dicimus. si non ocurrente ... quod non ocurrerit

occurreret quae occurrere poterat et si quae occurreret vince[ret] magni beneficii fuit dei amorentis et protegentis. —

Pr. 2. quod deus terminet vitam post acceptam gratiam et prius, quam illam iustus amittat cum posset ante quam gratiam acciperet, vel post acceptam etiam sanitatem, magnum beneficium est, siquidem ab eo pendet non solum praeservatio ab aeterna damnatione sed beatitudinis et salutis aeternae consequutio: atqui ita vitam terminari includitur in dono perseverantiae, vel est donum ipsum perseverantiae. ergo donum perseverantiae magnum dei beneficium est. Unde recte Augustinus de dono perseverantiae cap. 17. recte dixit, Videte, a veritate quam sit alienum negare donum dei esse perseverantiam usque in finem cum vitae huic, quando voluerit, ipse dat finem, quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem.

Pr. 3. quia speciale donum et beneficium dei est, quidquid homini est utilissimum, et deus non tenetur conferre, confertque nullo cogente, et ex animo, ut prosit: sed perseverantia in gratia ea omnia habet. nam homini utilissima est, siquidem prodest ad vitam aeternam et vitandam aeternam damnationem; nec illam deus tenetur conferre, cum pluribus citra iniuriam et iniustitiam neget, insuperque confert nullo cogente, cum nullus deum possit cogere, nec ius habeat ad cogendum, denique ex animo ut prosit iusto, et per media illa ad beatitudinem perveniat, cum velit omnes homines salvos fieri. ergo. —

Pr. 4. quia speciale beneficium deus facit terminando vitam quando scit talem terminationem esse profuturam

ee profuturum ad felicitatem eternam obtinendam potius quam quando scit non ee profuturam, sed potius allaturam eterni nocumentum (si enim e~~st~~ speciale beneficium, et donum ingens, ~~et in~~ eripere a morte temporali, ubi infallibiliter imminebat et vitam temporalem conferre, quanto magis eripere ab eterna et vitam eternam conferre) at quando terminat vitam in gratia certe terminat quando scit terminationem profuturam esse ergo tunc facit speciale beneficium, sed trahere in gratia est dare perseverantiam. ergo perseverantia est speciale donum et beneficium dei.

Pr. 5° quia constituere hominem in circumstantiis in quibus conservet amicitiam dei, filiationem eiusdem adoptivam, et ius ad eternam hereditatem et felicitatem, in quibus non tenebatur constituere cum posset in aliis in quibus illa omnia atque illa spe recuperandi in eternum amitteret, singularissimum et ingens beneficium foret sed deus in prioribus circumstantiis collocat hominem, quando perseverat cum posset in secundis. ergo perseverare in gratia est ingens dei donum, et beneficium.

Pr. 6° qui perseverat in gratia usque in finem vite tenetur speciales gratias deo agere, quas non tenetur qui non perseverat ergo quia qui perseverat accipit a deo speciale beneficium, quod non accipit qui non perseverat, alias quorsum specialis gratiarum actio, cum ubi non abundat beneficium non debeant abundare gratie. et quidem capere nequeo qua ratione maius beneficium non accipiat in ordine gratie, qui accipit gratiam et perseverat in illa, usque ad finem vite

vitæ, quam qui accipit et non perseverat, sed illam amittit.

Pr. 3. id pro quo deo oramus, et orare debemus est beneficium dei, et donum gratiosum, tale est donum perseverantiæ, ut bene divus Tomas 1a 2æ, quæstione 109 articulo 10. corpore cum id petamus in oratione dominica quando dicimus, ne nos inducas in tentationem, idque intendat christus Mathei 26. cum dixit orate ne intretis in tentationem, imo et ipse christus pro discipulis oravit ut perseverarent, non rogo ut tollas eos de mundo sed ut serves eos a malo. Ioannis 17. quod ipsum fecerat pro Petro, Lucæ 22. ego pro te rogavi petre, ut non deficiat fides tua ergo perseverantia est speciale beneficium dei et donum.

Addere posset aliquis non pluris æstimandum esse, quod deus lapso porrigat manum ut surgat, quam quod porrigat surgenti, ne unquam in posterum cadat, sed primum est beneficium dei ergo et secundum. primum autem est dare iustificationem, secundum autem est dare perseverantiam: ergo perseverantia in gratia non minoris æstimanda est, quam ipsa iustificatio imo hæc quid tandem proderit, si perseverantia defuerit?

Probat tandem Pater Arriaga quia non omne auxilium, sub quo homo aut angelus prævidetur bene incipiens est tale ut sub eodem prævideatur etiam bene continuans et perseverans, ergo ut continuet et perseveret requiritur quod 1. deus ab initio dederit unum quo prævideat angelum incepturum et perseveraturum 1. saltem velit dare duo, unum quo videat incepturum bene et alterum quo videat continuaturum. ergo

nario

nario semper e novum beneficium, licet fraliter; sequiva lenter perseverantiæ in gratia sive talis perseverantia sit brevis sive diuturna.

Mittatur nostra positionem ex eo quod ab scriptura conciliis et Patribus requiratur specialis gratia ad perseverandum (quod docuit divus Thomas 1a 2æ. questione 109a articulo 10o corpore) quæ non requiritur nisi ad speciale beneficium, atque ideo perseverantia erit beneficium speciale, utpote pendens ab speciali gratia. Sectio 5a fit satis ad adversariorum objectis.

Sectio. 5a

Fit satis adversariorum

~~Adversariorum obiectis~~ objectis.

Objicitur 1o. id non e Dei beneficium quod a mea voluntate oritur, et ex mea voluntate habeo: sed contingere potest, quod perseverantia oriatur a mea voluntate et ex voluntate mea illam habeam: ergo contingere potest quod perseverantia non sit speciale beneficium, atque ideo ex suo conceptu speciale beneficium non ~~sit~~ e; minorem probo, quia contingere potest quod duobus, quibus superest æqualis portio vitæ conferatur æquale auxilium, ut in gratia perseverent, et alter pro sua libertate, ut potest, resistat tentationibus, altero eisdem consentiente, et sucumbente. certe tunc a sola voluntate resistentis orietur perseverantia cum nihil illi Deus speciale contulerit, vita enim distans erat in utroque æqualis tentatione et vitæ æquales gratia ad resistendum collata prorsus æqualis, et sit uno

a libro

vlibo dicam oia erant equalia penes voluntatem qua una resistit et alter consentit.

Resp. quod licet gra a Deo collata fuerit, tunc quoad vires in utroque equalis, at fuit inequalis in rone beneficij, siquidem maius beneficium fuit eandem portionem gratie conferre, quando et ubi erat profutura, et habitura effectum, ut contigit in perseverante, quam cum futura erat inefficax, sine effectu, et ut sic dicam inutilis, ut contigit in succumbente. quare infra omissa maiori distingo minorem, contingere potest quod a mea voluntate oriatur, supposito quod a Deo collatum sit auxilium, quando et ubi previsa e voluntas operatura concedo minorem, secus nego minorem, quare aut sic prebetur auxilij speciale beneficium.

Obijcitur 2° quod per causas naturales naturaliter contingit non e speciale beneficium dei: sed donum perseverantie per causas naturales naturaliter contingit: ergo non e speciale beneficium dei. minorem probo, quia perseverantia contingit quia mors contingit quando ho in gra, sed tunc mors contingit per causas naturales naturaliter (quis enim dicat mortem iusti non ee naturalem nec per causas naturales?) ergo.

Resp. 1° distinguendo maiorem quod per causas naturales etiam contingit non e speciale beneficium, quando in dispositione causarum non intervenit specialis providentia, quando eo tempore et circumstantiis preparantur, quibus plurimum utilitatis providentur alteri, cum possint in alijs disponi, quibus ingens nocumentum inhibiliter afferrent concedo maiorem, secus nego maiorem. in casu autem nostro specialis et paterna cura intervenit in morte per-

perseverantium in gratia, quae non intervenit in reprobis finaliter labentibus.

Respondeo 2°. in hoc quod est mortem contingere, quando homo est in gratia, duo importare, videlicet quod contingat et quod homo tunc sit in gratia, sumpta causa naturales, natura obtinetur, non sic dum cum pendeat a speciali auxilio gratiae, vel internae illustrationis, et inspirationis, vel externae protectionis qua removentur tentationes quibus infallibiliter iustus sucumberet, repelluntur vel motiva, et quibus certo traherentur ad pecandum, et non permittuntur occultates difficultates pericula et tiranorum tormenta, quibus territus plane retrocederet, qui denim pro desset mors in illo instanti si ante illum ipsum ocurrissent praedictae tentationes suasiones motiva, difficultates et pericula &c. nonne corruisset et perseverasset.

Obijcitur 3°. Ut quis perseveret finaliter saepe non requiritur maior duratio gratiae, quam fuit in eo qui non perseverat finaliter cum plures reprobi conservaverint gratiam per multos dies, imo menses, et forsan annos. praedestinati autem non pauci statim aut paulo post acceptam gratiam vitam finierint, atque ideo obtinuerint perseverantiam finalem per breviorem conservationem quam reprobi. at in non perseverantibus conservatio illa gratiae non est speciale donum et beneficium ergo neque in perseverantibus.

Respondeo posset aliquis cum P. Suario negando minorem ceterum ea concessa, sancte omissa negolentiam quia sicut eadem portio auxilij collata in circunstantijs congruis, ubi est profutura et habitura effectum est maius beneficium quam collata in alijs circunstantijs incongruis, imo minor

portio

potiò ē maius beneficium in circunstantijs opportunis, quam maius in inopportunis, ita eadem rō gratiæ in circunstantijs in quibus ē finalis, maius beneficium ē, quam in alijs in quibus non esset finalis. imo minor duratiò esset maius beneficium, quando futura esset finalis, quam maiò si non sit futura talis.

Obijcitur 4°. quod gratiæ succedat immātē mors aut non succedat ē ei aliquid extrinsecum, sed ex eo quod immātē succedat, aut non succedat ē aut non ē finalis, ergo quod sit aut non sit finalis ē aliquid extrinsecum, sed quod ē extrinsecum non facit maius beneficium, sicut quod ē extrinsecum calori non facit illum eē maiorem.

Rńdetur grām eē aut non eē finalem eē quidem denotationem extrinsecum, nego tamen inde colligi, quod non sit speciale beneficium, quia per aliquid extrinsecum constitui potest in rōne talis. quis enim neget eē maius beneficium dare panem famelico quam saturato, et nihilominus quod famelicus, aut saturatus sit ē pani aliquid extrinsecum.

Exemplum de calore non ē ad rem, quia conceptus caloris ē pure phisicus et ideo crescere nequit nisi per phisicum augmentum illi intrinsecum; conceptus autem beneficij non ē purè phisicus, sed pendet a circunstantijs oīo extrinsecis, & in infinitis exemplis ostendi potest, atque ideo crescere potest grā in rōne beneficij, quamuis non crescat in suo eē phisico et intrinseco. ~~sectiō 6ᵃ. an donum perseuerantiæ~~ sit in oībus æquale.

Sectio. 6ᵃ

An donum perseuerantiæ sit in oībus æquale.

Videbitur equale, quia mors causans perseverantiam e in oibus equalis, nec unus magis moritur quam alius, maiorem vel aut minorem mortem accipit cum consistat mors in indivisibili, nec magis aut minus recipere possit. ex parte etiam dei dantis perseverantiam datur equalitas, cum ex parte sua oibus insufficienter ose rat auxilia ad perseverandum. et quidem de parvulis non videtur dubitandum.

Nihilominus mihi certissimum e non ee equale beneficium in oibus donum perseverantie. videatur Pr Suarez lib. 1o. de gra cap. 5. a n. 5. et cap. 6 a n. 1. movior 1. quia in iis qui diu durant in gra et temporis diuturnitate plures tentationes easque vigentes superant, plura auxilia gratie eficacis concurrunt quam in iis qui urbi tempore vitam finiunt, in quo nulla gra vis tentatio occurrit; cumulus autem ille auxiliorum eficacium maius beneficium e; atque ideo perseverantia que maiori beneficio contingit maius beneficium e.

2o. quia maius beneficium e succurrere homi maximo in periculo constituto et ab eo liberare, quam succurrere non constituto in periculo. ergo quando uni succurrit deus dando perseverantiam ubi erat in maximo periculo labendi si vita duraret, maius beneficium facit, quam cum succurrit alteri, qui non erat in tali periculo, neque esset quamvis vita duraret. ergo perseverantia in 1o erit maius beneficium quam in 2o.

3o. quia in uno ut perseveret plures tentationes amovet deus, pluresque orationes ravit in quibus certissime laberetur, quam in alio. ad eo maius beneficium facit deus isto, quo plures tentationes et orationes

ocasiones avertit ergo maius beneficiū ē in uno, quod perseveret, quam in alio.

4.° quia ut pluribus alijs conservetur iustus in grā opus ē maiori dei protectione, quam ut perseveret paucis diebus, aut horis: sed maior illa protectio ē maius beneficium. ergo maiori beneficio opus ē, ut quis duret in grā pluribus annis, quam paucis diebus atqui alij plures perseverarunt in grā usque ad mortem per plures annos, alij paucis diebus aut horis. ergo inequale fuit beneficium perseverantię.

5.° non oēs perseverantes in grā debent deo agere equales gratias. ergo non oibus fuit beneficium equale perseverantia patet colatia, quia pro equali beneficio equales debentur gratię. ergo si non esset in uno maius quam in alio non deberent agere inequales gratias. ans ostenditur, quia non in oium perseverantia equalia impendit deus, sed plura in unius quam in aliorum; unius enim perseverantia plurȳ extetit quam alia, pluque, ut sic loquar, laboravit deus in una quam in alia. non neplus requiritur ad conservandam in grā nam dese pronam ad malum, et difficilem ad bonum, quam facilem ad bonū et difficilem ad malū? et tamen utriusque generis plures conservavit deus in grā usque ad mortem.

6.° quia perseverantia quia fuit in aliquibus insignioribus predestinatis per confirmationem in grā ut in beata virgine et apostolis (quidam plures alios asignant) non sic in reliquis coīter predestinatis at perseverantia cum confirmatione in grā longe prestantius beneficium ē, quam mera perseverantia. ergo per

perseverantia non fuit in omnibus bene finitis aequalis, sed maius in uno quam in alio.

Haec probant donum perseverantiae non esse in omnibus quoad quantitatem et mensuram aequale addo modo neque esse aequale quoad modum, nam in multis contingit per modum extrinsecae protectionis Dei, qua impediuntur rasiones[?] labendi ad centum tentationes et ob tam vehementem alitientia[?] repelluntur; in aliis per specialem Dei providentiam, qua post necessariam gratiam in vestigio[?] vita terminatur prius quam usus rationis accedat. in aliis per non minorem providentiam, quam post iustificationem privantur usu rationis et incidunt in amentiam perpetuam, in aliis per auxilia interna, quibus Deus confortat animam et auget vires ad extremum usque pugnandum, et daemonis tentationes et suggestiones vincendas. Ex quibus constat nullius esse momenti rationem dubitandi initio tactam.

Sectio 3.a an donum perseverantiae sit in nostra libera potestate, aut a libera pendeat.

Sectio 3.a

An donum perseverantiae sit in nostra libera potestate, aut a libera pendeat?

Triplex est modus dicendi; nam P. Suarez disp. 105. de auxiliis n.o 3. et disp. 107 n. 2 alii que Thomistae docentes, donum perseverantiae consistere in auxilio physice praedeterminante, et omnino praeveniente usum nostrae libertatis ab illo que independenter dicunt absolute non esse in nostra potestate sed esse donum solius Dei, neque aliunde haberi posse nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere, ut perseveranter stet, et eum qui cadit, restituere, ut loquitur Tridentinum sessione 6. de iustificatione

tificatione cap. 13. imo P. Suarez qui auxilia physice praemoventia omnino reijcit, semel et iterum fatetur lib. 10. de gratia cap. 1. donum perseverantiae sumptum pro omnino perseverandi et non pro effectu ipsius esse praeveniens, et a solo deo conferri independenter a nostra libertate.

2°. alij dicunt esse in nostra physica potestate. ita P. Arriaga tomo 2. in sam partem tractatu de angelis disp. 20. sectione 5. sub sectione 3. n. 67. P. Granado in 1a 2ae. controversia 8. de gratia disp. 3. n. 3. P. Belarminus lib. 2. de gratia et libero arbitrio cap. 15. in responsione ad 29 obiectionem, et non semel alibi, alij que perplures. imo non pauci, inter quos P. Granado credunt esse de fide, nec posse in dubium a viro catholico revocari.

An vero sit etiam in nostra potestate morali? aliqui nihil exprimunt; aliqui concedunt, et alij negant. sed qui concedunt loquuntur, quando perseverantia est ad breve tempus, non occurrente gravi aliqua tentatione, ingenti vel difficultate, secus vero quando perseverantia est diuturna, et longissimi temporis, tentationes quae occurrunt plures, valdeque molestae, ac difficultates non levis momenti; nam haec omnia etiam supposito auxilio sufficienti, reddunt perseverantiam moraliter impossibilem nisi deus det extra ordinaria auxilia, quibus nostrae infirmitati copiosius succurrat.

Ante resolutionem suppono nullam posse esse controversiam de parvulis, et perpetuo amentibus; nam cum illi careant libertate, necessum est perseverantiam contingere independenter ab eorum libertate, quasi. Aliqui, pro se afferentes Augustinum, dicunt.

bona

bona opera orones, et preces parentum impetrare a Deo suum infantis iustificationem perseverantiam ingratiae et praedestinationis nihil obest, nam hoc ad summum faciet quod perseverantia pendeat a parentibus non ab ipsis parvulis, qui perseverant, cum tamen hic loquamur quando perseverantia sit posita in libera potestate perseverantis.

Hoc posito dico 1°. Si nulla fiat suppositio collationis auxilii sufficientis ad perseverandum non est in potestate libera iustificati, sive physica, sive morali perseverare in iustitia semel accepta. convenio in hac assertione cum 1a Sa, nec dissentire possunt autores 2c. pr. 1° autoritate Tridentini supra citati, ubi dicit quod (donum perseverantiae) aliunde haberi non potest nisi ab eo qui potest eum, qui stat, statuere ut perseveranter stet. Sian tem esset in nostra potestate nulla facta suppositione, obtineri posset aliunde quam ab eo qui potest eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet, contra concilium.

Pr. 2°. id non est in nostra potestate, nulla facta suppositione, ad quod nulla facta suppositione non habemus in nostra potestate media necessaria sed ad donum perseverantiae, nulla facta suppositione non habemus in nostra potestate media necessaria. ergo donum perseverantiae non est in nostra potestate nulla facta suppositione. Minor pr. quia media necessaria ad perseverandum sunt auxilia sufficientia, quae nisi supponantur a Deo gratiose collata, vel infallibiliter conferenda non sunt in nostra potestate, cum

versum

Usum nostre libertatis preveniant.

Pr. 3. non e in nostra potestate, quod Deus removeat tentationes, quibus resistere non valemus, l. quod crescant auxilia si ocurrant, sed nisi removeantur eiusmodi tentationes, aut crescant auxilia si ocurrant, non possumus perseverare (cum ad perseverandum necessarium sit, l. quod tentationes illę non ocurrant, vel si ocurrant crescant auxilia) ergo nulla facta suppositione non e in nostra potestate perseverare.

4º. id non e in nostra potestate, nulla facta suppositione, quod licet ponamus quidquid possumus, nulla facta suppositione, non ponetur. sed licet ponamus, quidquid, nulla facta suppositione possumus, non ponetur donum perseverantię. ergo donum perseverantię non e in nostra potestate, nulla facta suppositione. minor pr. quia quidquid possumus, seclusa suppositione auxiliorum Dei, e mere nale; perseverantia autem in gra e quid supernale ergo.

Dico 2º. ex suppositione quod Deus det, ut cum de facto dat, auxilia sufficientia ad implenda precepta, et vitanda peccata, removendo tentationes, quę vires auxiliorum eorum superant, l. augendo auxilia, ut eas superare possimus; in nostra libera potestate e perseverare. convenio in hac assertione cum 2ª. sa ei que mo addo S. J. Sol. positis 1ª. 2ę questione 109ª. articulo 10º. dubio 2. et Sts. Augustinus libº. de dono perseverantię cap. 6. sic aientem, perseverantia usque in finem, quam nemo habet quisquam, nisi perseveraverit usque in finem, multi

tiam postulantes, et Leb. de ecclesiasticis dogmatibus cap. 21. Ut non labamur in adepto salutis munere sollicitudinis nostre, et divini pariter adiutorij. Utrumque divino adiutorio per auxilia dicit esse nostre sollicitudinis perseverare. Consentit q. S. Prosper lib. 2. de vocatione gentium cap. 26.

Pr. 1. quia si non est in nostra potestate perseverare, deus non dat sufficientia ad perseverandum; atque ideo non est culpabile, quod non perseveremus, cum culpabile non sit ob illud ad quod non habemus sufficientia et quod non est in nostra potestate, atqui culpabile, quod non perseveremus, siquidem culpabile est, quod a gratia accepta deficiamus ergo in nostra potestate est perseverantia, sed neque vice versa esset laudabile, quod perseveremus, cum non sit laudabile, quod aliunde omnino, et nullatenus a nostra libertate est.

Pr. 2. qui non perseverat, libere non perseverat, ut nemo catholicorum negat. ergo qui non perseverat potuit perseverare pro voluntatem, quia qui libere ponit unum contradictorium habet potentiam ad aliud, - est quod idem est habet in sua potestate aliud, ut manifestum est, et sic ostendo, nam si non habet potentiam ad aliud impossibile est, quod illud habeat, et voluntati necesse quod illo careat et oppositum habeat, siquidem contradictorium impossibilis est necessarium, ergo erit necesse quod non perseveret, ac proinde non perseverantia minime erit libera, sed necessaria; contra suppositum.

Pr. 3. ille habet in sua potestate perseverantia ex suppositione auxiliorum sufficientium, qui ex tali ex suppositione

ex suppositione potest ponere media sufficientia et necessaria ad perseverandum: sed quicunque iustus id potest: ergo habet in sua potestate perseverantiam: minorem probo, quia media sufficientia et necessaria ad perseverandum est impletio omnium preceptorum et vitatio omnium mortalium, sed quilibet iustus ex suppositione auxiliorum sufficientium potest implere omnia precepta et vitare omnia mortalia iuxta illud Ecclesiastes 31. versu 10. qui potuit transgredi et non est transgressus facere mala et non fecit ergo.

Pr 4. hec est bona conditio iustus servat omnia mandata et nullum committit peccatum mortale in decursu vite post acceptam gratiam. ergo perseverat in gratia (cum perseverantia in gratia amitti non possit nisi per peccatum mortale) sed ans est in potestate iusti, supposito quod deus det auxilia sufficientia - ergo et conditio; nam in illius potestate est conditio in cuius potestate est ans. minor pr, tum quia donum perseverantie non necessitat ad operandum, nec tollit libertatem ad precepta implenda et bene operandum; tum etiam quia sic definitum est in concilio Tridentino, et Arausicano 2o. Tridentinum enim sessione 6. de iustificatione cap. 11o dicit, qui sunt filii dei cristum diligunt, qui autem diligunt eum (ut ipse met testatur) servant sermones eius, quod utique cum divino auxilio prestare possunt, et canone 18. si quis dixerit dei precepta homini etiam iustificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia anatema sit. Arausicanum 2 cap. 25. hoc secundum fidem catolicam credimus, quod accepta per baptismum gratia (cristo auxiliante et cooperante) que ad salutem pertinent possint et debeant adimplere, et ideo Mathei 19 dicitur, si vis ad vitam ingredi serva mandata. quod ridiculum foret si mandata

in servare non posset. ~~sectio 8. nonnulla obijciuntur et~~
~~solvo.~~

Sectio. 8.ª

Non nulla obijcitur, et solvo.

Obijcitur 1.º quod perseveremus duo importat, et quod simus in gratia, et quod mors contingat dum in illa sumus: sed quod mors contingat dum in illa sumus non est in nostra potestate, cum non pendeat a nostra voluntate mors in hoc vel illo tempore, sed deus horam pro suo libito prefixerit iuxta illud psalmi 67. versu 21. domini, domini exitus mortis, et Jobi 14. ipse constituit terminos, qui praeteriri non possunt, quibus accedit Augustinus lib.º de dono perseverantiae cap.º 17. ubi sic ait, videte a veritate quam sit alienum negare donum dei esse perseverantiam usque in finem huius vitae, cum vitae huic, quamdo voluerit, ipse det finem. ergo quod perseveremus post necessitatem non est in nostra potestate. patet consequentia quia in illius potestate non est complexum in cuius potestate non est ponere utramque partem complexi, vel saltem illam quae restat ponenda si altera supponatur posita.

Resp. 1.º perseverantiam esse suo conceptu non pendere a morte, si enim concipiamus iustum non esse moriturum et semper in gratia manere, procul dubio conciperemus perseverare in gratia stabilissime, et perfectissime cum autem sit in potestate iusti cum auxilio sufficienti dei, quod omnibus conceditur et nulli negatur semper operari bene et nunquam male, vitando peccata mortalia in potestate iusti est perseverare sive mors sit sive non sit, nam si, ut potest, nunquam mortaliter peccet, quan=

do cumque

dogunque mors alicui de contingat contingat in statu gratie, et iustus perseverabit in illa; atque ideo licet non sit in nostra potestate mori esse in hoc vel illo tempore potest perseverantia.

Respondetur 2. concesso maiori negando minorem. Ut enim supra dicebam, licet non sit in nostra potestate quod mors contingat in hoc vel illo tempore est in nostra potestate, quod supposito auxilio sufficienti quod contingat in statu gratie, quod sic ostendo, Ut in nostra potestate sit, quod mors contingat in statu gratie nihil aliud requiritur nisi quod mors futura sit, et in nostra potestate sit habere gratiam in quocunque instanti, vel tempore mors contingat, sed futura est, sed cum auxilio gratie in nostra potestate est habere gratiam in quocunque instanti, vel tempore mors contingat cum in quocunque possimus ex auxilio sufficienti implere praecepta et non peccare ergo.

Confirmatur quia in quocunque instanti vel tempore mors contingat potest iustus cum auxilio sufficienti conservare gratiam ergo in potestate iusti est quod mors contingat in statu gratie. patet consequentia, quia ut in potestate iusti sit quod mors contingat in statu gratie, nihil aliud requiritur, quam quod possit iustus retinere gratiam in quocunque instanti, vel tempore mors contingat.

Confirmatur iterum a contrario, Ut non sit in nostra potestate perseverare in gratia opus est, quod aliquod instans vel tempus sit in quo possit mors contingere, et nos non possimus retinere, et sustentare gratiam sed nullum est instans, in quo non possimus (ex suppositione auxilii sufficientis) retinere et sustentare gratiam ergo est in nostra potestate, cum auxilio sufficienti perseverare

Objicitur 2°. perseverantia in gratia pendet ab eo quod non ocurrat gravissima tentatio, et dæmonis iniquissima sugestio, qua si ocurreret, vinceremur: sed quod non ocurrat minime est in nostra potestate ergo quod perseveremus non est in nostra potestate. Resp. 1. concessa maiori (quia solum loquimur de perseverantia actuali, non de gratia ad perseverandum) et simul minori negando consequentiam, nam gratia ad perseverandum non pendet ab eo quod non ocurrat ea tentatio, qua si ocurreret vinceremur sed actualis perseverantia, atque ideo solum sequeretur si ocurreret quod vinceremur, et non perseveraremus non vero quod non possimus quia adhuc quando vincimur et non perseveramus possumus vincere et perseverare, 2. si malis distingue claritatis gratia minorem, quod non ocurrat simpliciter non est in nostra potestate concedo minorem, quod non ocurrat vincens nos et a statu gratiæ deturbans non est in nostra potestate nego minorem. Eo autem ipso quod cum auxilio sufficienti sit in nostra potestate quod non ocurrat vincens est in nostra potestate non vinci et perseverare, quamvis non possimus simpliciter impedire quod ocurrat.

Resp. 2. distinguendo maiorem: perseverantia in gratia pendet quoad esse ab eo quod non ocurrat gravissima tentatio concedo maiorem, quoad posse nego maiorem. concedo etiam maiorem et nego consequentiam, nam si non pendet nostrum posse perseverare ab eo quod non ocurrat gravissima illa tentatio quia adhuc ocurrente possumus vincere et perseverare

severare licet vincamur, et non perseveremus non infertur
nos non habere perseverantiam in nostra potestate ex eo quod
in illa non habeamus praedictam tentationem non occurrere
sed solum quod succumbamus et non perseveremus. —

Adverte tamen quod si tentatio
esset adeò vehemens non solum vinceret si occurre
ret, sed nec ei posset resisti, quoniam superaret
nostras vires etiam cum auxiliis interno armatas, te
neretur Deus ut conferret auxilium sufficiens prae
dictae tentationis auferre aut ~~vim~~ mitigare, aliunde
vel vires augere, ne aliàs deesset auxilium suffi
ciens et casus esset inculpabilis, atque inde non
amitteremus per illum gratiam, et perseverantiam. —

Obijcitur 3.o perseverantia in gratia
est speciale Dei beneficium, ut nos ipsi fatemur distinc
tum a collatione auxilij sufficientis ad perseverandum
(cum possit stare collatio auxilij sufficientis sine
perseverantia in gratia) sed non esset speciale benefi
cium Dei si esset in nostra potestate, nam quod in nos
tra potestate est nequit habere rationem beneficij specialis
nec Deo essent ~~habendae~~ ~~essent~~ speciales gratiae, siqui
dem a nobis esset cum esset gratia pro mera nostra
libertate perseveramus.

Respondetur negando minorem quia bene
ficium speciale est, quod Deus nos constituat ubi sit
aeternam mortem vitaturos et aeternam vitam consequu
turos, cum posset in alio loco, circunstantijs et tem
pore in quibus oppositum sit nos facturos, esto possi
mus utrumque quemadmodum beneficium homini praestat,
qui videns illum iam iam se praecipitantem suadet,
et detinet

et detinet ne precipitetur, esto posset, qui precipitatur se non pre-
cipitare, si vellet. Re tamen vera non vellet, sed preci-
pitaretur, si alter non suaderet, nec detineret.

Ad illud de gratiarum ac-
tione dic quod, sicut volens se precipitare debet gratias
agere suadenti, et detinenti, ne precipitetur, ita debet ius-
tus gratias Deo agere, quia sicut ille meretur gratias, quia
sic suadet, ut persuadeat mutare voluntatem, quam ali-
unde non mutaret ita Deus vocat, et suadet, ut persua-
deat perseverantiam, quam iustus non poneret, nisi Deus
opportune vocaret, quamvis posset. Vide que latius dixi
in mea de auxilijs ubi similem questionem de auxilio effi-
caci discutiebam. Sectio 9. an donum perseverantie di-
sterat a confirmatione in gra.

Sectio 9a.

An donum perseverantie differat a confirmatione in gratia.

Suppono 1°. cum patre Suarez
id quod videtur certum donum scilicet perseverantie et con-
firmationis in gra convenire in hoc, quod a 1° instanti, quo inci-
piunt durent usque ad mortem nec in postremum finiantur eo
enim ipso quod alterum finiretur convinceretur non fuisse
confirmationem, aut perseverantiam siquidem non perseveraret
nec hét confirmationis conceptum, quod deficit. imo hinc
videtur colligi non differre utrumque donum, quia per-
severantia infert infallibiliter, et secum afert continua-
tionem gratie, quod est in illa confirmari, et confirmatio
afert perennitatem eiusdem gratie, et perpetuam conserva-
tionem usque ad finem, quod est perseverari, idque docuere

non nulli

non nulli quos sup(r)a c(ita)to nos refert Alvarez disp. 104.a de auxiliis initio.

Nihilominus certum est differre, quod docet co(mmun)is sententia cum Divo Thoma 1.a parte quaestio 3.a articulo 2.o ad 1.um ibi ita ait: Si filii Gehennae non fierent per peccatum, hoc non esset per hoc quod essent in iustitia confirmati, sed propter divinam providentiam, per quam à peccato conservarentur immunes. Nullus enim Theologorum unquam dixit omnes praedestinatos fuisse in gratia confirmatos, certum negare nullus potest omnes eos habuisse donum perseverantiae, sed eximios aliquos et praeeminentes sanctos singulariter privilegiatos, ut fuere beata virgo et apostoli a die pentecostes, Paulus autem a die conversionis, ac secundum aliquos Beatum Joannem Baptistam et Sanctum Joseph.

Difficultas ista est in assignando discrimine inter haec dona. Pet. Vasquez 1.a parte disp. 90 cap. 1 et Per Molina eadem parte, quaestione 14 articulo 13 disp. 18. membro 4. in solutione ad 10.um argumentum docent confirmatum in gratia differre à mere perseveranti, quia ille habet revelationem de sua iustificatione, et perseverantia, hic vero non, atque ideo ultra auxilia separata quibus usque in finem perseveravit, et ultra ipsam perseverantiam in gratia addit confirmatio revelationem.

Alvarez disp. citata de auxiliis vel ultimis docet confirmationem in gratia differre a dono perseverantiae, quia illa constituit maiorem quandam perfectionem intrinsecam in ipsa gratia habituali, donum vero perseverantiae nequaquam. Si autem roges quae perfectio sit ista quam confirmatio constituit in gratia, respondet ex iis ipse dixerat ultra, si quis esse quandam specialem participationem gratiae habitualis patriae, quae secundum nos est altioris rationis quam gratia non confirmandi pro-

quo citat divus Thomas 2a 2ae. questione 24 articulo 7 ad 3um. ———

Pater Suarez lib. 10 de gratia cap. 8. n. 29. (et forsan idem contendunt Pater Belarminus lib. 5. de iustificatione cap. 11. in solutione ad 3um obiectionis, Pater Cornelius a Lapide, et Pater Salmeron) confirmationem in gratia differre a dono perseverantiae solum ut magis et minus ita ut donum perseverantiae sit illa perseverantia quae fit per communem protectionem, et efficaciam auxiliorum; confirmatio vero in gratia sit illa perseverantia, quae fit per singularem et specialem protectionem extrinsecam auxilia quae singularis efficaciae et excelentiae, tametsi neque perseverantia neque confirmatio tollat absolutam libertatem pecandi. ———

Ocamus in 1°. distinctione 41. et ibidem Gabriel articulo 3. dubio 1°. sentiunt confirmationem in gratia differre a perseverantia, quia licet haec importet duratione et persistentiam in gratia non aufert absolutam potentiam pecandi aufert vero illa. atque ideo confirmatio in gratia importat necessitatem non pecandi redditque confirmatos impecabiles. cuius sententiae videntur esse Pater Valentia tomo 2. disp. 8. questione 3. puncto 4. §. 2. (de gratia eficaci) idque expresse docet de Beata Virgine Pater Henrice 1a parte disp. 24. a n. 28 usque ad 35um inclusive et de reliquis eximiis predestinatis, qui in gratia confirmantur, a n°. 36. usque ad 5um inclusive, ubi dicit eodem modo a se defendi confirmationem in gratia aliorum atque Beatae Virginis sitatque pro se Catharinum, et eos omnes, quos posuerat cap. 12. n°. 22. et ego brevitatis gratia praetermitto. ———

Longissimus

Longissimum esset alios modos dicendi referre, id est parum fructuosum cum ad hac [illegible] facile revocentur ego arbitror cum posteriora haec latius melius explicare discrimen confirmationis in gratia et perseverantie per impeccabilitatem inducte a 1° confirmationis instanti, atque ideo perseverantia consistet in ~~[illegible]~~ mera persistentia gratie usque ad finem vite. confirmatio vero in impotentia ad amittendam gratiam per peccatum, que est impeccabilitas aut necessitas ad non peccandum. necessitas autem ad non peccandum duplex est, videlicet phisica et moralis, atque ideo confirmatio in gratia erit duplex phisica et moralis, phisica erit per negationem concursus generalis ad actus peccati, ut volebant Pater Henrice Gabriele olim, (si peccata sint commissionis, aut si pura omissio sit impositus) vel per substractionem assistentie, vel per decretum absolutum et resolutorium retinendi et conservandi gratiam iusti confirmandi, vel ~~t.~~ per premotionem phisicam et alia media que divine sapientie patentia sunt. moralis per auxilia efficacissima intensissimas et ardentissimas inspirationes clarissimas ~~et~~ illustrationes motiva, et obiecta ~~[illegible]~~ vehementissime trahentia ad bonum et avertentia a malo, que reddant oppositum valde difficile de qua necessitate loquitur est Sanctus Thomas questione 24 de veritate, (que est de libero arbitrio) articulo 9. cum dixit qua ita inclinantur in bonum ut de facili peccare non possint. ——

Inter has autem necessitates phisica est prestantior, atque ideo confirmatio in gratia per phisicam necessitatem ad non peccandum longe nobilior est, neque enim dubitet eo esse prestantiorem confirmationem in gratia

in gra, quo longius distat a ruina et casu; longius distat confirmatio perfectionis eg. quam per moralis necessitatis, cum longius distet impeccabilitas physica, quae talis e absolute et simpliciter, quam moralis quae e solum secundum quid, quatenus reddit casum valde difficilem sed non simpliciter impossibilem. Sectio 10a. nostrae sententiae probatio et reprobatio caeterarum.

Sectio. 10a.

Nostrae sententiae probatio, et reprobatio caeterarum.

Proposuimus sectione proxima nostram et alienas sas, has tamen non impugnavimus nec probavimus nostram atque ideo utrumque praestare debemus, et in primis pro nostra sa, quia cum confirmatio distinguatur realiter a mera perseverantia, siquidem haec potest reperiri, et reperitur de facto in pluribus praedestinatis sine illa debet constitui per id quod clarius et distinctius separat et differre facit: at nihil clarius et distinctius separat et differre facit confirmationem a perseverantia, quam impeccabilitas. ergo in hac constituenda e illius differentia.

2°. quia confirmatio e quoddam stabilimentum reddens hominem securum a casu; sed impeccabilitas e quae reddit gratiam securam a casu, cum auferat potentiam ad peccatum quod solum traditur a gra per perseverantiam vel non absolute, sed sub suppositione ergo confirmatio in gra importat in suo conceptu differentiam et proprio impeccabilitatis et quidem, ut l. ipsum nomen prae se fert non dicitur res absolute firmata et confirmata, quando absolute cadere et deficere potest ergo ut gra dicatur absolute,

confirmata

confrata. debet absolute non posse cadere et deficere ac deficere et cadere non posse fit per impeccabilita[tem] ergo.

Pr. 3. quia ratio c[on]firmationis [in gratia] posita nec aufert libertatem sufficientem ad meritum ut constabit ex dicendis inferius, et valde consonus est dignitati eximiorum predestinatorum, quibus tale donum conceditur, quandoquidem ea ratione longius distant a ruina et sequiorem redduntur a lapsu: ergo hac ratione confratio in gratia, et illius differentia a dono perseverantiæ explicari debet.

Pr. 4. quia ceteræ sententiæ non videntur sufficienter explare hanc rem, nam 1a P. Pelline et P. Vasques ex eo impugnatur, quia valde incertum est et prorsus dubium, ac sine fundamento sufficienti asseritur omnes confratos in gratia habuisse talem revelationem. deinde quia aliter detur non tam spectabit ad donum ipsum perseverantiæ et confirmationis in gratia, quam ad reddendum securos prædestinatos in sua apprehensione, et a tollenda anxietates et dubitatione, quibus solent concuti; et principalius, quia non omnes confrati in gratia habuerunt talem revelationem, siquidem omnes apostoli confrati fuere in gratia ex doctrina communi patrum et scholasticorum, et tamen Paulus illam non habuit cum dicat 1a ad Corinthios 9. versu 27. castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicavero ipse reprobus efficiar. certe si habuisset revelationem de sua perseverantia non erat cur timeret de casu neque ad Filipenses cap. 3. versu 11. et 12. ea dubitatione de perseverantia

Hilerantia et consequutione premij loquebatur. si quo mo occurram ad resurrectionem, que est ex mortuis ~~multo~~ non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem si quo mo occurram. neque 1a ad Corinthos iam sitata, (sed cap. 4. vers. 4.) de sua iustificatione incertus foret dicens, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

2a. Magistri Alvarez ex eo impugnatur, quia gra patriæ et gra viæ non sunt diversæ rationis seu diversæ speciei imo est una et eadem quæ in eodem statu perseveriat atque ideo non potest una esse intrinsece perfectior ex participatione alterius. præterquam quod non explicat Alvarez quinam sit ille modus gratiæ altioris patriæ, aut in quo consistat quod si dicat consistere in perpetuitate et inamissibilitate hoc habet gra viæ per impeccabilitatem, sed et hæc inamissibilitas est extrinseca gratiæ confirmati et non perfectio intrinseca. ut volebat Alvarez, alias gra confirmati esset diversæ rationis a gra reliquorum iustorum, quod non est dicendum.

3a. Patris Suarez ex eo impugnatur, quod auxilia et protectio, quibus perseverantes in gra non tamen confirmati perseveriant non sunt in omnibus æqualis efficaciæ, et æqualis intentionis et perfectionis, atque ideo in alijs sunt maiora, in alijs minora. ergo intra sphæram non confirmatorum qui perseveriant, distinguuntur in protectione et auxilijs ad perseverandum collatis potiores magis et minus. non ergo confirmatus differt a mere perseverante per se sicut potiores magis et minus. ~~quod~~

Quod

Quod si dicat 1.º P. Suarez non quemcunque excessum sufficere ad confirmationem petendum abscurit quantus debeat esse quantaque sit mensura auxiliorum ut constituat confirmationem facile erit hoc assignare cum solido et sufficienti fundamento, quod si dicat eiusmensuram efficaciae auxiliorum et divinae protectionis ad confirmationem in gratia debere esse eam quae sufficiat ad necessitandam moraliter voluntatem, iam fiet voluntas iusti confirmandi moraliter impeccabilis, ruebiturque praedictus autor ad tertiam partem nostrae sententiae de confirmatione in gratia minus perfecta. – Sectio 11. – aliqua obiiciuntur et dissolvuntur. ———

Sectio 11.ª

Aliqua obiiciuntur et dissolvuntur.

Obiicies 1.º ex P.e Suarez nostra sententia videtur esse contra generales regulas scripturae de singulis iustis, qui salvantur generaliter dicitur Ecclesiastici 3. qui potuit transgredi, et non est transgressus facere mala et non fecit, ac rursus apocalipsis 3. tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam, nos autem asserimus confirmatos nec posse transgredi, nec amittere coronam, cum necessitentur ad non peccandum et ad perseverandum in gratia. Adde quod deberent dicere in oratione dominica, adveniat regnum tuum et ne nos inducas in tentationem sed libera nos a malo. [illegible] autem essent illae petitiones in nostra sententia, cum nullam contingentiam habeant confirmati in consecutione regni, et certum sit a malo

a malo liberandos, ne tentationibus vincendos. —

Rtur nequaquam nos adver sarii scripturae regulis; nam quae in obiectione adducuntur non loquuntur de specialissime et singularissime prae electis per confirmationem in gratia. alias etiam beata Virgo comprehenderetur, quod adversarij negant, sed de communiter iustificatis. Nec illae petitiones domini quae sunt otiosae, quia cum non eo ipso quod confirmati sint habent certitudinem de sua confirmatione per divinam revelationem quamdiu hac carent, timere de se debent, et non deo auxilium petere, quibus petitionibus cum bonae liberae, et in gratia factae sint augent meritum, et coronam, ac proinde utiles, et non otiosae sunt. —

Obijcies 2°. Si confirmatio importat impeccabilitatem confirmati necessario salvantur, et non liberè, aut contingenter, inde nec liberè implebunt praecepta, cum non ita impleant, ut possint non implere, quod est tollere meritum, sine quo in adultis non datur corona. Ergo ut reddamus confirmatos impecabiles ab illis auferimus gloriam meritorum. —

Rtur optime posse cohaerere libertatem ad merendum cum necessitate ad non peccandum, ut videre est in christo, sed qui suis meritis redemit humanum genus, nec tamen peccare potuit, quare dico, — quod in priori loco argutum inferebat nempe confirmatos in gratia necessario (physice, aut moraliter prout fuerit necessitas ad non peccandum) salvari et non liberè quantum ad substantiam salutis, nego tamen quoad intensionem quantitatem et modum, nam licet eis non sit liberum salvari, et non salvari, est liberum salvari per tot et tanta merita, per pauciora, vel plura, et consequenter tanta vel minori beatitudine. —

ad

Ad id quod de impletione præceptorum subinferebatur dic non sibere implere quoad substam nude acceptam, sicut, neque Christus hac rone libere implevit admisso præcepto, sed quoad circunstantias motiva, tempus, individua, intensionem etta. Itaque aliter quoad substam et indictam circunstantijs intensione motivo, etta quia possent anticipare impletionem intra tempus habile, implere ex nobiliori motivo propter fines altiores, et perfectiores nimio connatu, et intensione, quæ oia dignissima sunt premio, et corona cum sint valde meritoria, imo sæpe circunstantiæ motiva fines, et intentio tales sunt, et eorum meritum maius sit, quam substantiæ operis tam longe abest, ut tollamus gloriam merendi, nec opus e amplius in hac ma detineri, cum expedita fuerit in superioribus.

Objicitur 3º. Paulus habuit revelationem de sua æterna salute, et perseverantia in gra: ergo et reliqui apostoli, et confirmati in gra, siquidem a Paulo, qui videbatur eam non habuisse argumentabamur ad cæteros: ergo confirmatio addit supra perseverantiam revelationem, per quam differentias pr ex ipso Paulo ad Romanos 8. quis ergo nos separabit â charitate Christi certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque creatura alia poterit nos separare â charitate dei, quæ e in christo Jesu. ad Thimotheum 1. scio cui credidi, et certus sum, quia potens e depositum meum servare. 2a. ad Thimotheum 4. Bonum certamen certavi cursum consumavi, fidem servavi in reliquo deposita e mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex etta. Ad Thesalonisenses cap. 4. deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo in aëra, et sic semper cum domino erimus

mus. Hæc enim omnia a Paulo sciri non poterant tanta certitudine sine revelatione.

Respondetur 1º quod licet probaretur ex ijs locis revelatio Pauli de sua salvatione, et finali perseverantia non probaretur eam revelationem esse constitutivum perseverantiæ. Respondetur 2º, quod licet probaretur Paulum habuisse revelationem dictam, quando eas epistolas scribebat, non per illas habuisse a puncto confirmationis in gratia. Respondetur 3º Paulum ea dixisse ad ostendendam firmissimam spem, et fiduciam moraliter certam fundatam in testimonio conscientiæ bonæ non in revelatione. Et ideo ubi Paulus certus sum. Sanctus Hyeronimus epistola ad Algasiam questione 9ª et sanctus Ambrosius ad eum locum: legerunt: confido: pro quo etiam citat Pater Cornelium. Augustinum libro de moribus ecclesiasticis capitulo 12. mitto, quod locus ex epistola ad Thessalonicenses explicat à Patre a Herice in sententia minore favente adversarijs. questio 18. de dispositione in generali requisita ad gratiam sanctificantem. Sectio 1ª premittuntur aliqua ad lucem questionis.

Questio 18.

De dispositione in generali requisita ad gratiam sanctificantem.

Sectio 1ª

Premittuntur aliqua ad lucem questionis.

Primo premittendum est ex divo Thoma 1ª 2æ questione 112ª articulo 2. in solutione ad 2um et ex communi doctorum duplex esse genus dispositionis, alterum proxime et immediatæ, alterum mediatæ, et remotæ. Proxima, et immediata est,

quam

quam immate, et infalibiliter subsequitur fra; Remota vero, et mata, quae reperitur absque forma, seu inter quam, et introductionem fre aliquid mediat. Unde quidam dispositionem proximam appellarunt necessitatem qua quasi cogit ad introductionem formae; remotam vero non necessitatem, quia adhuc cadat à non ē necesse, quod introducatur forma. Haec divisio quamvis non his terminis reperitur in sacrâ scripturâ, et in Tridentino, cum enumerent plures actus disponentes ad grām sed non sufficientes, et alios qui sufficiunt, et semper coniunguntur cum illa.

§ Praemittendum 2º. aliquos actus ēē dispositionem proximam, et immatam intra sacramentum, matam vero, et remotam extra illud. Et videre ē in actibus attritionis, qui intra sacramentum sunt dispositio sufficiens et proxima ad iustificationem minime vero extra illud, atque ideo atritus intra sacramentum coens infalibiliter gram, secus vero extra illud.

§. Praemitendum 3. quaestionem non procedere de parvulis nam de his constat iustificari absque propria illorum dispositione ideo divus Thomas in 4 distinctione 17. quaestione 1ª articulo 2. dixit in illis qui non per propriam voluntatem culpam incurrunt, et usum voluntatis non habent non exigi ex parte eorum aliquam praeparationem sicut de pueris in baptismo patet, id que colligitur ex sacra pagina deuteronomii 1. et ad Romanos 9. ubi sic dicitur, ante quam quidquam boni, vel mali egissent. Et supponit tridentinum, si perpendantur quae tradit sessione 6. de iustificatione capite 5º. et 6º, et sessione 7ª. canone 13. de baptismo tradunt que Sanctus Bernardus epistola 77 ad Hugonem et sermone 66. in cantica. Sanctus Augustinus in multis locis lib. 1. de peccatorum meritis cap. 29. 35 et 36. lib. 3. cap. 12. et epistola 57. tomo 7.

Rō ē, quia infantes sunt in capaci

capaces talis dispositionis carent enim libilitate (quae necessaria est, ut se disponant iuxta catholicam sententiam, et dicenda infra) nec habent (experientia teste) ullam cognitionem et notitiam dei; nec quae circa ipsos fiunt percipiunt nec baptismum obstant aut in illud consentiunt sed manibus et pedibus ipse reluctantur unde iure optimo inter hereticos computantur Maiorali ~~quidquid quaes. l. alter vellit allegato toto in 4. distinctione 15. quaestione 1a articulo 2~~ (sic dicti a George maiori lovanii ante signano) asserentes etiam infantes non posse iustificari absque proprio bono opere quod dissonantur videantur Patres etc. lib. 10. Bellarminus et alij.

Praemittendis 4. quaestionibus procedere de potentia ordinaria non de absoluta de hac enim res est facilis (quidquid vanes l. alter vellit allegato toto in 4. distinctione 15 quaestione 1a articulo 2.) nam deus non adstringitur naturae dispositioni ut gratiam inducat, neque per se et physice ab ea pendet aut in eo quod non disposito infundat gratiam potest ostendi aliqua implicatio et repugnantia ergo atenta potentia dei absoluta nulla requiritur dispositio ad infundendam gratiam.

Adde quod non extrictius requiritur dispositio ad gratiam, sed forsan magis late quam ad formam substantialem ergo sicut potest deus de potentia absoluta producere formam substantialem sine dispositione iuxta dicta in physica poterit gratiam. atque ita sentiunt Patres Vasquez Montesinos curiel Granados Praepositus Becanus Enriquez Vega Vallesomenez a Medina, Ricardus Caietanus et alij. Suarez et quae tractatur a doctoribus.

procedit

Procedit igitur quaestio de adultis et non de quibuscunque sed de rationis usu pollentibus, nam perpetuo amentes computandi sunt quoad hoc inter infantes, qui per Baptismum iustificantur, et quamvis, ~~et quamvis~~ ab hac controversia excipiant aliquem Adamum, Evam et angelos eo quod speciali modo fuerint iustificati videlicet nullo in illis praecedente peccato mortali, non est cur excipiantur cum quaestio possit in illis locum habere et generaliter disputari. Sectio 2. de facto et secundum legem ordinariam requiritur dispositio ad gratiam sanctificantem.

Sectio 2ª

De facto, et secundum legem ordinariam requiritur dispositio ad gratiam sanctificantem.

Hanc conclusionem non admittunt Calvinus, Luterus, Chemnitius, Melanchton et qualtes existimantes nullam praeparationem seu dispositionem requiri ex parte hominis, nam licet actus praeexigant non eos praeexigunt ut dispositiones, et praeparationes ad iustitiam (quod adeo verum est Luterus dixerit peccare mortaliter hominem faciendo quod in se est, ut se ad iustitiam praeparet) teste Roffensi articulo 37° de quo Bellarminus lib. 1° de poenitentia cap. 12° et 12°. Suarez lib. 8 de gratia cap. 6 n. 4. et alii.

Nihilominus de gratia infundenda adultis post baptismum immortalem esse de fide et sine errore negari ~~non~~ potest, atque adeo illi tenent omnes catholici, Roffensis et Suarez, nysi citati sed hic ultimus n. 6. et sequentibus et cap. 5. per totum idem quod tetigerat lib. 7. cap. 15 n. 25. Pet. Vasquez 1ª 2ª in commentario ad 112um

ad 112um articulo 2°. Secundo, et tota disp.e 139a et 1a parte disp.e 91a. Montesinos ad dictam quaestionem 112am Divi Thomae articulo 2°. in commentarijs Martinus n.° 3. Berlaminus ubi supra Meratius tractatu de gratia disp.e 8. sectione 1a n.° 3. Arauxo tum alibi, tum lib.o 1. de auxilijs disp.e 33. conclusione 1a et 2a. Becanus 1a 2ae [illegible] tractatu 4. cap.e 3. quaest.e 3. Brisldus Ulga Tapletonus et alij.

Pr. 1° ex Sacra scriptura ecclesiastici 2. n. 20. qui timent Deum praeparabunt corda sua et in conspectu ipsius sanctificabunt animas suas. Ezequielis 18. versu vigessimo 1°. si impius egerit paenitentiam vita vivet. primo Regum septimo versu 3: si in toto corde vestro revertimini ad Dominum auferte deos alienos de medio vestri Baalim, et Astarod et praeparate corda vestra Domino. Amos 4. versu 12 postquam haec fecero tibi praeparare in occursum dei tui. Zachariae 1°. versu 3. convertimini ad me et ego convertar ad vos. Apocalipsis 3. versu 20. Siquis aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, ut multa alia loca omittam.

Pr. 2° ex concilio Tridentino sessione 6. de iustificatione cap.e 5.° ubi eidem gratiae libere assentiendo et cooperando disponantur et cap. 6. disponantur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia etc. et cap.e 7. hanc dispositionem seu praeparationem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio et [illegible] iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram quam spiritus sanctus partitur singulis prout vult et secundum propriam cuiusque dispositionem, et canone 4 siquis dixerit liberum hominis

arbitrium

arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac praeparet etc. anathema sit. Vide etiam canonem 3um.

Probatur 3o ex Sanctis Patribus nam 1o. Sanctus Thomas 1a 2ae quaestione 112 articulo 2 ait, quod exigitur ad gratiam aliqua praeparatio, quia nulla forma potest nisi in materia recte disposita. Deinde Sanctus Augustinus sermone 15. de verbis apostoli haec habet qui fecit te sine te, non iustificat te, sine te. et expresse Sanctus Cyprianus libro 2. epistola 2a aliique non pauci quos brevitatis causa praetermitto.

Probatur 4o ratione, quia ex pluribus eandem concionem audientibus quidam convertuntur ad Deum, quidam in peccato perseverant. Ex pluribus gentilibus evangelium audientibus quidam fidem suscipiunt, et iustificantur aliis in infidelitate iacentibus. Sed haec non proveniunt ex parte Dei, cum praesto sit omnibus, ut gratiam consequantur, nec perditio hominis ex ipso, siquidem per ipsum non stat, quominus iustificentur: ergo provenit ex parte hominum, quia qui convertuntur, se disponunt cooperando divinae gratiae, ut necessarium est; non vero ii qui in peccato, et in infidelitate perseverant.

Probatur 5o ex quadam congruentia, quia cum gratia sanctificans se habeat in ordine supernaturali, sicut forma substantialis, seu natura in naturali congruum fuit, ut Deus non infunderet gratiam sine dispositione praevia, sicut non producit formam substantialem, nisi sit subiectum dispositum: sic enim illa fiunt magis accommodate ad modum communem, et naturalem, quin ex hoc derogetur ulla ex parte dignitati gratiae, aut ordinis supernaturalis.

Probatur.

Probatur 6º ex Patre Suppo-sito, quia de facto per gratiam Deus admittit homines ad suam amicitiam, et adoptat in filios modo explicato in quaestione praecedente, et magis conforme naturae rerum, quod ipsi libere consentiant, saltem virtualiter se praeparando, et eliciendo actus liberos, ad id petitos, et non inviti trahantur. Confirmat Recentior, quia homo per peccatum avertitur a Deo: ergo iustum est, ut libere reditum a peccato, ut possit gratiam comparare, quod est ad illam se disponere.

Aliqui superiorem conclusionem volunt extendere ad eos qui iustificantur nullo praecedente peccato, quales fuere Beata Virgo, Adamus, et Eva, sed restringendam ad solos peccatores peccato actuali, cum sunt iustificandi. Arbitrantur enim aliquos sine praevia dispositione accepisse gratiam sanctificantem, sed tenent Suarez, et plures alii universe etiam eos, qui non peccaverant praevie fuisse dispositos ex divino auxilio ad gratiam sanctificantem, atque ideo de facto praerequiri dispositionem in omnibus. Probatur, quia hoc est congruentius doctrinae divi Thomae universaliter loquutioni, et quia rationes factae generales sunt ad omnes iustificandos, ideoque non est cur excipiantur aliqui.

Sectio 3ª

Objectiones Solutae

Objicitur 1º dispositio debet recipi in subiecto formae, sed ut gratia infundatur animae non requiritur dispositio in anima: ergo absolute non

requiritur

requiritur dispositio: patet consequentia, quia si requireretur, utique in subiecto gratiae, quod est anima: minorem probo, quia non est alia dispositio, nisi actus intellectus, et voluntatis, puta fidei contritionis etc. sed sic est quod autem actus non recipiuntur in anima, sed in intellectu, et voluntate.

§ Respondetur 1° maiorem esse dubiam, nam multi in Philosophia, docent dispositionem ad formam recipi in quantitate, et formam in materia, nec oportere esse, quod in materia recipiente immediate sit dispositio, sed sufficere, quod mediate, quatenus in materia recipitur immediate quantitas, et mediante quantitate dispositionem recipi in materia eodem modo diceret in praesenti dispositionem ad gratiam recipi immediate in anima, quatenus immediate recipiuntur in potentiis vitalibus quae immediate sunt in anima. Respondetur 2° id verum esset de dispositione physica, secus non de morali, qualis requiritur ad gratiam iuxta dicenda inferius. Respondetur 3° ab iis qui potentias non distinguunt realiter ab anima, et si distinguerent adhuc dicunt actus vitales recipi in illa dispositione ad gratiam esse in eodem subiecto reali, neque in anima atque ideo concessa maiori negant minorem illiusque probationem.

Obiicitur 2°: ad habitus non requiritur praevia dispositio in subiecto connaturali, vel immateriali. Ergo nec in gratia sit habitus nulla dispositio nec quoque erit ad illius infusionem. Patet consequentia, quia nihil speciale videtur reluceere in gratia prae aliis habitibus supernaturalibus quod cogant ipsi prae aliis concedere praevia dispositione: antecedens ostenditur, quia habitus supernaturales sicut per nos pro, et aliquando non requiritur praevia dispositio. ac praeterea quia a gratia sanctificante dimanant habitus virtutum infusarum quin gratia ad eos producendos praeexigat dispositionem.

Respondetur ad habitus non requiri ex natura rei praeviam dispositionem (id quod solum conducunt antecedentis probatione adducta) aliquando tamen requiri ex divina ordinatione quod legitimam esse volunt in gratia neque ipsi

que

quae pendent ex divino beneplacito et mera illius voluntate, urget paritas: potuit enim ad unam speciem habitus praerequirere cum dispositione et non ad alias, atque ita derelictis colligimus ex fundamentis supra adductis praesertim de [illegible] ex autoritate.

Objicitur 3° in concilijs et sacra pagina Deo et non nobis tribuitur iustificatio, sed si requireretur praevia dispositio ex parte nostra ad recipiendam gratiam non soli Deo tribueretur iustificatio, sed etiam nobis cum ultimo disponentis subiecto adscribatur introductio formae; ergo ad recipiendam gratiam non requiritur praevia aliqua dispositio ex parte nostra.

Respondetur etiam opera bona supernaturalia et conversionem in peccatoris Deo atribui in Sacra Scriptura et nihilominus certum est cuique catholico opera supernatualia et conversionem a nobis etiam esse et non a solo Deo; quare dicendum est Deo utrumque atribui, et non nobis, quia ut notavi in materia de auxilijs, Deus est praecipuus autor, et principaliori adscribitur opus, ut domus aedificatio arquitecto quamvis etiam cooperentur et simul construant officiales inferiores. Deinde quia Deus est, qui suis illustrationibus et inspirationibus suadet consulit, movet, hortatur, et inclinat, adeo quod oportune ut consensum impetret et sic moventi suadentique ut consensum impetret opus adscribitur, ut omittam, quae loco allegato dixi.

Objicitur 4°. Ut infantibus etiam, si adulti sint a Deo peccatis originalis, infundatur gratia nulla requiritur dispositio, sed nulla praecedente iustificantur ut nos supra tanquam certum supposuimus ergo gratia

ex-

ex. et nullam dispositionem prae exigit atque ideo ubicumque potest infundi, sine dispositione. Ultra concessoanti distinguendo cons. ergo ex se praecise nullam exigit dispositionem, concedo consequentiam, ut subest divinae dispositioni et legi decernenti pro suo libito non conferre gratiam nisi secundum illam disponenti nego consequentiam. hoc enim duntaxat hic contendimus, non sum quod inferius discutiemus. sectio 4am disp.o ad gratiam requiratur phisice et ex natura rei, l. solum moraliter ex divina ordinatione. ——

Sectio. 4a

An dispositio ad gratiam requiratur phisice, et ex natura rei, l. solum moraliter, et ex divina ordinatione?

Requiri phisice et ex natura rei docuere non nulli citantes pro se Sotum in 4. distinctione 5 quaestione 1a articulo 2. sed cuius opinio est contraria quam docent Patres Becanus tomo 1o in 2a tractatu 4. capite 3. questione 3. Pater Praepositus 1a 2ae questione 112 articulo 2. et ibi alibi Pater Suarez lib. 8. de gratia cap. 5 n. 7. et cap. 6. n. 8. Pater Vasquez 1a 2ae disp. 207a cap. 3. n. 17. et 1a parte disp. 43a cap. 1o. n. 4. Medina, Sumel, Torres, et alii. Probatur 1o quia quod phisice et ex natura rei requiritur ubicumque reperitur non violenter, requiritur. sed gratia reperitur et non violenter sine dispositione. ergo dispositio ad gratiam non requiritur phisice et ex natura rei, sed ex divina ordinatione. maior inductione probari debet. minorem ostendo, quia in infantibus est gratia sine dispositione

ne et violentia.

Pr. 2.º dispositio illa non requiritur phisice et ex natura rei, quae non requiritur actualiter phisice existens, dum introducitur, seu producitur forma, sed dispositio ad gratiam non requiritur actualiter phisice existens, dum introducitur seu producitur gratia ergo non requiritur phisice et ex natura rei. minor probatur, quia accedens ad sacramentum paenitentiae dispositus accedit, et cum fructu recipit, si ante fuit attritus, esto actu dum recipit sacramentum non habeat phisice attritionem. atqui antequam baptizaretur fuisse dispositus, vite accipit baptismum, si non retractavit dispositionem, quamvis tempore baptismi non existat ~~dispositio~~ phisice, sed moraliter.

Confirmatur, quia illa dispositio non requiritur phisice et ex natura rei ad formam, quae non requiritur praecise ratione entitatis independenter a quavis denominatione extrinseca sed actus qui sunt dispositio ad gratiam non requiruntur praecise ratione entitatis independenter a denominatione extrinseca talibus tatis, siquidem in amente et dormiente non disponunt ad gratiam, nec illam influunt, qui si liberi forent, disponerent et influerent. ergo non requiruntur ex natura rei ut phisica dispositio, sed tantum moraliter et ~~ex~~ divina lege.

Probatur 3.º per Suarez quia dispositio phisice necessaria ad formae introductionem, solet esse necessaria ad conservationem illius in subiecto (saltem quoad substantiam suam, sive quoad aliquem gradum minimum) atqui gratia nullatenus indiget dispositione

positione in aliquo gradu ad sui conservationem in aia ergo ea dispositio non e physica, seu physice necessaria ad suam introductionem.

Probat 4.o actus supernatis non e dispositio physica ad proprium habitum, non enim actus fidei supernatis e physica dispositio ad habitum fidei supernalem, neque actus dilectionis dei superioris e physica dispositio ad habitum caritatis. ergo multo minus possunt isti actus (aut aliqui quinque supernales) ee dispositio physica ad habitum gratiae sanctificantis; coln tiam probat, tum quia actus proximius disponit ad habitus proprios, quam ad coln, tum etiam, quia habet maiorem proportionem cum illo cum sint in eodem subto proximo.

Probat 5.o idem autor quia dispositio physica recipitur in eodem subto cum forma, sed dispositio ad gram non recipitur in subto gratiae ergo dispositio ad gram non e physica, sed moralis. ais supponitur ex physica. minor pr, quia dispositio ad gram sunt actus infra numerandi, qui recipiuntur in potentiis gra vero in aia. ergo.

Quare concludendum dispositiones ad gram solum requiri ex divina ordinatione et lege decernente non infundere gram, nisi taliter disposito. qua ordinatione et lege seclusis optime posset gra infundi animae absque illa dispositione, sicut qualitates alias habitus supernalis, si ut bene per suarez. connale ordinis attendamus debetee orio prior suo actu, sicuti dependet ut potentia illius, cum autem praecedit fit modo praeternati physice loquendo, et litti modo

modi transmutatio fit propter congruitatem aliquam moralem. Sectio 5. aliquae obiectiones adversus dicta.

Sectio 5.a

Aliquae obiectiones adversus dicta.

Obiicitur 1.o Sanctus Thomas qui 1a 2ae quaestione 112. articulo 2. ita ait praeexigitur ad gratiam aliqua praeparatio, quia nulla forma esse potest nisi in materia recte disposita. Et 1a parte quaestione 12a articulo 5. ait quod elevatur ad aliquid quod suam naturam excedit oportet ut disponatur aliqua dispositione, quae sit supra suam naturam. Si ergo ex mente Sancti Thomae praeexigitur dispositio ad gratiam, quia nulla forma esse potest nisi in materia recte disposita, sicut materiam esse recte dispositam requiritur ex natura rei et physice ad formas, ita atque esse dispositas requiritur ex natura rei et physice ad gratias idemque contendit in posteriori loco.

Respondetur divus Thomas in priori loco ... congruentiam ex formis physicis ad gratiam non praecise sub ... generis et proportionem, quatenus dicit quod requiratur aliqua (non eadem ac illis) dispositio ad gratiam, hec congruentia in eo quod ad omnes formas substantiales physicas requiritur physica dispositio ita ut nulla esse possit, nisi in materia recte disposita: atque ideo licet non requiratur physica dispositio ad gratiam requiritur aliqua.

In posteriori autem loquitur de dispositione per modum actus primi, et perinde est ac dicere, in quo elevatur ad aliquid supra suam naturam exigere aliquam dispositionem supernaturalem, quo reducitur et elevatur. Dic praeterea Sanctum Thomam non ibi asserere, quod requiratur dispositio ex natura

ex na rei, sed oportere ut disponatur dispositione ali qua supernali, quod libenter concedimus, atque ideo fateamur a Deo ita factum esse dispositis ingredienti providentia.

Obijcitur 2. per infusionem gratiae non potest tolli peccatum habituale, quod morale est, et solum moraliter opponitur illi. sed privatio gratiae, quae physice opponitur. ergo ut tollatur peccatum habituale ex na rei requiritur praevia dispositio, qua expellatur peccatum ut gratia infundatur. Resp. negando ans. supra ostendimus gratiam expellere peccatum habituale, et cum illo habere oppositionem physicam, nec opus esse aliqua alia post infusionem gratiae ad mundandum subiectum a peccato habituali. adde quod si per dispositionem praeviam expelleretur peccatum, iam supponeretur expulsum ex na rei, quando adveniret gratia, atque ideo per hanc non expelleretur formaliter, quod falsissimum est.

Obijcitur 3. non potest homini infundi gratia, nisi diligatur a Deo; sed non potest a Deo diligi, nisi prius reddatur dignus eo amore, et nisi prius per propriam dispositionem proportionetur et reddatur diligibilis ergo non potest ei infundi gratia, nisi praecedat in eo dispositio. forsan aliquis dicet hoc argumento solum probari, quod requiratur dispositio non ex na gratiae, sed ex ra divinae dilectionis.

Sed dicitur melius a Deo quidem diligi hominem, cum ei infunditur gratia, ad eum autem amorem non requiri necessario, quod praecedat homo dignus, sed sufficere quod constituatur dignus per quo suppone idquod in superioribus tetigi videlicet semper debere esse personam dignam amore divino quando a Deo diligitur, sed non semper diligi a Deo, quia supponitur digna, sed nunc diligi

diligi, quia alias e digna, nunc quia diligendo illam reddit dignam, Ut optime s. D. Thomas a me alibi citates.

Objicitur 4º peccatum ab hoë commissum semper perseverat quandiu ab illo non retractatur ergo ex natura rei et quasi sic ē requiritur retractatio Ut remittatur, at retractatio ē dispositio ad gratiam. ergo dispositio ad gratiam ē necessaria ex natura rei, et non solum ex lege extrinseca ac dispositione Dei, Dicitur quod alibi etiam respondi Ut peccatum perseveret non satis ee, quod non retractetur a peccatore, sed Ulterius requiritur quod non condonetur liberali Dei condonatione, l. non extinguatur per dispositionem qualem diximus ee gratiam. atque ideo hęc non pendet ex natura rei a dispositione, etiam Ut remittat seu Ut extinguat peccatum. Sectio 6ª an dispositio ad gratiam presertim proxima, debeat ee libera.

Sectio 6ª

An dispositio ad gratiam presertim proxima debeat esse libera.

Supponendum ē ante resolutionem, sermonem hic ee de vera et propria dispositione, quam Deus ab hoë petit et spectat, Ut illum iustum efficiat, hanc enim solam Ut bene agnotavit Suarez consentaneē ad modum loquendi scripturę et patrum dispositionem, seu preparationem ad iustitiam et iustificationem vocamus.

Quo premisso dicendum ē dispositionem presertim proximam ad iustificationem et gratiam debere ee liberam. hęc assertio ē de fide, et ideo illa

admittunt

admittunt doctores chatolici videantur P. Suarez lib.
8. de gra cap. 8. a n. 3. et P. Praepositus 1a 2e
questione 112 articulo 2. et questione 113 articulo 3.
vide notandum 2. ultimum omittamus, quia ob
referre onerosum esset, nec video necessarium.

Pr. 1o ex sacra scriptura nam
si dicitur Ezequielis 18. versu 21 si autem impius
egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis etc. vita vivet
etc. Zacarie 1o. versu 3. convertimini ad me ait domi
nus exercituum et ego convertar ad vos (quibus similia
habentur Joelis 2. versu 12) apocalypsis 3. versu 20.
si quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, et adhuc
ei docent tertiam verba Luce 13 versu 5. sed si poe
nitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis, ergo sacra pagina re
quirit dispositionem ad vitam anime, que est gra, et ut
perlandem deus convertatur ad nos, ad nos que intret, quod
agamus poenitentiam, quod convertamur ad deum, quod ianu
am cordis aperiamus. ergo poenitere, converti, et agere,
quod pro dispositione requirit deus, est liberum, et libere
a nobis praestandum. Patet consequentia, tum quia non dicimur
facere quod necessario facimus, tum quia si non libere a nobis
sed a deo id praestandum foret, non a nobis exigeret sed
ipse faceret.

Pr. 2o ex Concilio Tridentino
sessione 6. de iustificatione cap. 5. ubi haec habet: eidem
gratiae libere assentiendo et cooperando disponantur
(vides nos disponi per liberum assensum et cooperatio
nem) et canone 4. si quis dixerit liberum hominis arbi
trium a deo motum et excitatum nihil cooperari libere
assentiendo deo excitanti atque vocanti, quo ad obti
nendam

nendam iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, sit anathema. Ergo ut homo se ad gratiam disponat requiritur concilii liberi arbitrii cooperatione, seu cooperatione liberam arbitrii.

Probatur 3.° quia dispositio requisita in homine ad gratiam non est physica, sed moralis, ut supra ostensum est: sed dispositio hominis moralis est libera: ergo dispositio requisita in homine ad gratiam est libera. Minor probatur quia moralitas dispositionis fundatur in libertate, quia est humana et ineptis libertatem includit, vel supponit, ut ostendam in materia de actibus humanis.

Probatur 4.° si ad iustificationem non requireretur quod dispositio esset libera et elicita a dormiente, vel amente actu contritionis, vel charitatis iustificaretur, quod nec adversarii dicent. Probatur, quia illi daretur ultima dispositio ad gratiam secundum entitatem physicam, et solum desideraretur in illa libertas: ergo vel non est necessaria ad dispositionem, vel in homine illo dormiente daretur iustificatio.

Probatur 5.° iustificatio est homini peccatori libera, alias non culpandus, nec reprehendendus esset peccator, qui diu differt poenitentiam et non vult converti siquidem non per ipsum staret, quominus iustificaretur, cum nec esset in illius potestate disponi ad iustificationem, nec ipsa infusio gratiae, quae a solo Deo procedit, atqui non est libera ratione infusionis gratiae in se, ut modo dicebam, ergo ratione dispositionis, ut non sit aliud in quo libera dici possit, nisi vel in se, vel in dispositione, quae debet praecedere, et quam ultima sit infallibiliter subsequitur. Confirmatur, quia auxilium gratiae,

quo

quo disponimur ad iustificationem non tollit a nobis liber tatem, nec est aliud quod tollat. ergo dispositio requisita est libera. Maior probatur, quia non plus tollit libertatem ad bona opera, quibus disponimur ad gratiam, quam ad altera quibus meremur illius aumentum, minor etiam, quia non assignabitur.

Probatur 6.o ex quadam congruentia, quia peccatum libere committitur ab homine contra deum, ergo merito deus ab eo exigit libere voluntatis dispositionem, et conversionem, ut per eam meliori modo, quo potest, divinae iustitiae pro iniuria satisfacere conetur, et humiliter a Deo veniam petat, promittatque in futurum cautionem; cui accedit quod cum deus per iustificationem admittat, nunc homines ad suam amicitiam, cum non fit ut non invitos et coactos sed spontaneos admittat, est enim necesse, quod amicitia utrinque sit voluntaria.

Ubi advertit 1.er propositus supra allegatus libertatem ad dispositionem requisitam debere esse plenam absolutam et perfectam et non semiplenam imperfectam et secundum quid, quae solum sufficit ad peccatum veniale, quia cum iustificatio sit res maximi ponderis et momenti in dispositione ad illam deus exigit plenam et perfectam advertentiam, qualis etiam in humanis requiri solet in rebus arduis et negotiis maximi ponderis. Sectio 7a quaestionis sequitur.

Sectio 7.a

Argumentorum solutio.

Obiicitur 1.o dispositio 1.a ad gratiam fit

fit a Deo in nobis sine nobis, atque quae fiunt a Deo in nobis sine nobis non sunt nobis libera. ergo sua dispositio ad gratiam non est nobis libera. Maior probatur tum quia si a nobis esset sua dispositio ad gratiam per vires nostras nos ad gratiam disponeremus, siquidem ante eam dispositionem non praecedit gratia, alias praecederet sine dispositione, contra superius dicta; tunc etiam, quia cuius est producere formam est Io ad illam disponere, producere autem gratiam est solius Dei.

Adversarius confundit gratiam sanctificantem, quae requirit praeviam dispositionem cum auxiliante quae talem dispositionem non requirit. Respondeo infra negando maiorem sua gratia auxilians fit a Deo in nobis sine nobis non vero sua dispositio, quia simul cum gratia auxiliante a Deo sine nobis producta eam dispositionem efficimus cooperando. ad eam probationem nego sequelam, quia licet gratia auxilians praecedat sine dispositione habitualis non praecedit sed ad illa per auxilium gratiae excitantis liberae cooperando disponimus.

Ad 2am probationem nego id esse universaliter verum, ut ostendi posset. agens enim creatum disponit ad animam rationalem, et tamen illam non producit, sed omisso quod illius sit dispositionem eam producere cuius est eam producere, non est illius solius sed potest aliquando esse simul alterius, seu qualiter docet Magister Suares videlicet actus disponentes ad gratiam esse dispositionem qualitercumque provenit agentem, et esse sublimiorem quam quae nunc provenit a libero arbitrio, atque ideo licet solius Dei sit producere actus ut est dispositio, quia ut sic procedit a gratia, non est solius Dei absolute, et totaliter producere illum

illy, quia liberum e procedit a nostro arbitrio. Verum hanc solutionem reijcit et impugnat Pater Suarez.

Obijcitur 2.º iustificatio e opus solius Dei at non esset solius Dei, si dispositio ad illam esset libera, ergo non e libera, minorem probo, quia non e solius Dei, quod a libertate hominis etiam pendet ergo si iustificatio penderet a dispositione et haec a libertate hominis iustificatio esset opus hominis et non solius Dei, si ad dispositio ad illam esset libera a voluntate hominis.

Respondetur iustificationem in esse consideratam e opus solius Dei, et etiam e opus solius Dei si consideretur in causa prima movente per gratiam excitantem non vero secundum dispositionem, quia ut de operibus supernaturalibus dixit Augustinus neque e solius gratiae, nec solius arbitrij, sed utriusque simul ad eum libro 1. ad Simplicianum questione 2. ut vellimus, et suum e voluit et nostrum; suum vocando et nostrum sequendo. adde in eo sensu dici etiam posse opus solius Dei quod dicitur conversio peccatoris opus etiam solius Dei, ne appe quia a Deo e quod vocet et det auxilium in circumstantijs congruis in quibus sciat suadet, ut persuadeat et in quibus voluntas sua e operatura, ac se dispositura, et posset in alijs in quibus opositum posset eius e nisi forte vellis dici solius Dei autoritative, quia solus Deus e ea per autoritatem ut loquitur Sanctus Thomas 3.ª parte questione 19 articulo 3. quamvis creatura secundario etiam sit ea in quantum Deo cooperatur, ut ibi angelicus doctor loco allegato prosequitur.

Obijcitur 3.º sequitur iustificationem e ex operibus contra Paulum ad Romanos 3. ubi Deo ex operibus

ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo, nisi et qui iustificari et salvari nonne solius Dei miserentis, sed hominis volentis, et currentis. — ad Versus illud Pauli ad Romanos 9. versu 16 non volentis neque currentis sed Dei miserentis, rursus homo se discerneret contra eam ad Corinthios 4. versu 7. quis te discernit. denique homo posset gloriari de sua iustificatione, aut dispositione ad illam contra dictum a Paulo expressa sita ad Corinthios eodem cap. 4. versu 7. quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis, et ad versus illud cap. primo, qui gloriatur in Domino glorietur.

Solvitur ad singula quae variis lati[...] us a me expensa sint in ma[teria] de auxiliis ad summum [...] sequitur nos iustificari ex operibus legis et pure naturalibus non praecedentibus ex gratia, cum dispositio quam diximus ad gratiam non dicatur esse solum a nobis, sed simul ab auxilio gratiae. qua ratione non negatur a Paulo quod ex operibus dispositive iustificemur, sed (melius) disponamur ad iustificationem.

Ad 2um dico 1o. eatenus ab apostolo dici non esse volentis neque currentis, sed Dei miserentis quatenus non a voluntate nostra, sed a misericordia Dei provenit quod conferat illud auxilium, quo vel ipsa consentiamus, si quidem a Deo provenit quod illud potius circumstantiis singularibus habeat efficaciam et praevisa esse congruitas atque operatio conferatur, qua in aliis. dico 2o. cum Augustino [...] et [...] non esse volentis neque currentis velle et currere, ut operatur atque id eo licet nos simus, qui volumus currimus

vimus cum divinauxilio non anobis habet cursus quod sit ut oportet sed a Deo per gratiam alias explicatum de disputatione 6. de auxiliis sectione 27 vide si per tempus licet.

Ad 3um respondet libellus cui titulus Calvinismus destiarum eodem argumento tum fuisse Calvini sed hoc omisso dic apostolum loqui ad illos qui bonum opus ad salutem spectans adscribebant talibus viribus liberis arbitrii non deo, quasi arbitrium per illas solum posset se discernere non expectata ut patet ex augustino libro de praedestinatione sanctorum cap. 4. et 5. vide aliam solutionem apud Petrum a S.to Joseph de suavi concordia gratiae et liberi arbitrii. — §. Ad 4um et 5um similiter dic loqui de illis qui gloriabantur de bonis operibus ad salutem conducentibus quasi a se ipsis solum ea procederent et non a gratia; l. quasi per suas vires pure naturales absque adiutorio gratiae possent quod nullatenus licet; nec nos tale quid asserimus, sed dumtaxat contendimus dispositionem procedere libere a solo adiuto divina gratia. quaestio 19.a an dispositio ad gratiam possit haberi per vires solius naturae. Sectio 1.a error Pelagii in hac controversia.

Quaestio 19.a

An dispositio ad gratiam possit haberi per vires solius naturae?

Sectio 1.a

Error Pelagii in hac controversia.

Turpiter in hac materia erravit Pelagius

us (natione Britanicus, et professione monacus) Vt testatur Sctus Chrisostomus (epistola 4.) necessitatem gratiae ad salutem, ad bona opera, adimpletionem legis, ad consequendam gratiam, ad perseverantiam in illa vsque ad mortem negans.. asserebatque liberum arbitrium per se ipsum et per suas vires naturales posse omnia bona opera facere, implere precepta, se ad gratiam disponere et illam consequi, Vt constat ex Sto. Augustino satis fusse et verbis ex concilio Mileuitano questione 93 hijs verbis inquiunt (Pelagiani) hominem posse sibi sufficere, nec gratia nunc egere divina, qua privatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vite perficienda mandata sola tantummodo libertate contendat. Vnde Faustus libro 1o de gratia dei cap. 1o. dixit, dicit Pelagius, quod ad obtinendam salutem natura homini sibi sola sufficit. hunc errorem late refert Sctus Augustinus in multis locis, epistola 106a. libro de heresibus heresi 88. libro de gestis contra Pelagium et libro de gratia christi, videlicet iam in libris adversus hunc hereticum et in epistola ad Bonifacium, Vt omittam concilia infra referenda, Prosperum, Rufinum, et alios PPes. atque ex scholasticis Alvarez Suarez Vazquez et ~~...~~ Herice inferius allegandos.

Eundem errorem prius docuerat Iovinianus, Vt testatur Sctus Hieronimus in prooemio dialogi contra pelagium, sed quia Pelagius dictum errorem iam extinctum, et multis authoritatibus etc. ... contraxit in lucem que edidit circa annum domini quadringentesimum, cum heri cepit tanquam sue author heresis Antesignanus, et ab ipso nomen accipiens vocatur heresis Pelagiana.

cepit

cepit suum errorem disseminare
Pelagius in oriente, et postea transiens in occidentem
habuit socium, simul et discipulum Celestium fauto
rem que Iulianum, cuius favore cepit romam infi
cere. Ut fatetur Baronius ex augustino lib.o de peccato
originali. eadem heresi fuisse tinctos Evagrium,
et Rufinum Hieronimus attestatur.

Quod si Pelagius aliquando
concedebat gratiam dei esse necessariam ad bene operandum il
le dolose et fraudulenter concedebat, ut accidit
quando in concilio palestino timore anathematis suum
errorem retractavit, nam nomine gratiae intelligebat
donum creationis et liberum arbitrium, quod a Deo gra
tis esset collatum, non vero gratiam aliam. Ut testatur
Augustinus lib.o de heresibus, heresi illa 88. atque
ideo coactus admisit nomen gratiae negata veritate rei
quoniam nunquam concessit internam gratiam superadditam
arbitrio necessario requiri imo aiebat non posse arbitrium opera
ri libere si gratia superaddita egeret ad operandum et se ipso
adequate non posset.

Bene verum est Pelagium repre
hensum a fratribus, quod gratiam dei negaret, admisisse illam
ad bene operandum non, ut necessariam ad posse, sed ad
facilius, et commodius, nam quemadmodum dicunt Philo:
sophi de habitibus aquisitis, quod simpliciter non requi
rantur (eo quod sine illis potentia naturalis se ipsa suf
ficiat) sed solum conducant ad facilitatem (eo quod
facilius cum illis, quam sine illis potentia operetur) ita
Pelagius censebat potentiam arbitrij se ipsa sufficere
absque gratia ad operandum, neque ad ideâ egere; cum
eo

ea tamen facillius operari. constat hoc ex Augustino libro libro de hæresibus citato heresi 88.ª ubi ita ait a fratribus inregatum, quod nihil tribuerit gratiæ dei, dixisse, ad hoc illud dari hominibus, utque facere iubentur per liberum arbitrium, facillius possint per gratiam. et lib.º 2.º ad ... secundam epistolam Pelagij cap. 8.º Pelagius inquit, facillius dicit impleri, quod bonum est, si adiuvet gratia.

Sed, et gratia, quam ad facillius operandum admittebat non erat vera gratia interna, sed per hanc intelligebat legem dei, (quæ ... sucessiva viam ostendit) exemplum christi, quo ad imitationem incitamur, movemur, et provocamur) divinam ... et ... revelationem, quibus cordis nostri oculi aperiuntur ... nobis demonstrantur diaboli insidiæ panduntur ... quid agere debeamus. de quo ... Augustinus, et ... Thomas, quodlibeto 1.º articulo 7.º inquiens: ... error Pelagii, qui posuit, quod per liberum arbitrium ... possit impleri ... et vitam æternam mereri ... in ... auxilio divino, nisi ... quid agere deberet. Sectio 2.ª error semipelagianorum ... expartte afinis.

Sectio. 2.ª

Error semipelagianorum procedenti ex parte afinis.

Atqui ... errorum Pelagianum fugerint ... in errorem ... aliquam aliam viam ... fidei Chatolicæ non minus contrarium. Etenim cum ... totum negotium nostræ salutis ad liberum arbitrium ... et predestinati totum ad gratiam, et nulla ex parte ... arbitrium, vel hominis dilligentiam ... videre est

apud

apud Sigibertum in Cronico anno 415. Semipelagiani dicebant nec totum esse liberi, nec totum esse gratiae, nec dum liberi arbitrij, sed partem habere arbitrium, et partem gratiae, totum vero simul debere utrique.

Quia vero hi non sufficienter detegebant haeresis animo concepta, exponebant sic: arbitrium per se solum non habere vim sufficientem ad obtinendam immediate iustitiam, praedestinationem et gloriam, nisi accedat gratia interna, quam Pelagiani negabant, et habere tamen vim admodum quatenus habet ad conatus aliquos et quodammodo incoatas ac remotas dispositiones, initia quae salutis, quibus subiungitur gratia sine qua quamvis conatus nostri non sufficiant ad salutem consequendam, ab ea promoventur ut sufficiant cum illa atque ideo medijs talibus conatibus arbitrij quales quales illi sunt meremur (sive de congruo sive de condigno iuxta alias opiniones) gratiae internae et auxilij dei et hoc mediante proxime disponimur ad gratiam tandemque obtinemus iustificationem salutem animae et gloriam.

Unde hic licet admittam contra Pelagij ad perfectam iustitiae et salutis obtinendae et ad perseverantiam in illa in bonis que operibus proficiendum non sufficere immediate solius arbitrij sine gratia, sed hac simpliciter indigere tamen initij salutis ad boni aliquem usum solius liberi arbitrij tanquam ad meritum dicebant, atque iterabant non omnino gratis iustificationem a deo conferri, sed aliqualiter ex nostris humanis meritis qualia dicebant naturalem affectum credendi, desiderium salutis humanam orationem et motus alios similes.

Huius erroris iam notitiam nobis dedere Stus Prosper et Stus Hilarius episcopus Arelatensis

tensis in scriptis ad S.tum Augustinum, et quamvis nonnulli probabiliter existiment multo ante fuisse disseminatum longe probabilius initium sumpsisse in gallia quando quidam catholici et pii presbiteri doctrina S.ti Augustini de predestinatione contra Pelagianos turbati et scandalizati adversus illum surrexerunt de quo videri potest Pater Suarez prolegomeno 5. de gratia cap. 5.

Solet tribui maximus error Masiliensibus viris aliquin piissimis, et monachis adeo magne autoritatis, propter eximiam doctrinam et vite sanctitatem, ut S.tus Prosper in epistola ad Augustinum dixerit claros, et egregios viros virtutum studiosos viros fuisse, et adiunxit ad autoritatem talia sentientium non sumus pares. Sed precipuus autor et propugnator fuit Joannes Cassianus, tum alibi, tum collatione 13 a cap. 8. (etsi non desint qui illum excusent, et si non iure) ac septuaginta fere annis post Cassianum eadem heresi infectus fuit Faustus Regiensis episcopus duobus libris de gratia et libero arbitrio (licet multos et graves doctores conari illum ab hoc errore liberare, de quo late videri possunt Suarez loco allegato n. 19. 20. et sequentibus et Pater Ulrice 1a parte tractatu 3. disp. 25. cap. 3.) quod pre sux est: sunt qui existiment S.tum Chrisostomo Cassianum concessisse et ex illo hunc suum ebibisse, ut Pater Vasquez et alii innuit que Pater Molina in concordia questione 14. articulo 13. disp. quadragesima i. 4. [illegible] e cap. 7 loci allegati Pater ~~Suarez~~ Suarez 1a parte tractatu 2. lib. 2. cap. 8. [illegible] n. 10 et Valentius prolegomeno 5. de gratia cap. 5. n. 17 Albarez tractatu de auxiliis disp. 22 et cum eis alii

Chrisostomy

Chrisostomy libBrant ab hoc errore loraque in quibus illy tradi Disse videtur aspendent suspecti autem heri solent Rufinus Gennalius, Vitalis, contra quem scripsit Augustinus epistola 107). Severus Sulpitius et quidam alij.

Varie solent apellari autores huius heresij nunc enim reliquie Pelagianorum, nunc Semipelagiani, et aliquando Masilienses. Semipelagiani quidem, quia non integram Pelagi heresim sed dimidiam admisserunt, reliquie vero, quia licet Pelagiang heresim abiecerint non a deo penitus, et aliqua illius particula non remanserit et denique Masilienses propter Civitatem autoreum in qua orta. Republica. Sectio 3. Vtrique error ex sacra pagina refutatur.

Sectio 3.ª

Vtrique error ex sacra pagina refutatur.

§ Contra Pelagij, et Semipelagianos extat chatolica veritas nempe ad iustificationem obtinendam per se ad illam disponendam, sive inchoate, sive complete esse simpliciter necesariam divinam gratiam atque in illos acriter insurgunt DD. chatolici. Per Suarez 1a parte tractatu 2. libro 2. cap. 6. et sequentibus et tomo 1o de gratia prolegomena 5. cap. 2. et sequentibus. Per Vasquez 1a parte tomo 1o. disp. 89 et 91. cap. 2. et sequentibus ac 1a 2e tomo 2. disp. 199. a cap. 2. Per Herice 1a parte disp. 25 per totam. Alvarez in opere de auxilijs variis in locis. Per Molina Concordia questione 14. articulo 13. Berlaminus

Belarmi

Becanus, Petrus Valencia, Petrus Granados, Curiel, Montesinos, Alvelda, et alij cum Divo Thoma 1a 2ae questione 109. articulo 6. et questio: 112 articulo 2. et 3. et quest. 113. articulo 3. et 7. et lib. 3. contra gentes, et lib. 2. sententiarum ac saepe alibi.

Illa autem refutatio desumenda est ex Sacra Scriptura 1o. Paulus in epistola 1a ad Corinthios cap. 4. ita ait: quis te quis te discernit?; quem textum non solum Augustinus, Prosper, et Fulgentius, sed Concilium Arausicanum secundum canone 6. intelligit de discretione in donis gratiae, quasi Paulus diceret, quis te gratis discernit in donis gratiae, hoc est, quis tibi dedit, quod [illegible] aliis negavit dona gratiae, et in hoc ab illis discernavit; atqui non diceret, si homo mediate vel immediate posset per se ipsum vel de facto obtineret gratiam, vel ad illam disponendo per opera pure naturalia per vires liberi arbitrij. Si quidem tunc facillime respondere posset ego me discerno, qui libere operando per meum arbitrium, et vires pure naturales mihi congenitas vel proxime et ultimo me dispono ad gratiam, vel initia meruisse, et ipso [illegible] immediate obtinent auxilia, et mediate gratiam.

2o. Idem Paulus secunda ad Corinthios tertio. sic loquitur: Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Essemus autem sufficientes cogitare aliquid ad salutem pertinens, [illegible] enim intelligendus est Paulus, [illegible] a nobis. Videlicet ex mero libero arbitrio, quo possemus proxime, aut remote disponi ad iustificationem, nam a nobis quasi ex nobis dicimur sufficienter facere, quod per nostri arbitrij, absque ulla Dei gratia facimus. ideo ergo Paulus id addit, quia non sufficiunt vires arbitrij ad operandum ita ut

mereatur

mereatur auxilia gratiæ aut ipsos ipsos atque idoneque ad proximam, neque ad remotam iustificationis.

3° ad Romanos 10. hæc habet, inventus sum a non quærentibus me palam apparui his qui me non interrogabant. quo utitur concilium Arausicanum, et Simi... habet Isaias cap. 65. v. 1. ... inquit enim, invenerunt qui non quæsierunt me et ... Pauli est, eum invenit ... per gratiam non est quia quærebant me, sum ante quam me quærerent, aut quærere possent ad se ... vocando, inspirando, illuminando et cordis ianuam pulsando, quæ alia non essent, si de ... idoneo adesset et inveniretur, quia nostris conatibus naturalibus illum quærimus, mediis nostris precibus et affectibus vocamus etc. Siquidem non inveniretur a non quærentibus et non interrogantibus sed a quærentibus per vires arbitrij, et per eandem interrogantibus.

4° ad Filippenses 1°. qui cœpit, inquit, in vobis bonum opus ipse perficiet at non deus incipit sed nostrum arbitrium si per arbitrij proprij et vires naturales incipimus et usque ad perfectam iustitiam pervenimus, ut Pelagiani et Semipelagiani volebant, gratiæ his solis initij illi vero initij et progressum arbitrio adscriberent.

5° Ioannes cap. 15 v. 5 in hunc modum loquitur, sine me nihil potestis facere, nihil id est nec disponi perfecte nec perfectam iustitiam obtinere, nec imperfecte disponi nec imperfectam iustitiam adipisci absque dei adiutorio per gratiam. possemus autem si per solum arbitrium possemus totum ut docent Pelagiani, v. aliquid et si non totum ut Semipelagiani.

6. ad ... aliquis illud ... deus ...

nij cap. etiam 15. versu 16. non vos me elegistis, sed ego elegi vos. elegeremus autem nos deum, si per bona opera nostra naturalia consequeremur iustitiam et salutem, aut eiusdem initia poneremus, ut a deo elligeremur. non ergo possumus per vires arbitrij, iustitiam consequi, aut initia sanctitatis ponere. sectio 4 pr eadem veritas autoritate conciliorum.

Sectio 4.

Probatur eadem veritas autoritate conciliorum.

Palestina sinodus, sive (ut sti Augustinus et stus Hieronimus vocant Diospolitana, quia in civitate Palestine illius nominis fuit congregata) teste Baronio anno 421 n. 29. adversus Pelagij hec scripsit, fateatur gratiam dei, et adiutorium etiam ad singulos actus dari, eam que non dari secundum opera nostra et sub iunxit ut vera sit gratia id est gratis data per eius misericordiam, qui dixit, miserebor cui misertus ero, et misericordiam prestabo cui misertus fuero.

Deinde concilium Milebitanum 2um cap. 5. (videlicet tamen) ita statuit adversus pelagianam heresim, placuit ut quicunque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari ut quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius implere possimus per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur non quidem facile sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata anathema sit. de fructibus enim mandatorum dominus loquebatur ubi non ait sine me difficilius potestis facere. sed ait sine me nihil potestis facere. eadem verba habet Africanum

Africani sub Celestino, et Bonifacio cap.° 79. et 80.

Postea concilium Cartaginense II anno 415 in epistola ad S.ti Innocentii Romani pontificis Pelagii et Celestii errores detestans ait: id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberi arbitrii nullum relinquant locum gratiae Dei, qua cristiani sumus.

Insuper concilii Senonensis celebrantium in galia anno 1528 sic de pelagio in prefatione scribit: erravit consiliter dum aliud extremum secutus ad vitam beatam comparandam minime necessariam putabat divinam gratiam sed ad id sufficere sancet divini arbitrii, porro talia deliramenta respuens ecclesia catholica in doctrina ad salutem requirit et bona opera et divinam gratiam, neque absque his patere hominem adulto viam salutis accedentem, si quidem in [illegible] oportet [illegible] adiutum credere, deinde bonis operibus intendit, in quibus efficiendis, et liberum arbitrii operatur et gratia. quapropter qui hominem bene operari, et salutem consequi arbitratur sine gratia aut primatum boni operis libero arbitrio adscribit non gratiae pelagianus sententiendus est.

Eadem heresis damnata fuit in concilio generali Efesino, iam enim contra Pelagium nomen datum confravit tomo 4. cap. 17 sic in fine inquiens, perlectis iis in sancta synodo, quae de impiorum pelagianorum Celestii, et pelagii etiam reliquorumque eadem cum illis sentientium deposesione a pietate tua ibi decreta et constituta sunt, iudicavimus nos quoque ea solida firmaque permanere debere. quare idem nos vobiscum sentientes, et nos itidem eos pro depositis habemus. atque in hac collatione fuisse damnatum Pelagium testatur gregorius lib. 5. epistola

-da 14a et Sub. 1. epistola 47. hij verbis ... cum Pelagius, et Celestius in eadem Synodo damnati sint quemadmodum potierant etta.

Qui concilia etiam damnaverunt Semipelagianismum. Ut attento legenti patebit, nihilominus speciatim hunc errorem subiicit Africanum Concilium adid coactum tempore Leonis primi. Ut probabilius est quanvis Baronius anno 463 ... velit sub Hilario Leonis successore et postea hoc retractans in appendice ad anales in fine tomi 10 maluerit sub felice 4. Et quidem non semel; nam 1o canone 6 ita ait Si quis sine gratia dei credentibus volentibus desiderantibus conantibus, laborantibus, que sunt verba Semipelagianorum nobis misericordiam dei dicit conferri non autem divinitus ut credamus velimus, l. hec omnia ut oportet agere valeamus per infusionem et inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati et obedientie humane subiungit gratie adiutorium etta ... apostolo dicente, quid habes quod non accepisti, et gratia dei sum id quod sum etta.

Deinde canone 25 sic hoc etiam salubriter profitemur et credimus quod in omni opere bono nos non incipimus et postea post misericordiam dei adiuvamur, sed ipse in nobis nullis precedentibus meritis, et fidem et amorem sui ipsius inspirat. Vide que doueat canone 3. et 17 notatque ... Suario prolegomeno 6. de gratia cap. 5 hos canones a sede apostolica fuisse ante coactum concilium confirmatos, et ad illud transmissos.

Denique tridentinum sessione 6. de iustificatione multotiens utrumque errorem damnavit et cum cap. 5. in principio sic habet, declarat preterea ipsius iusti-

ficationis

ficationis exordium in adultis a Dei per christum Jesum
praeveniente gratia sumendum esse hoc est ab eius vocatione qua
nullis eorum existentibus meritis vocantur Ut qui per peccata
a Deo aversi erant per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae libere assentiendo et
cooperando disponantur et inferius neque tamen sine gratia
Dei movere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit.

Rursus canone 1 in tamen idem decernit, si quis dixerit hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vires vel per legis doctrinam fiant absque divina per Jesum christum gratia posse se iustificari coram Deo anathema sit. et canone 2. si quis dixerit ad hoc solum divinam
gratiam per Jesum christum dari, ut facilius homo iuste
vivere, ac vitam aeternam promereri possit quasi per liberum
arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen, et difficulter possit, anathema sit, ac denique canone 3. si
quis dixerit sine praeveniente spiritus sancti inspiratione
atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere,
aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis
gratia conferatur anathema sit - sectio 5. alia probatio ex
Romanis pontificibus.

Sectio 5.a

Alia probatio ex Romanis Pontificibus.

P. Suarez prolegomeno 6. de
gratia magna eruditione, ut solet summorum pontificum
loca, quae adversus praedictos errores militant congessit
et constantem ecclesiae seriem ab initio exortae flammae

usque ad proximiora tempore observata in illis damnan- 250
dis et summam vigilantiam in remediis opportune adhi-
bendis gravissime ostendit. nos autem praecipua testi-
monia seligemus, cum operis huius ubertas non pa-
tiatur omnia et inprimis Innocentius epistola 93 inter
epistolas S.ti Augustini ita ait, in omnibus divinis pa-
ginis voluntati liberae non nisi adiutorii dei legimus
esse nectendum, eamque nihil posse caelestibus auxiliis
destitutam. vide quomodo in omnibus divinis paginis dicat
legi voluntatem nihil posse caelestibus auxiliis des-
titutam.

Deinde Gelasius cum Sosi-
mo, Bonifacio, Caelestino, Sisto, et Leone, quos
memoratam demum heresim damnavit, ait dicentium in
epistola 3. ad Gonothium, in regionibus Dalma-
tiarum quosdam recidiva Pelagianae pestis zizania se-
minasse esse. quae error ipse nefarius tanto a principio
... ut perimendum, quanto ad ... dimicatione ...
tationem esse ab apostolica, tunc sede per Beatae memoriae Innocentium
ac deinde Zosimum, Bonifacium, Caelestinum, Sixtum et Leo-
nem continuis et incessabilibus sententiis fuisse prostratum.
Caeterum [illegible] (Augustinus [illegible]) [illegible] auxiliis
numero [illegible] et in alia epistola eundem Honorium admo-
net ut invigilet ne rursus Pelagii haeresis ab Augustino ex-
cisa pullulet, et extincta iam videatur scintillam rursus excitet
flammam.

Postea Ioannes 4 in epistola ad
... Scotiae, ut refert Beda lib. 2 historiae Angli-
cae (cap. 19) sic ait. cognovimus, quod virus Pelagianae
haereseos ... revixit. quod omnino hortamur,
ut

mest a vestris mentibus huiusmodi Anathematum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoque [illegible] his, quod dogmata sit absque vos non debet, quia nondum per istos 200 annos abolita est. Et quotidie ambis perpetuo anathemate sepulta damnatur, et horremur, ne quorum anima sepulta [illegible] eorum apud vos cineres suscitentur.

Rursus Pius Quintus et Gregorius Septimus in bulla relata a P. Suarez opusc. 1o de gratia cap. 2o postquamplures propositiones retulerunt et inter eas aliquas Pelagianas circa liberi arbitrii ad opera pia et meritum independentiam a gratia, hic [illegible] tenta subiungunt, quas quidem statutum stricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullae (dixit a pelagianis) aliquo pacto sustineri possent in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento haereticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, et in pias aures offensionem immittentes respective, et quaecumque super his verbo scriptoque emissa praesentium autoritate damnamus, circumscribimus, et abolemus de quae eisdem, et libere posthac quoquo pacto loquendi, scribendi, et disputandi facultatem interdicimus, qui secus fecerint eum dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis, et officiis perpetuo privamus. Atque etiam inhabiles ad quaecumque decernimus: vinculoque anathematis eo ipso innodamus a quo nisi romano pontifice [illegible] valeat ipsos excepto mortis articulo liberare.

Dubia autem nonnulla, quae circa [illegible] iacthoniis pontificiis moveri, et excitari possunt, praecipue circa respectivam applicationem singularum censurarum ad singulas propositiones in bulla contentas et circa exemptionem a li-

nem aliquam in á nota, movet, et expendit P. Suarez prolegomena illo 6. de gra cap. 2. omnes que satisfacit. Videat curiosus, ne nos longiores quam par est, videamur esse. Sectio 6. denuo pr. ex SS. PP. bus.

Sectio 6.a

Denuo probatur ex sanctis patribus.

§. Quamvis satis nobis possit de autoritas sacrae scripturae conciliorum et summorum pontificum pro chatolicae veritatis solidissimo fulcimento, tamen in re adeo gravi complementum Sti. Augustini, et Sti. Prosperi, et aliorum extrenuissime et felicissimè contra Pelagianos, et semipelagianos dimicantium (ut eorum subtilissimos tractatus legenti liquidum erit) desiderari videtur.

Et quidem Stus. Augustinus lib. 3. hypognosticon (si fort ipse e huius operis author, nam Ber. Belarminus putat here authorem alium antiquum quidem, et doctum) sic ait, in ói itaque opere sancto prior é voluntas dei, posterior liberi arbitrij, ide operatur deus, cooperatur hó: quod si dicas dicere consuevisti, quia ego prior volui deus voluit iam meritis facis ut gra. ex operibus non sit gra. sed merces.

Verum de lib.o 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 18. sic habet, hoem dei opus dicimus, nec ex illius pót.a, l. in malis, l. in bonum invitum aliquem cogi, sed propria voluntate, aut bonum facere, aut malis; in bono vero opere a dei gra semper adiuvari in malis vero diaboli suggestionibus incitari. et cap. 19 reprehenditur Iulianus, quod dixerit voluntatem nos-

tram

tram non moveri a gra ad opera bona, ait; cur enim non dixisti hoīem Dei gra in bonum excitari, sicut dixisti in malum diaboli suggestionibus incitari? sed dixisti in bono opere a Dei gra semper adiuvari; tanquam sua voluntate nulla Dei gra bonum opus agressus, in ipso iam opere divinitus adiuvetur pro meritis videlicet bonę voluntatis, ut reddatur debita gra non donetur indebita, et sic gra non sit gra. et Lib.° 2. cap. 5. liberum arbitrium dicimus ad bene agendum nihil valere, nisi ipsa voluntas hoīs Dei gra fuerit liberata, et ad oē bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta.

Rursus in Lib.° de gra Christi cap. 47 ita loquitur Si ut dixi, consenserit Pelagius, etiam ipsam voluntatem et actionem divinitus adiuvari, ut sine illo adiutorio nihil boni velimus, et agamus, eamque esse gram Dei per Iesum Christum Dominum Nostrum in qua ille nihil de adiutorio gratię Dei, quantum arbitror inter nos controversię relinquetur. Ac Libro de predestinatione sanctorum cap. 2.° quod atinet ad pietatem et religionem non sumus sufficientes cogitare aliquid quasi ex nobis, et nemo sibi sufficit ad incipiendum et perficiendum quodcunque opus bonum. Vide totum illum librum de gestis Pelagij, quem contra adversarios gratię dominisensit.

Post Augustinum secundum sibi obtinet contra Pelagium, et eius reliquias Stus Prosper in Lib.° contra collatorem cap. 6. sic ait, quomo autem non a Dei tis (loquitur cum Casiano precipuum autorem erroris Semipelagiani) te in illum damnatum incidere, quod rellis, convinceris dicere gram Dei secundum merita nostra dari, si aliquid precedere boni operis ex ipsis hominibus propter quod gram consequantur, afirmas non enim melius meriti hoīs ...

petentis fides, quaerentis pietas, pulsantis instantia, praecipue cum omnes eius vocati, et accipe et intrare dicantur.

Rursus cap. 35. Sat Cassianum reprehendit et subtiliter urget, eo quod asseriat Job suis viribus non gratia Dei diaboli tentationes superasse. Unde concludit si ipse Deus servit tantummodo, quod Job posset, non etiam donavit, virtutis testis patriae eius non auxiliator fuit. et in quo erit necessarium gratiae adiutorium, si humanis solum viribus tanta illa parta victoria. Multa in eodem cap. invenies ad rem hanc satis accommoda.

Denique cap. 38. attingens fundamentum erroris contrarii sic ait: Non conturbat nos superbientis impietatis querimonia, quia liberum arbitrium causantur inferri si et principia et profectus et perseverantia in bonis usque in finem Dei dona esse dicantur; quoniam opitulationes divinae gratiae stabilienda sunt voluntatis humanae profectus oramus, et tamen misit Deus spiritum in corda nostra clamantem, abba Pater; volentes loquimur, et tamen spiritum loquimur, non sumus nos loquentes ~~sed spiritibus Patris~~ spiritus Patris nostri, qui loquitur in nobis; volentes operamur salutem nostram, et tamen ipsum velle et operari Deus est, qui operatur in nobis. vide eundem in epistola ad sanctum Augustinum, et lib. 2. de vocatione Gentium et in quatuor libros responsionum ad obiectiones contra Augustinum.

Non minus egregie loquutus fuit de necessitate gratiae Sanctus Nazianzenus nam oratione 31a expendens illud Matthaei 19. non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. ita loquitur: cum audis, quibus datum est adde volentibus datum est, atque iis qui ea animi propensione sunt, etenim cum illud audis, non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim non nulli sunt, qui in brevitate facta ita

ita animus efferuntur, ut tota sibi ipsis adscribant, nec quidquam creatori, et sapientiæ eorum authori, ac bonorum suppeditatori accepta ferant, his verbis docet Paulus, quod ipsum velle divino auxilio indigeat, imo ut clarius loquar, voluntas quoque ipsa, et electio eorum quæ recta, et cum affectu coniuncta sunt, et ag[...] officio, quoddam beneficium est, atque a Dei benignitate manans. ——

Brevius, sed non minus presse S. Ambrosius, lib. 2. in Lucam cap. 12. ait: Vides, quia ubique domini virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine domino, nemo quidquam accipere sine domino. Et brevius adhuc S. Bernardus lib. de gratia, et libero arbitrio, conatus nostri, ait, et cassi sunt si non adiuventur, et nulli si non excitentur. ideoque S. Gregorius homilia 9a in Ezechielem dixit: nos fecit, ut vellimus, et volentes subsequitur, ne inaniter vellimus.

Denique S. Fulgentius lib. de incarnatione et gratia Christi eandem veritatem confirmans dixit: Carnalium concupiscentiarum vulneribus sauciatus (peccans) sic iacuit oppressus ditione peccati, ut nullatenus aliquod bonæ voluntatis initium habere potuisset, nisi hoc Deo gratis donante sumpsisset. vide S. Hieronimum 3. contra Pelagium, et S. Hilarii in epistola ad S. Augustinum, et S. Thomæ 2a 2æ quæstione 24a articulo 3. ad 3um ac sæpe alibi. Sectio 7a tandem probatur ratione. ——

Sectio 7a

Tandem probatur ultimo ratione.

Post tot fulcimenta authoritatis congruum est etiam, non nulla proferamus rationis, et sum sit, si homo se disponeret ad gratiam per vires naturæ, sive proximè, ut volebant Pelagiani, sive remotè, ut semi Pelagiani homo per vires naturæ mereretur mediatè, vel immediatè de congruo vel de condigno gratiam sanctificantem, hoc est impossibile: ergo et quod homo per vires naturæ se disponat proximè, aut remotè ad gratiam. maior [...]

ex hoc liquet, quia dispositio ad gratiam est per modum meriti iuxta superius dicta. minorem probo, quia gratia iam non esset gratia, ut ex Paulo Augustino, Fulgentio, et alijs patet, Ex Paulo quidem ad Romanos 11°. versu 6°. si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia ex Thelogia lib°. 2°. Rethorum 1.7. Gratia est per quam dicuntur rogati gratis aliquid facere non pro re aliqua. Ex Augustino lib°. de praedestinatione sanctorum cap. 2. quod utique non est gratia, si eam ulla merita praecedant (ulla dixit, id est sive condigna, sive congrua) et lib°. de gestis contra Pelagium cap. 11°. ipsum gratiae nomen, et eius nominis intellectus aufertur, si non gratis datur. denique S. Fulgentius lib°. de incarnatione ~~[illegible]~~ cap. 18° iuste dicitur gratia, quia non gratis homini datur, sed bonae retribuitur voluntati.

2um est dispositio debet habere proportionem cum forma, sicut virtus productiva, seu potentia cum effectu producendo; sed dispositio per vires solius naturae habita non habet proportionem ad gratiam: ergo nulla dispositio habita per vires solius naturae potest esse dispositio ad gratiam, minorem probo, tum quia quae habentur per vires solius naturae sunt inferioris ordinis, et gratia superioris, tum etiam, quia non minus est improportionata dispositio pure naturalis, et habita sine gratia ad formam supernaturalem, qualis est iustitia sanctificans, quam potentia pure naturalis absque ellevatione, et consortio supernaturali ad effectum supernaturalem, sed potentia pure naturalis est omnino improportionata ad effectum supernaturalem, et ut proportionetur debet ellevari per consortium virtutis supernaturalis. ergo dispositio pure naturalis (qualis habetur per vires solius naturae) est omnino improportionata ad iustitiam sanctificantem, et, ut proportionetur debet ellevari, et proportionari per gratiam.

3um est gratia non esset donum dei liberale, sed retributio necessaria illius collectio misericordia, sed iustitia (saltem aliqualis, et imperfecta) et ingratitudo, quoniam est contra id Pauli ad Romanos 3°. iustificati ~~[illegible]~~ gratis per gratiam ipsius, et cap. 11. versu 35°.

quis

quis prior dedit illi, et retribuetur ei. et contra id. Job cap. 41. quis ante dedit mihi, et reddam ei: prius enim dedisset homo opera bona per vires naturae, et deinde pro illis deus retribueret. at q. contra illud apostoli ad Romanos 9°. Miserebor, cuius misereor, et misericordiam praestabo, cuius miserebor: et ad Romanos 11°. ubi agens cum gentilibus ait, Sicut enim, et vos aliquando non credidistis, nunc autem misericordiam consecuti estis. Ans. utro pr., quoad priorem partem, quia, ut habetur ex lege 1 digestis de donatione, donatio ex sua ratione petit, quod non sit propter retributionem, aut in remunerationem. quoad posteriorem etiam, quia non est misericordia, quod confertur propter debitum, cum misericordia solum supponat miseriam, non meritum.

4um est esset volentis, et currentis, ut supra intelligi, et non solius miserentis contra apostolum ad Romanos 9°. Pr., quia illius est, cuius virtute obtinetur gratia sanctificans, perseverantia usque ad mortem, et tolerantiam dedit natio, sed arbitrii virtute sua volentis, et currentis est obtinere gratiam se disponendo ad illam, et in illa perseverare etc. ergo est volentis, et currentis.

5um est deus esset iniustus, vel saltem ingratus, si disponenti per vires naturae ad gratiam illam negaret. pr., quia vel faceret contra ius dispositi ad gratiam, quod illi est debitum, et hoc est esse iniustum, vel non compensaret obsequium ab homine acceptum, quod est esse ingratum, ut arguitur potest apud S. Thomam 2a 2ae quaest. 106. sum autem est contra apostolum ad Romanos 9°. quid dicemus, numquid iniquitas apud deum? haec autem absurda sunt et praeterea adversatur verbis Job supra citatis: ergo.

6um est homo posset gloriari quod iustificationem obtineret, et sibi suaeque industriae, ac labori possit tribuere, quod iustificatus sit, contra apostolum qui 1a ad Corinthios 4°. versu 4. dixit: quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis, in quibus Paulus reprehendit eos, qui suis viribus aliqua bona gratiae tribuebant, et de illis gloriabantur, ut aliis praeferri vellent. Pr., quia ipse esset, qui per suas vires, industriam, et laborem sine gratia obtineret iustificationem, vel mereretur

inchoaret, et initiy daret, undeh[a]beret, quo p[rae]veniret ad illam.

Mitto, quod iam h[om]o non p[rae]veniretur a Deo in negotio salutis, sed Deus p[rae]veniretur ab h[omi]ne, neque traheretur â Deo, cum ipse per vires sui arbitrij iret; nec esset a Deo inscrutabile, et visu e apostolo, quod hic trahatur, i[ll]e non trahatur, ille p[rae]destinetur, hic reprobetur, cum v[er]o, et solutio facilis sit, quia iste pro sua voluntate, et n[atur]ali arbitrio vult, ille non. Quae cum absurda sint revocanda sunt ad vocationem divinam, et gr[ati]am, qua h[om]o indiget, et gratis â Deo confertur, cui vult, et quando vult.

Sectio. 8a

Alijs adhuc rationibus probant alij.

Probat mulus 1o. eandem veritatem Alvarez ratione S[anc]ti Thomae 3. contra gentes cap. 149. et super caput 5y. ad Hebreos lectio. 1o. ad illa, ne quisquam sumit sibi etta, nihil disponit se ad statum altiorem sua n[atur]a, neque ad illum se producit, nisi ab alio superiore agente evehatur, et e[le]vatur, nam aer non se ipsum facit ignem sed a superiori virtute fit. atque gr[ati]a habitualis é status altioris, et eminentioris, quae sit supra totam n[atur]am creatam ~~intellectualem~~ etiam intellectualem: ergo nulla creata n[atur]a potest se disponere etiam remote propria virtute ad gr[ati]am. confirmat, quia dispositio, et for[m]a debent e[ss]e eiusdem ordinis dispositio autem per vires n[atura]les habita non é eiusdem ordinis cum gr[ati]a, sed longè inferioris; ergo dispositio habita per vires n[atura]les non potest e[ss]e dispositio ad gr[ati]am.

§. Probat 2o. Per Vasquez h[om]o ex n[atur]a sua v[oluntat]i indifferens é, ut bonum aut malum sequatur, neque ex n[atur]a suae creationis detrahitur magis ad bonum quam ad malum, sed cogitatione p[rae]via in hoc, vel illud movetur, et inclinatur, ut bene operetur, ac se disponat ad gr[ati]am eget p[rae]via cogitatione bona, qua ad id moveatur: sed quod p[rae]via cogitatio sit bona et ad bonum detrahens é gr[ati]a p[er] Christum, quae non debeatur ullo titulo creationis. ergo ut se disponat ad gr[ati]am eget gr[ati]a p[er] Christum, atque ideo nequit se disponere etiam remote ad iustificationem per vires solas n[atura]e

sine

Sine gra.

2.º quod potest ex ipso augeri et declarari dari cogitationes bonas et congruam potius quam malam non sequitur ex iure creationis naturalis; cum enim sit indifferens sit a d bonis et malis ad bonam et malam cogitationes ad congruam et incongruam sed, quod non sequitur ex iure ac debito creationis non est illi debitum sed a Deo gratis et liberaliter conceditur ergo ea cogitatio bona et congrua gratis et non ex debito creationis confertur atque ideo est gratia cum dono creationis superaddita, et quia ea egeat natura rationalis ad bene operandum et se disponendum eget gratia et nequit per solas vires suas.

Confirmari potest rursus ex eodem, quia sicut per primum Adami peccatum amisimus iustitiam et innocentiam, ita etiam perdidimus iustificationem et quamlibet gratiam, quae ad illam nos movet in super quae quamlibet occasiones et initia, quae omnia per secundum Adamum restituta fuere, ergo quod disponamur ad gratiam, quod habeamus initia a d illa obtinendam et multo magis quod ad illa peculiariamus debemus secundo Adamo videlicet Christo et illius gratiae, non naturae, quae post peccatum primi, privata est iure, si quod ex se habebat.

Probatur 3.º Cardinalis Belarminus variis similitudinibus scripturae nam 1.º peccator comparatur terrae omni humore destitutae, iuxta illud David psalmo 142. anima mea sicut terra sine aqua tibi. terra autem omni humore destituta, nec plantam nec minimam herbam potest producere nisi de super terrestri non irrigetur ergo peccator caelesti gratia destitutus, nec iustificationem, nec minimam dispositiones ad illa potest producere

producere ~~et~~ nisi cælesti gratia adjuvetur, et quasi fœcundetur.

2°. homo comparatur luto, quod a figulo tractatur, ~~et~~ et elaboratur juxta illud Jeremiæ decimo octavo. ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, quibus similia habet Paulus ad Romanos 9. versu 20. 21. et 22. lutum autem non se disponit ad formam vasis recipiendam, neque ut potius fiat vas in honorem, quam in contumeliam, sed id debet figulo ipsum potius hac ratione, quam illa disponenti: ergo neque homo se poterit disponere ad gratiam, et ut potius fiat vas in honorem, quam in contumeliam, sed id debet figulo suo hoc est Deo media sua gratia facienti, ut potius hac ratione quam illa disponatur. ~~[illegible]~~

3°. peccator comparatur homini mortuo juxta illud Luc. 15. mortuus erat et revixit, et ad Colossenses 2. versu 13. et vos cum mortui essetis in delictis. eademque ad Ephesios habet 2°. versu primo, et secundo; sed homo mortuus nec se disponit ad vitam nec vitalem disponi potest, nisi vim aliquam vitalem ab excitatore suo recipiat. ergo nec peccator poterit se ad vitam gratiæ vitalem disponere, nisi a Deo excitatore suo vitales gratiæ et auxilii vires recipiat. duas alias similitudines ibi Bellarminus affert quas brevitatis causa prætermitto.

Probari potest 4°. eadem ratione qua Sanctus Augustinus et Sanctus Prosper utuntur in sua ecclesia orat pro peccatoribus et infidelibus ut convertantur, sed frustra fierent ipsæ preces, aut saltem non nimio. si peccatores et infideles possent per suas vires naturales sine auxilio gratiæ converti, cum satis esset illis prædicare

dicare ut convertilentur ergo.

Ex huc usque dictis liquido constat quam iuste in directorio inquisitorum parte 2. quaest. 9. inter errores Raimundi Lulli ad numerentur hic (quamvis non sit certum Raimundum illum docuisse ut graves doctores autumant) in faciendo bonum non oportet nos sperare (idem prolocum accipit atque expectare) quod Deus incipiat quia iam incepit quando nos creavit, et pro conservatione nostra mundum nobis dedit ut ei serviamus. continet enim doctrinam ut minimum semipelagianam. Sectio 9. solvuntur obiecta ex sacra scriptura et patribus.

Sectio. 9a.

Solvuntur obiecta ex Sacra Scriptura et Patribus.

Quamvis doctrina supra tradita satè probata sit certissima et indubitata, non est omnino libera ab obiectionibus, sed plures tam ex autoritate, quam ex ratione adversus illam opponunt. in primis enim dicunt illud proverbiorum 16. hominis est praeparare animam et domini gubernare linguam. cum dispositio et praeparatio dicatur esse hominis et deus linguam gubernet et ceptum opus perficiat. Unde Zacharias 1. dicitur convertimini ad me et ego convertar ad vos. quasi deus spectet nostram conversionem, ut dispositionem, et initium divinae, qua ipse, qui gratia convertitur ad nos.

Respondetur 1o. his locis posse antea duo alia opponi, nam 1o. possumus opponere illud proverbiorum

(Verbo vi 8. (iuxta Septuaginta) præparatur voluntas à domino (utique per auxilium gratiæ) et 2o. illud Threnorum 5. converte nos domine (inchoative per gratiam prævenientem) et convertemur (per operationem) ut omittam psalmum 84. converte nos deus salutaris noster, vides præparationem voluntatis et dispositionem esse à domino, et a deo postulari, ut nos convertat incoative per gratiam, ut deinde cum illa convertamur per operationem. ——

Respondetur 2o. ex Sto. Augustino, tum lib. 2. ad Bonifacium cap. 8. tum de gratia et libero arbitrio cap. 5. commendari in his locis libertatem nostram, atque ideo sensus eorum verborum est post auxilium gratiæ quo deus prævenit hominem nosque præparare etiam, quia deus non tollat illius libertatem præveniendo sed in potestate humani arbitrii relinquat cooperationem qua se disponat, illius tamen se disponere non tamen sine gratia, et ideo dicit convertimini ad me videlicet eo auxilio gratiæ quo prævenientes convertar ad vos infundendo gratiam qua sanctificandi estis, atque a peccato mundandi: quam explicationem etiam habent verba Isaiæ 30. spectat dominus liberam cooperationem voluntatis vestræ cum gratia præveniente ut misereatur vestri. ——

2. objicitur illud ad Romanos 8. quos præscivit, (utique bene utentes libero arbitrio, et se per nativas vires disponentes) et prædestinavit conformes fieri (per gratiam sanctificantem) imagini filii sui, quasi Paulus diceret prædestinavit conformes fieri, quia præscivit bonum usum arbitrii. verum hic sensus damnatus est ab ecclesia, ut notat Pater Vasques tomo 1. in 1am partem disp. 91a. cap. 28. n. 141, atque ideo sic expone cum illo, quos præscivit sibi amicos et electos gratia sua futuros, etiam prædestinavit, ut patiendo

tiendo labores tribulationes, et aerumnas conformes fieri filio suo, (hoc et ut ibi dicitur imagini filij sui) si hoc aerumnas et labores pa... sus e, q. cum S.to Cyrillo lib.o 5. in Isaiam cap. 66. Sic quos praescivit conformes futuros filio suo etiam praedestinavit tales esse, ne essent absque divina praedestinatione conformes.

Obijcitur 3.o celebris illa parabola Matthaei. 25. ubi dicitur talenta inter famulos distributa, non utcunque, sed unicuique secundum propriam virtutem. ergo virtus propria est mensura quam deus attendit in collatione talentorum gratiae, ita ut pro maiori vel minori quantitate boni usus arbitrij maiorem vel minorem det portionem gratiae.

Haec parabola quae in 1.o verborum cortice videtur habere vim revera si recte intelligatur illa caret, varie illam exponunt, et intelligunt auctores: nam P. Vasques dicit parabolam eo tendere ut ostendatur deum sumptum vero talenti gratiae Christi quibusdam liberaliter contulisse sicut dominus ... famulis de modo autem dividendi, inquit, nihil curavit Christus, sed tantum attulit divisionem illam ut ostenderet rationem beneficij et gratiae accepti requirendam esse iuxta mensuram illius.

S.tus Thomas vero 2.a 2.ae quaest. 24 articulo 3. ad 1.um ita intelligit ut nomine propriae virtutis veniat vis liberi arbitrij, sed non nuda, neque merus usus naturalis illius sed propria cuiusque dispositio ex auxilio gratiae, quasi dicat ut talenta gratiae sanctificantis deus dat et dividit iuxta mensuram dispositionis, quam quisque ex auxilio

auxilio gratiæ hét. et utraque expositio est optima longe que distat a mente et sensu Pelagianorum et Masiliensium.

Obijciuntur 4°. aliqui ecclesiæ PP. ut Stus Chrisostomus in multis locis (que late refert Per Herice) et Stus. Jeronimus qui lib°. 3. adversus pelagianos non semel dixit nostrum esse velle, dei autem, quod impleamus quod voluimus quasi diceret initium nostrum est quia volumus perficere autem dei, qui nostram voluntatem et connatus adiuvat, promovetque.

Sed plures Sti Chrisostomi et simulti credant doctrina semipelagiana fuisse infectum late exponi et ab hac macula purgari a P. Herice 1a. parte disp. 2 cap. 5 per totum, P. Belarmino aliisque viris doctissimis. Videantur, namque tractanda restant mul... [illegible] patiuntur in hac materia immorari. ad Sti Jeronimi verbis dixerim cum P. Belarmino illum non velle, quod nostrum velle sit sine gratia (cum epistola ad Tisifontem dicat velle et currere meum est, sed ipsum meum sine dei auxilio non erit meum) sed quod nos possimus velle multa cum adiutorio gratiæ, cum quo etiam si perseveret non possumus implere, nisi deus addat aliud, quo perficiamus. Unde Paulus ad Romanos 7. versu 18. dixit velle adiacet mihi perficere autem bonum non invenio, non enim quod volo bonum hoc facio. Sectio 10a alia multa ex ratione petita solvuntur.

Sectio 10a
Alia multa ex ratione petita solvuntur.

Obijcitur

Obijcitur I°. R. Deus dat omnibus gratiam equalem ut iustificentur et sic omnes iustificabuntur, cum non esset maior ratio cur in aliis effectum haberet quam in alijs. Siquidem de se esset equalis efficacie, et vim equalem in omnibus exerceret. Si non dat omnibus, vel non dat equalem, certe est acceptor personarum (ut arguebat Faustus contra Augustinum) adversus illud actuum 10°. versu 34 in veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus. Et, quia uteretur iure dominantis, et non expectata voluntate, sine causa plus huic gratie daret quam illi, vel huic daret, et non illi.

Respondetur Deum dare omnibus gratiam sufficientem sed non omnibus equalem, quia alijs dat abundantiorem et ultra mensuram sufficientie, hinc autem non que infertur omnes convertendos et iustificandos quia non omnes consentiunt et cooperantur sed aliqui libere resistunt et inefficacem gratiam reddunt, neque item infertur Deum esse acceptorem personarum, quia acceptio personarum est vitium contra iustitiam, ut Patres Vasquez, et doctores observant. Unde cum non debeat ex iustitia dare ultra sufficientem sed de et gratia esse, potest ut sue gratie dominus citra reliquorum iniuriam dare cui maluerit uberiorem, et favorem specialem huic concedere, quem negat alteri, qui iuste queri posset qui minorem accepit, quod si queratur merito respondebit dominus, sicut alibi Mathei 20°. versu 13. et 14. amice non facio tibi iniuriam tolle quod tuum est et vade, etiam non licet mihi quod volo facere, an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum esset Deus acceptor personarum si deberet et iure dominantis, non ut debebat, gratiam distribueret, preferendo personas que postponi deberent et dan-

do plus quibus debebat minus et minus, quibus de-
bebat dare plus attendendo ad personas et non ad iura.

Objicitur 2°. Si deus distribueret
gratias sine meritis dando inequaliter irrationabiliter
procederet quia si non praecedunt merita inequalia, nulla
est causa et ratio ob quam det gratiam inequalem, id autem quod
sine causa et ratione fit irrationabile est ergo. Resp. aliud
longe esse non dari causam ex parte hominum ad inequalitatem gra-
tiae, aliud non dari causam ex parte dei; primum est verum, non
2um. deus habet finem optimum optimamque rationem ad sic
distribuendam suam gratiam, quanvis ea ratio nobis occulta sit;
neque enim divina mysteria quibus scatent actiones dei pene-
trare potest nostra imbecillitas.

Objicitur 3. Cornelius Centurio
suis elemosinis et orationibus meruit et a deo impetra-
vit adhuc antequam esset fidelis ut misso Petro a-
postolorum principe instrueretur in fide, ait enim sa-
cer textus actorum 10. v. 4. orationes tuae elemosi-
nae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei, et nunc
mitte viros in Ioppen, et accerse simonem etc. illae autem
orationes et elemosinae non erant ex gratia sed factae per vi-
res solius naturae. ergo opera per vires naturales sine gratia sunt
meritoria et impetratoria, atque ideo extimantur et re-
piciuntur a deo possuntque esse dispositiones ad gratiam.
Resp. cum ex S.to Augustino lib.° de praedestinatione sanctorum
cap. 7. et Bellarmino lib. 6. de gratia et libero arbitrio
cap. 6. opera Cornelii non fuisse facta sine auxilio gra-
tiae et absque dono dei. (neque ipsum Centurionem fuisse
omnino infidelem, siquidem unum deum noverat et religio-
se acpie colebat) unde orationes, et elemosinae ideo

accepte

accepta erant apud deum quia ex auxilio gratiae facta erant.

Obijcitur 4.° quamvis pia et honesta opera fierent per solas vires naturae (ut fieri possunt, quia natura potest suis viribus diligere quodcunque bonum illi ut tale propositum sicut potest odio prosequi malum si illius foeditas proponatur) essent digna laude et accepta apud deum ut meritoria, quae enim digna laude sunt meritoria sunt. Respondetur ea opera (quae forte fieri possunt sine gratia per christum, quod multi negant) futura meritoria praemij alicuius pure naturalis, et in ordine ad illud accepta apud deum et digna laude non praemij supernaturalis et gratiae, atque ideo neque ad hanc possent esse dispositiones.

Obijcitur 5.° instando solutionem praecedentem ea opera honeste per vires naturales facta redderent hominem minus indispositum et magis proximum ad gratiam, quam esset sine ipsis, sed esse minus indispositum et esse magis dispositum videtur esse idem, sicut minus distare a gratia, et illi esse proximiorem ac esse proximiorem ad gratiam est habere aliquam dispositionem ad illam, cum id disponat ad formam, quod ad illam approximat. ergo confirmatur quia removere impedimenta ad gratiam est dispositio ad illam per bona autem opera naturalia removentur impedimenta ad gratiam cum impediantur peccata et vitiosae aliae operationes quibus generantur habitus reddentes iustificationem eo difficiliorem quo facilior et vehementior est inclinatio ad vitia iustificationem impedientia. ergo.

Respondetur omisso quod ea opera possint fieri per vires solius naturae sine auxilio gratiae, distinguendo maiorem reddunt hominem minus indispositum et magis proximum ad gratiam negative concedo maiorem positive nego maiorem nego deinde minorem intellectam de dispositione positiva non

ra non enim est idem non esse indispositum atque esse positive dispositum, nam qui nullam habet dispositionem ad aut indispositionem non est indispositus et tamen non est dispositus, quia dispositus stat negationem indispositionis addit positive dispositionem ad conflationem similiter dico vel mollius impedimenta esse dispositionis negativam hoc est importat negationem indispositionis, sed non esse indispositionem, non vero importat esse dispositionem positivam.

Obijcitur 6°. frustra homines orarent petendo gratiam, si hanc deus absque praecedentia et intuitu meritorum pro mera sua voluntate dat unde adimeretur spes impetrandi gratiam, frustraque homines corriperentur si post longam exortationem cum diligentiam adhibeant, id non faciant, nec illa consequantur. Ut quid enim diligentiam adhiberent, si haec nihil conducit, nec est spes impetrandi, et quo iure reprehendi potenent quando obtinere non pendet ab humano arbitrio, sed a divina voluntate hoc argumentis obijciebant Massilienses S.to Augustino ut est apud Prosperum et Hilarium.

Respondetur nos non orare pro 1° auxilio gratiae, hoc enim non pendet a nostro arbitrio, sed deus gratis dat, cum illo autem oramus, ut a deo obtineamus auxilia sequentia, quibus perveniamus ad iustificationem, et perseverantiam in gratia ut habetur in concilio Arausicano 2°. canone 3. et quia dicti auxilii sufficiens nulli deest cum deus det illud omnibus iuxta reprehendentur homines, quod ibi cooperando non adhibeant diligentiam ut iustificationem consequantur.

Obijcitur 7°. atritio habita ex timore poenae aeternae, aut ex consideratione turpitudinis peccati est dispositio ad gratiam iuxta Tridentinum sessione 14. de sacramento

poenitentiae

pœnitentiæ cap. 4. et tamen potest homo per vires naturæ per vires ne postumus habere dispositionem ad gratiam minor probatur quia absque ulla gratia potest homo timere pœnam æternam et ab tali timore moveri ad detestanda peccata et dolendum de iam commissis, quemadmodum ex metu pœnæ temporalis multa detestamur per vires naturæ, et de commissis dolemus.

Respondetur negando minorem, loquendo de atritione ut oportet ad salutem, et quæ est dispositio ad gratiam, nam Tridentinus sessione et cap. citatis declarat huiusmodi atritionem donum dei esse, et spiritus sancti impulsum non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. et quidem iure quoniam timor ordinatus ad detestandum peccatum et voluntatem peccandi excludens est initium christianæ sapientiæ iuxta illud proverbiorum 1° versu 7. timor domini principium sapientiæ, et ideo inter dona spiritus sancti adnumeratur. ab Isaia cap. 11°. quod si talis atritio pure naturalis haberi potest ex metu gehennæ absque adiutorio gratiæ non erit ut oportet ad dispositionem iustificationis siquidem quæ ex Tridentino dicitur dispositio, simul dicitur esse donum dei et spiritus sancti impulsum quod non haberet quæ fieret per solas vires arbitrii sine divina illustratione et adiutorio gratiæ.

Obiicitur 2°. qui peccavit tenetur debito iuris naturalis ad deum convertere et illum super omnia diligere ac pro peccato satisfacere. ergo potest iure naturali habere remissionem et iustificationem per conversionem, dilectionem dei realem et satisfactionem. probatur consequentia, quia si per vires naturæ non potest mereri remissionem peccati, non tenetur iure naturali satisfacere, quando quidem non potest aliam conversionem, aliam dilectionem, aut satisfactionem habere,

Respondetur

Ut pote supra vires peccatoris naturales constitui, quia si hō praestet quod per vires naturales potest non videtur amplius a Deo posse exigi ut remittatur peccatum, atque ideo videtur teneri Deum illud remittere et iustificare, si per vires naturales hō diligat, contristatur, et detestetur peccatum quod est per hos actus disponi ad iustificationem illamque mereri.

260

Resp. 1° hominem qui peccat teneri iure naturali satisfacere perfecte, non quidem absolute, quia hoc illi est impossibile, sed sub conditione, si possit et habeat unde id praestet; cum autem non possit sit per actus naturales non tenetur a talibus viribus naturalibus satisfacere. Resp. 2. teneri facere quantum potest (quamvis quod potest non sufficiat ad satisfaciendum) atque adeo teneri elicere actus naturales si desit auxilium ad supernaturales, quod de facto nulli deest. at non ideo per illos actus naturales disponeretur nec mereretur, quia non quod sufficit ad implendum praeceptum sufficit ad satisfaciendum pro peccato et ad se disponendum ad gratiam. impletio enim praecepti solum postulat facere quod actus medio quo impletur sit bonus, verum non quicunque actus bonus est dispositio ad gratiam supernaturalem, nisi ipse etiam sit supernaturalis aliqua ratione. ad confirmationem dic, quod licet Deus a talibus nostris viribus non possit aliud exigere, hoc non est, quia illud sufficiat ad remissionem peccati et infusionem gratiae, sed quia per vires nostras non potest fieri satisfactio, nec dispositio ad gratiam, et cogi non debet ad impossibile, atque ideo opus est, quod si Deus velit dispositionem ab homine peccatore poni, conferat ad illam auxilium gratiae. Sectio 2da specialis obiectio. Ut dici solet ad hominem.

Sectio

Sectio. IIa

Specialis obiectio, ut dici solet ad hominem.

Ad hominem adversarij obijciunt efficax argumentum. Si propter aliquid non possent esse initium, dispositio ad gratiam opera facta per vires solius naturae, maxime quia initium, dispositio, et quodcunque meritum etiam de congruo, tolleret rationem gratiae eo quod faceret illam esse debitam et consequenter quod iam gratia non esset gratia. at hoc non sequitur, nam stat optime dari proprium initium iustificationis, propriam dispositionem ad illam et meritum etiam de congruo, ac nihilominus gratiam adhuc esse gratiam. ergo possunt opera facta viribus solius naturae esse initium et dispositionem ad gratiam. minor probatur, quia ex Tridentino sessione 6a. cap. 8o fides est initium, radix et fundamentum omnis iustificationis, et secundum communem theologorum fides, spes, et alij actus supernaturales disponentes ad gratiam sanctificantem sunt meritorij illius de congruo et nihilominus gratia sanctificans non amittit rationem gratiae, sed adhuc est gratia. ergo stat optime dari proprium initium propriamque dispositionem et meritum etiam de congruo et nihilominus gratiam adhuc esse gratiam.

Confirmatur hoc ipsum et declaratur amplius. de facto ante gratiam sanctificantem praecedit secundum nos initium, dispositio et meritum de congruo et tamen gratia sanctificans est gratia, ergo initium, dispositio et meritum de congruo non tollit quod gratia sanctificans sit gratia, ergo quamvis opera facta per vires naturae solius essent initium, dispositio et meritum de congruo gratia sanctificans erit adhuc gratia, atque ideo non ob eam rationem negandum est

dum è operibus per vires naturę factis, quod sint initium etiã gratię sanctificantis.

Unde quando concilium dicit: gratis autem iustificari, dicimur, quia nil eorum, quę iustificationem precedunt, sive fides, sive opera ipsam iustificationis gratiam promeretur; si enim grã, è iam ex operibus alioquin, ut idem apostolus inquit, grã iam non è grã. solum excludit meritum de condigno, quod è simpliciter meritum, et potest tollere absolute rationem gratię, cum faciat rem absolute debitam non meritum de congruo, nec initium, aut dispositionem.

Nec satis è dicere dispositionem supernaturalem non tollere rationem gratię, quia cum ipsa dispositio sit in gratia debitum, quod in illa fundatur, fundatur in gratia, atque ideo grã sanctificans collata propter talem dispositionem, et meritum habet initium, et fundamentum in grã, et per consequens è absolute gratia. quod secus contingeret si opera pure naturalia sint initium aut dispositio meritoria gratię, nam cum talis dispositio non sit gratia, nec fundatur in gratia, sed in natura, et mero libero arbitrio, gratia collata propter talem dispositionem, et meritum non posset dici habere initium, et fundamentum in gratia, et ideo non esset absolute gratia.

Non inquam, sat è hoc dicere, tum quia hęc responsio solum salvat, quod gratia sanctificans sit gratia in causa, hoc è in sua vocatione, initio, et dispositione, non vero in se, cum solum salvet, quod initium sit gratuitum, et meritum de congruo ex gratia, ipsa vero gratia sanctificans non sedex merito dispositionis, quę procedit ex gratia, tum etiam quia si precederet meritum de condigno, quamvis factum ex gratia, tolleret, quod gratia esset in se gratia, et tamen tunc gratia sanctifi-

cans

sanctificanda vel etiam in gratia, ex qua oriretur prædictum meritum, et in qua haberet fundamentum: ergo vel meritum de congruo naturale non tollit rationem gratiæ in forma sanctificante, vel illam quæ [illegible] meritum de condigno supernaturale, tum denique quia Tridentinum ex Paulo generaliter excludit omne meritum ante formam iustificationis; vel ergo hoc omne ~~excludit~~ cadit solum supra condignum, ita ut non sit omnino generale, sed tantum excludat de condignum, vel cadit etiam supra congruum, ita ut sit omnino generale, et excludat simpliciter omne cuiuscumque generis sit, sive de condigno, sive de congruo. Si dicatur primum non excludet meritum operum pure naturalium, siquidem Semipelagiani non dicebant esse condignum, sed solum congruum. Si secundum, certe nec opera supernaturalia quæ disponunt etiam proxime ad infusionem gratiæ erunt meritoria de congruo, alias aliquid eorum, quæ iustificationem præcedunt mereretur gratiam contra Tridentinum; ergo æque cum Tridentino, et Paulo, pugnat dispositio pure naturalis, et supernaturalis meritoria de congruo: quod si non pugnat cum supernaturali, nec etiam pugnabit cum naturali dicta ratione. Sectio 12a proximæ obiectionis solutio.

Sectio 12a

Proximæ obiectionis solutio.

Variæ solutiones excogitatæ sunt a doctoribus 3
pro enervanda obiectione præcedenti: eas recensebimus, ut quisque eligat, quam maluerit. 1°. Ut respondeant aliqui præmittunt iustificationem dupliciter posse accipi, videlicet pro præcisa infusione gratiæ iustificantis, et præcisa serie, et mutatione successiva actuum supernaturalium, quæ usque ad infusionem gratiæ con- fingit

tingit, quemadmodum in naturalibus solet duobus modis accipi generatio; 1º pro mera introductione formae substantialis. 2º pro serie dispositionum usque ad talem introductionem contingentem.

Quo posito aiunt omne meritum de condigno, et de congruo tollere rationem gratiae ab eo, cuius est meritum. Unde negant cohaerere posse rationem gratiae cum merito de condigno praecedenti, ut dicebatur in minori. ad probationem deductam ex Tridentino respondent ibi accipi a concilio iustificationem, sive iustificationis gratiam posteriori modo, non priori; atque ideo perinde esse, ac definire, quod nihil eorum, quae totam seriem supernaturalem usque ad infusionem gratiae contingentem praecedit quales sunt actus naturales est meritum, sive de congruo, sive de condigno: alias tota illa series, quae est gratia iustificationis, non esset gratia. Dispositio autem naturalis, cum non praecedat totam illam seriem, sed intra illam sit, quamvis sit meritoria de congruo gratiae sanctificantis non adversatur concilio, ne docuit quod gratia iustificationis sumpta pro tota illa serie, non sit gratia, quia nec tacit; quod totam illam seriem praecedant merita. quo dicta excludantur etiam actus fidei a tridentino, intelligi debent de actibus pure naturalibus, quoniam illa particula, sive fides, videtur posita propter semipelagianos adscribentes meritum de congruo fidei natali. Hanc solutionem, et si brevius propositam dicit probabilem Pater Suarez prima parte libro secundo de praedestinatione capite sexto numero quinquagesimo, et absolute illam defendit Pater Vasquez tomo primo in primam partem disputatione nonagesima prima capite quinto numero vigesimo septimo.

Verum, quia Pater Suarez non nullas difficultates, quae tamen non difficilem habent solutionem

tionem, insolvit intra Solutione, non omnino in illa quiescit, sed aliam excogitavit admittendo, quod concilium nomine iustificationis non intelligat totam illam seriem, sed gratiæ infusionem addendo, quod per illam particulam gratis, et per illam nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, intelligatur meritum fundatum in solis naturæ viribus, sive congruum, sive condignum, et perinde sit definire, quod iustificamur gratis, ac definire, quod nil fundatum in sola vi naturali arbitrij, et iustificationem præcedens potest mereri, sive de condigno, sive de congruo ipsam gratiam iustificationis, et quod alias gratia non esset gratia. addit præterea Tridentinum non loqui de merito supernaturali. Hanc credit esse mentem Pauli, Concilij Arausicani, et Milevitani. Non multa alio, quæ huic solutioni possunt obijci, conatur ipse dissolvere.

3°. alij respondent concilium loqui de dispositione, sive naturali, sive supernaturali realiter, et tempore præcedente talem iustificationem, non vero de illa, quæ tempore non antecedit, sed naturæ, l. ratione, gratiæ est ultima, unde actus fidei, spei, et timoris etiam supernaturalis, et ex gratia habiti non sunt inquiunt meritorij de congruo iustificationis, sed ad summum auxilij ad ulteriorem meliorem dispositionem. Hanc solutionem, etiam ad maiorem absurdissimam addit Pater Suarez supra numero 55.

4°. Respondent alij concilium loqui de merito condigno, quod est absolute, et simpliciter meritum illud quæ excludere a iustificatione, ut sit gratiæ ista, dicatur fieri gratis, non vero merito de congruo, quod solum est meritum secundum quid, atque ideo non tollit simpliciter rationem gratiæ ita Vega lib. 8. inter Tridentinum per multa capita ipsi
[illegible] antori [illegible], quod si soly [illegible] rationis gratiæ meritum de condigno et de hoc [illegible]
et.

Conc. Tridentinum quamvis opera naturalia essent meritoria de congruo gratiae sanctificantis, et iustificationis, non debuisset ponere gratiam nec ad illa operari tridentino.

5°. respondeo posse concilium loqui de omni merito tam de congruo quam de condigno respective tamen ad duas partes iustificationis, hoc est ad seriem motus supernaturalis, quae est prior pars iustificationis, excludere meritum de congruo contra semipelagianos: ad alia infusionem habitus iustificantis, quae est posterior et praecipua pars iustificationis, immo et ipsa iustificatio quasi substantialis, meritum de condigno contra pelagianos: asserit enim esse accipiendum sanctificantem non praecedere ullum meritum de condigno, sed ad huius gratiae infundi gratiam. neque item ad primum auxilium et actum supernaturalem, unde incipit iustificationis motus praecedere ullum meritum de congruo, ut semipelagiani volebant, sed ad huius gratiae omnino fieri atque a Deo servatur proportio et debita correspondentia ad errores pelagianorum et semipelagianorum, ut iustificatio gratis esse dicatur; contra semipelagianos quidem quia non praecedit meritum de congruo ad primum actum supernaturalem et auxilium contra pelagianos etiam, quia nullum praecedit meritum de condigno ad infusionem gratiae sine auxilio.

Aliam solutionem protulit P. Elizalde 1a parte disp. 25. cap. 9. n. 90. §. Censeo. dicens concilium excludere meritum de condigno, aut de congruo habens infallibilem connexionem cum praemio et promissione dei, id quae declarat et difficultati emergenti conatur satis facere. videat curiosus, et iuxta

explicationem

explatione tridentini quam ellegerit. solvat confratio[?] pracedentis arguti falille entmerit aptare propriam doctrinam pro prinsipali arguto. Sectio 13 ultima obiectio desumpta ex illo prio facienti quod est in se per vires naturae deus non denegat gratiam.

Sectio 13.a

Vltima obiectio desumpta ex illo prinsipio facienti quod e in se per vires naturae deus non denegat gratiam

Hoc prio maxime videntur [illegible] pelagiani. nam si facienti quod est in se per vires naturae deus non denegat gratiam (sive habitualem sive actualem auxiliatricem) ergo ideo infalibiliter dat, quia facit per vires suas quantum est ex se; atque ideo facere per vires naturae quantum est ex se est initium, causa vel ocasio, et dispositio ut deus infalibiliter conferat gratiam, ut semipelagiani assereban. Confirmatur, quia si non faceret quantum est ex se per vires naturae deus non daret infalibiliter gratiam ergo dat infalibiliter, quia facit quantum est ex se. Dicimus

Alii non omnes admittunt illud prinsipium, et iacet, exestimat enim multi, non esse verum, quod facienti quantum est ex se per vires suas naturae deus conferat infalibiliter gratiam sed facienti quantum est ex se per vires naturae cum auxilio gratiae, iuxta quam intelligentiam nihil convincit argumentum ex predicto prio sic autem debere intelligi docent Pater Vasquez 1a parte disputatione 9 capite 5. Alvares vero disputatione 56. de auxiliis Montesinus disputatione 3.a questione 3. §. 2 Belarminus 6.

6. de gratia et libero arbitrio cap. 6. institutione ad 3am obiectionem [illegible] 1a parte [illegible] aliis praeallegantes Divum Thomam 1a 2ae quaestione 109 articulo 6. ad 2um. quaestione 112 articulo 3. et ad Romanos 10 lectione 3a. Videntur enim continere doctrinam semi pelagianam, si aliter explicetur, etenim si facienti quod est in se per vires solius naturae deus infallibiliter confert gratiam, certe humilitati nostrae, hoc est operibus naturalibus subiungeretur gratia, contra concilia [illegible] ... ut quae possemus per vires solius naturae praestare aliquid [illegible] et infallibiliter conducens ad pietatem et salutem; non quae [illegible] salutem et deus per gratiam [illegible] adiuvaret et promoveret. Tandemque [illegible] ex parte hominis [illegible] Deus [illegible] quam alteri confert gratiam, si quidem faceret quantum est in se [illegible] ... quod deesset in non facienti: quae uti [illegible] Augustinus et aliis patribus nec concordi [illegible].

Nihilominus plures alii licentius [illegible] infallibiliter conferre gratiam facienti quod est in se per vires solius naturae: ita [illegible] 1a parte libro [illegible] de praedestinatione cap. 18. et libro 3. de auxiliis cap. 2. Pater Granado controversia 8. de gratia tractatu 6. disputatione 1a sectione 1a [illegible] Pater [illegible] 1a 2ae quaestione 111 articulo 3. (defenditur in hac sententia) ut [illegible] probabilem et solitam [illegible] contrarium Pater [illegible] 1a parte disputatione 21. ubi [illegible] per quinque capita. Pater [illegible] quaestione 14 articulo 3 disputatione 10. Pater Becanus 1a parte tractatu 4. cap. 5. quaestione 2. Pater [illegible]

cap. 5°. et Alvarez in appendice P. Annibal a parte
disp. q. cap. 8°. M. scarenas curiel et alii apud
granados statum, eque divi Thome quaest. 14 de veritate arti=
culo 11 ad 1 et secundum, et in 2°. distinctione 26 quaestione [illegible]
articulo 1 ad 4um quod si aliud dixerat in locis supra adduc-
tis ex patribus nihil obest nam ibi iunior erat, hic senior
unde colliges quam iure dixit Alvarez contrariam [illegible]
om. doctorum

Difficultas modo est in exponendo axioma
taliter ut non sapiat doctrinam pelagianam, nec Molinistis
triumphum agant. P. Molina ubi supra sic explicat. Axi-
oma tetigit, quod meritis Christi domini ab ipso et aeterno [illegible]
te etiam stet, quod sunt circa dispositionem ad illorum gratiam
[illegible] certam stabilita fuerit. Ut facienti quod est in se, [illegible]
[illegible] expedito in actu 1°. et prorumpenti in operationem [illegible]
[illegible] infallibiliter [illegible] naturale [illegible]
naturaliter operetur haec tamen explicatio ex eo displicere debet,
quia non salvat quod facienti quod est in se per vires
Deus concedat gratiam ad quod preparatio ut faciat, [illegible]
det, nec rursus explicat quid faciat ho[illegible]
et se ut sit preparatio quia adsit, siquidem [illegible]
ad sam operationem nihil supponitur hoc facto [illegible]
ne sed solam gratiam ad faciendum.

P. Herice supra hac sane [illegible]
dit explanans praedictum axioma: per actus naturales proxi-
mius et melius naturaliter et physice dispositum est [illegible]
sicut qui maius ingenium habet melius est credendum dispositus
physice ad credenda mysteria fidei, quam qui nu[illegible]
[illegible] nullum habet, ut brutum [illegible] habet, quemadmodum
decrevit deus non dare gratiam brutis, sed [illegible]

ba, ex quo conquit realiter electus fuit ita quod daretur gratiam sed supponatur quisque ad collationem gratiae [illegible]

Ut [illegible] et realiter [illegible] dicto [illegible] gratiam non confert.

Sic decendit [illegible] quod [illegible] melius realiter et [illegible] disponenti infallibiliter confert gratiam, quam non confert infallibiliter [illegible] facienti, quod [illegible] quam [illegible] quod [illegible] non ita quod Deus confert sed realiter [illegible] supponitur.

Displicuit [illegible] explatio eiusdem [illegible] [illegible] (ergo [illegible] et excogitatam) 1° quia [illegible] actum bonum naturalem [illegible] ad constitutionem [illegible] actuum supernaturalium. 2° quia actus boni naturales [illegible] a similitudine [illegible] et definiendi ad actus supernaturales [illegible] ad ulteriorem [illegible] 3° [illegible] denique [illegible] gratiam non [illegible] de genere [illegible] bonum usum liberi arbitrij [illegible] aliquod initium salutis [illegible] gratiae [illegible] quia [illegible] concedit Deum [illegible] infallibiliter dare gratiam, quia [illegible] proximus [illegible] naturalis [illegible] infallibiliter initium aliquod [illegible] [illegible]

[illegible] alium [illegible] [illegible] infallibiliter gratiam non quia [illegible] quod in se est [illegible] dispositio ad gratiam, sed quia [illegible] bona opera naturalia [illegible] [illegible] dispositio [illegible]

explatione maiori quam ex libero sic bona opera [illegible]
sunt remotiones peccatorum, quibus [illegible] est [illegible]
trahi obstaculi et impediri ad receptionem gratiae, vide
tum Deus decrevit eos illuminare et certis temporibus
dare illis auxilia gratiae, nisi ipsi se impediant qui [illegible]
per bona opera naturalia quantum est ex se, non se impediunt
potius se expedit per non ponere impedimenta [illegible]
ideo decretum Dei de danda gratia, cum non inveniat subjectum
impeditum illi infallibiliter gratiam confert, quam non confert
infallibiliter non facienti, quia contingit interdum, quod
non se impediat illo ipso tempore, quo Deus decrevit illu-
minare et dare gratiam si non se impediret. Unde infallibili-
tas collationis gratiae facienti quod est in se non nascitur ex
quod facere quantum est in se sit ea quod confert, sed
supposito ex una parte, quod Deus decrevit, non alia
de quam ex sua bonitate mere, dare aliquoties gratiam,
ex alia quod homo faciat quantum est ex se per liberum, sit
infallibile quod pro eodem tempore quo homo facit quantum
est ex se, concurrat decretum quod habet de danda gratia,
atque ideo dat facienti, quia dabit quando facit, non tamen
quia facit, quae expositio mihi semper probavit [illegible]
est, et nihil habet, quod a longe sapiat errorem Se-
mipelagianorum.

Nihilominus saltem exhibere
et instruere [illegible]. Sicut Deus unum non vocat [illegible]
alium, unum permittit nunc peccare et non alium,
in circumstantiis opportunis excitat et non illum, [illegible]
eo quod moveatur ab aliquo differentiali ex parte [illegible]
ti, sed ex sua misericordia, et aut bonitate independenter
ab illius merito, ita dat gratiam facienti [illegible]

Quae in se perviderit, neque non motus ab his generibus, quae sunt, sed a sua bonitate et misericordia. et licet nobis non constent fines, quos Deus habet ad sic decernendum et dandam gratiam infallibiliter facienti quod in se est, dubitari non debet quia illos habeat. Unde sicut roganti, cur Deus illustret hunc, et non illum, non respondemus, quia hic est talis persona, sed habet merita etc. sed quia Deus vult huic facere hanc gratiam, et non illi. ita roganti, cur det gratiam facienti quod est in se, non debemus, nec possumus respondere, quia facit quantum est in se, hoc quia se disponit, et habet merita, sed quia Deus vult, et ob aliquos fines sibi notos, et nobis occultos decrevit infallibiliter conferre illis hanc gratiam, cum possit aliis. Et quidem si Deus decerneret infallibiliter dare auxilium gratiae, non facienti, quod in se est, nemo diceret esse dispositionem causam, aut meritum ad collationem gratiae. sed Deus ex sua infinita misericordia movetur ad conferendam suam gratiam hominibus indignis, et qui omni destituti erant merito. Sic ergo dico Deum decrevisse dare facienti, quantumvis, et idem non sit dispositio, nec causa, aut meritum, fecisse quod in se est. Unde patet ad argumentum initio positum. —
quaestio 20a. de actibus in speciali requisitis, ut ad iustificationem disponamur. Sectio 1a praemittuntur aliqua. —

Quaestio 20a.

De actibus in speciali requisitis, ut ad iustificationem disponamur. —

Sectio. Ia

Praemittuntur aliqua. —

Egimus in superioribus de dispositione ad iustificationem, et quidem in generali nulla facta mentione de actibus

in speciali

in speciali, qui per se requiruntur, aut petuntur, ut homines iustificandi disponantur. Nunc id praestare aggredimur. Et cum iam constet dispositionem debere esse supernalem (nec sufficere, quae per vires solius naturae absque auxilio gratiae fit) constet quoque, qui actus supernaturales specialiter constituant hanc dispositionem. nonnulla tamen oportet prius praemittere, ut clarius in materia procedamus.

Praemittitur 1° sermonem esse de iustificatione extra sacramentum, nam de requisitis ad illam, quae fit intra sacramentum agendum est in propriis locis. unde ulterius fit sermonem esse de iustificatione adultorum, nam iustificatio parvulorum, nunquam fit extra sacramentum, sed intra sacramentum.

Praemittitur 2° non disputari in praesenti de actibus, quibus possumus ad iustificationem disponi (saltem remote) sed quibus debemus, hoc est non de actibus, qui non requiruntur, quamvis si adsint disponant. sed de illis, qui requiruntur, et disponant. pro quo adverte plures esse actus, qui conducunt, et remote disponunt ad iustificationem, sed quia absque illis potest iustificatio inchoari, ac perfici, non requiruntur ad illam. huiusmodi sunt oratio de mente Sti Augustini tomo 2° epistola 105a. et non semel alibi remissio iniuriarum. ex Gregorio homilia 2a in Leviticum, et liquet ex Matthaei 16° ieiunium, et opera poenalia ex locis Patrum. — Elemosina ex Augustino lib° 2° contra Cresconium; summissio animi, et gratiarum actio, ex Chrisostomo homilia 4a in epistolam 2am ad Chorinthios, observatio mandatorum, et mutatio vitae, ex eodem Chrisostomo homilia 3a ad populum; correctio proximi a vita prava, ex Sto Jacobo, cap. 1°, ut omittam alia pia opera.

Praemittitur 3° in ordine ad poam absolutam illud dicendum, quod superius diximus de dispositione in generali, videlicet posse optime deum iustificare hominem absque ulla dispositione antecedente

contactu ex infra numerandis, tanquam requisitis in speciali; atque ideo nullum requiritur, attenta pōa absoluta, et extra ordinaria.

Præmittitur 4.° actus, qui in speciali dicentur requiri ad iustificationem debere esse liberos, quia debent esse humani, et deliberati enim, sicut non impediunt iustificationem, quamvis mali sint, ita neque ad illam disponunt, quamvis sint boni, nec sola semiplena libertate debent esse liberi, sed plena, tum quia non minus requiritur per peccata, et absoluta libertas in bono opere ad disponendum, quam in malo ad impediendum. constat autem in malo requiri plenam libertatem, tum etiam, quia opera magni momenti, qualis est iustificatio, non debent peragi libertate diminuta, sed integra, et consummata.

Præmittitur 5.° septem actus in speciali numerari a Tridentino sessione 6.ª de iustificatione cap. 6. quibus de facto adulti disponuntur ad iustificationem. 1.us est fides, 2.us dei timor, 3.us spes, 4.us amor dei, 5.us odium, et detestatio peccati, 6.us propositum novæ vitæ, 7.us votum sacramenti, videlicet baptismi, si adultus non sit baptizatus, vel pœnitentiæ si sit.

De his ergo quærimus, an et qualiter omnes requirantur ad iustificationem. ultima disposita, licet non omnes, ut proxima, nam fides, et spes non proxime disponunt, cum non eo ipso, quod credamus, et speremus, iustificemur, et reperiri possint, imo, et de facto reperiantur in pluribus non modo non iustificatis, sed nec iustificandis, fides et spes. ultima autem dispositio nunquam reperitur, nec de lege ordinaria reperiri potest sine forma iustificante. solus actus contritionis perfectæ, et perfectæ charitatis supernalis ultimo disponit, quia posito tali actu statim subsequitur infusio gratiæ.

Sectio 2.ª

Fides divina per se, et necessario requiritur ad iustificationem.

Hæc assertio certissima est secundum fidem chatolicam; atque ideo in ea conveniunt omnes chatolici; et quod plus est communiter admittitur a nostri temporis hæreticis; tametsi in hoc differant hæretici a chatolicis, quod hæretici dicant fidem sufficere ad iustificationem, et requiri, ut instrumentum

trumentis, quo iustitiam christi, qua iusti sumus, apprehendimus: catholici vero solam a dispositione remotam, quae nec se ipsa sufficit, nec ut instrumentum, quo iustitiam christi apprehendimus, concurrit.

Pr. 1. ex sacra scriptura Abachuc 2. n. 4. ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in ipso: iustus autem in fide sua vivit, l. aliter, ut ait Paulus ad Hebraeos 10. n. 38. iustus autem meus ex fide vivit. Marci ultimo, versu 16: qui crediderit, et baptisatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Ad Hebraeos 11. versu 6 sine fide impossibile placere Deo. credere enim oportet accedentem [illegible]

[illegible]

[illegible] hec est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit salvus esse non poterit.

Pr. 3.º ex D. PP. quorumque plena sunt dicta veritate [illegible] clara S. Chrisostomus homilia de fide et lege nat. ita ait, cum qui operatur opera iustitiae sine fide, non potest probare vivum esse [illegible] nullus sine fide vitam habuit. Item Chrisostomus epistola 105 restat igitur, inquit, [illegible] fidem [illegible] inde iustitia sumit initium [illegible] humano. Item [illegible] sermone 22º de verbis apostoli si a fide domus credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo [illegible] et in [illegible] psalmi 31 magnum [illegible] fide, fundo super edificationem operis [illegible] fundamentum fidei [illegible] agnitio radicum et [illegible] fides prima datur ex qua cetera impetrantur. Item Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum [illegible] esse dixit fidem, [illegible] autem [illegible] Denique Origenes in epistolam ad Romanos [illegible] cap. [illegible] salutis [illegible] et ipsa fundamenta fidei.

Pr. 4. pone, quia [illegible] iustificandus [illegible] fideles [illegible] a Deo veniam peccatorum [illegible] iustificationem [illegible] diligat eiusmodi autem [illegible] nam [illegible] veniam peccatorum [illegible] diligat [illegible] promissionis, atque ideo [illegible] quia [illegible] ipsa [illegible] iustificationem [illegible] non tantum in peccatum

pei

plenus ablutionis, votum in supernum conversio-
nis; haec autem conversio non est sine fide, iacobi et sic ergo conservanda est,
non tamen requiritur ad iustificationem.

Fides ad iustificationem requisita sic
hic probatur. Granado necessitatem fidei quia qui vult ...
dare religionem Christi oportet ut habeat notitiam mysteriorum
quae in ea proponuntur; haec autem notitia non habetur, ... neque po-
test, nisi per fidem. Deinde quia fides est fundamentum
spiritualis aedificii. atque ideo frustra conabitur infidelis
accedere ad eius constructionem, non praemissa fide: esset
enim contendere aedificare sine fundamento.

Notant de ... aliqui, quod concilium
... de Paulo quando dicit fidem esse initium et funda-
mentum iustificationis sumit fidem cum actibus requisi-
tis ad tribuere efficiendum actum fidei, et cum ad eum
efficiendum praerequiratur actus prudentiae ... quo
proponatur obiectum revelatum, et demum credendi
pia voluntatis affectio, quam alii appellant credulitatis
qua voluntas inclinatur ad assensum, hi actus et quae simul cum fide
quae requiruntur ad iustificationem ... fides requi-
sita ad iustificationem est strictam.

Sectio 3.a

Fidem requisitam ad iustificationem esse strictam.

Calvinus et nostri temporis haereti-
ci triplicem distinguunt fidem, historicam, ... miracu-
lorum, et promissionum. historicam appelant, quia ea credi-
tur ... sacras historias, quas Scriptura commemorat. mira-
culorum

culorum, quia ea credimus nihil esse, Deo et non repugnans, quod a Deo fieri non possit per omnipotentiam, supra res vires aut coeli operantem, et tandem promissionum, quia credimus Deum esse promissa, praecertim circa peccatorum remissionem per Christi merita; quas tres fides dicunt respondere totidem divinis attributis, proprietatibus seu perfectionibus. nam historica est veritati, miraculorum omnipotentiae, promissionum veracitati.

Ex his tribus solam eam, quam ponunt fidem iustificantem, quia licet non excludant historicam, dicunt eam non sufficere sine fide promissionum. sed et addunt fidem promissionum adhuc esse duplicem, generalem et specialem; generalis est qua credimus promissiones divinas, quae ad res se extendunt, qualis est illa, qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, et illa, qui non crediderit huic parti, ibit in infernum. specialis est qua quisque sibi applicat certo et infallibiliter promissionem illam generalem perinde ac si sibi soli fuisset facta, et qui non ... credentis autem in eum qui iustificat impium reputatur fides ad iustitiam, secundum propositum gratiae Dei etc.

Sed omisso quod haec divisio, ut ait Pater Maldonatus in caput 9. Matthaei, nimium sit portentosa, chimerica, tamen ... eadem fides ... illa ... se extendit, atque ideo quaesita ad iustificationem est historica miraculorum et promissionum, haeretici per fidem promissionum ad iustificationem requisitam, et quam iustificantem appellant, non tam intelligunt fidem strictam, qualem intelligimus, qui ... sit in actu intus, qua ... revelata credimus propter Dei auctoritatem, et ex divina revelatione,

quoque

quoq3 ~~[illegible]~~ a sentimus divinus instinctus, quia Deus dixit,) quam fidem impropriam, seu fiduciam, (in actu voluntatis sitam, qua volumus cum firma spe iustitiam Christi nobis imputari et propter illam peccata propria remitti.)

Adversus hanc inanem fiduciam haereticorum dicimus requiri ideo fidem strictam et pr. 1°. quia fides quae requiritur a concilio tridentino et Paulo ad iustificationem e de pluribus obiectis, quae nequeunt alia fide credi, quam stricta. ergo ad iustificationem requiritur fides stricta. ans pr. quantum ad Paulum, quia postquam ad Hebreos 11. versu 6. dixerat sine fide impossibile est placere Deo, mox explicavit hanc fidem dicens: "credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit"; licet enim alijs modis et vijs ~~[illegible]~~ cognosci queat Deum posse remunerari, at quod sit infalliter remuneraturus, non aliter, quam ex divina revelatione potest cognosci. nisi enim ipse dicat hoc se facturum ignotum erit.

Quoad tridentinum patet sessione 6. de iustificatione cap. 6. ~~nam~~ sic ait, disponuntur autem ad ipsam iustificationem dum excitati divina gratia et adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum credentes vera esse, quae divinitus revelata et promissa sunt. ecce loquitur de fide revelatorum, quae non creduntur illa, nisi fide stricta. deinde ipsius sacramenti baptismi, nisi est stricta, cum credi non possit tale sacramentum esse necessarium, aut vim iustificandi habere, nisi ex divina revelatione, at fidem baptismi dicit concilium esse necessariam ad iustificationem. ergo ad hanc necessaria est fides stricta. minor probatur, quia cap. 7. exponens causam instrumentalem

nostrae

nostre iustificationis item est instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine quo nulli unquam contigit iustificatio.

R. 2° quia fides stricta, qua credimus mysteria a Deo revelata, sed haec requiritur ad iustificationem ergo fides stricta requiritur ad iustificationem minor probatur ex symbolo Athanasii ubi postquam multa retulerat quae sola revelatione constare poterant subiunxit, haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. ... ex fide ... et fine. ... requiritur fides ... primum ... toto corde, ex tota anima, et ex tota mente, atque ... remissionem peccatorum per Christi merita impetrare. ergo maxime necessaria est fides, quae ex ipsius Dei, Christi, et meritorum eius, ea ratione, qua nobis ad iustificationem commoda et utilia sunt notitiam praebeat. haec autem est fides stricta et catholica. ergo.

Quae autem speciatim credenda necessario sunt, hac fide stricta ad iustificationem obtinendam, et ad salutem consequendam in materia de fide expendi solet. videantur Pater Suarez ... lib. 8. de gratia cap. 16. n° 9. et late in materia de fide Pater Granado in controversia de fide Pater Hurtado et alii ... am ... sit quod tempore iustificationis exstat actualis fides, vel sufficiat tempore praecessisse, ... haec non sit ... Pater Granado controversia 8 de gratia tractatu 9. disp. 3. n° 5. ... loquendo non requiri ... qui diu se exercuerunt in actibus fidei elici endis, sed sufficere memoriam actualem ipsius actus fidei-

at

at P. Suarez ubi supra n. 10. dicit eam fidem debere necessario esse actum, quae est necessaria ad actus voluntatis (quibus iustificationis dispositio completur) et a qua quasi pendent; eam vero non debere esse actum, quae non est necessaria, et a qua per se non pendent. Sunt enim aliqua objecta fidei, a quorum actuali cognitione, et propositione per se pendent actus voluntatis, quibus dispositio ultima completur, alia vero non, et eiusmodi cognitio, ut proportionata sit, debet esse fides. Sectio 4a. an ultra fidem requiratur actus spei.

Sectio. 4a.

An ultra fidem requiratur actus spei.

Dubium esse non potest quin requiratur spes ad iustificationem, quando haec fit eo tempore, quo praeceptum sperandi urget, et obligat, nam cum tunc impleri debeat praeceptum, ne alias violationis peccatum impediat iustificationem, planum est requiri tunc actum spei. Dubitatio esse debet extra tempus obligationis praecepti, et attento solum iure dispositionis.

Quo attento dicendum est requiri per se loquendo et de lege ordinaria ad iustificationem. ita communis sententia catholicorum. Et iure quidem, cum sit de fide. definitur a Tridentino Sessione 6a. de iustificatione cap. 6. ubi ita ait: disponuntur autem ad ipsam iustitiam etc. dum peccatores se esse intelligentes a divinae iustitiae timore, quo utiliter concutiuntur ad considerandum Dei misericordiam se convertendo in spem eriguntur fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore. et cap. 7. post medium nam fides, nisi ad eam spes accedat et caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius vivum membrum efficit. et canone 3.

Si quis.

Si quis dixerit sine præveniente Spiritus S.ti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur anathema sit. et sessione 14. cap. 4. contritionis motus namque in homine post baptismum lapso, eundem præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordiæ etiam coniuncta sit. et infra loquens de attritione, si peccandi voluntatem excludat cum spe veniæ.

Pro eodem faciunt nonnulla loca Sacræ Scripturæ psalmo 90. n. 14 quoniam in me speravit liberabo eum et psalmo 36. salvabit eos, quia speraverunt in eo, ad Romanos 8 — spe salvi facti sumus. proverbiorum 28. qui sperant in domino sanabitur. 1a Ioannis 3. qui habet hanc spem iustificat se. Matthei 9. confide fili remittuntur peccata tua.

Et confirmant, quæ tradunt PP.es. nam Augustinus sermone 22. de verbis apostoli dixit, domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur. et lib. de chatequizandis rudibus cap. 4.o dixit, illum qui ad Christum convertitur ita esse instruendum, ut audiendo credat, credendo speret, sperando amet. unde Ambrosius lib. 1.o de pœnitentia cap. 5. nemo potest rite agere pœnitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam. vide Bernardum sermone 3. de annuntiatione Damascenum lib. 3. fidei cap. 11. et Origenem ad Romanos 4.

Ratio etiam id ipsum probat quia cum iustificatio, et remissio peccatorum obtinenda sit a Deo iuxta promissa illius, non possumus apte et convenienter conari ad illam obtinendam, nisi similiter speremus, fore ut obtineamus, si ex parte nostra adimpleamus ea quæ

a Deo

a Deo promissa est; accedit, quod spes est medium necessarium ad salutem.

At peteres nunc huiusmodi spe de beatitudine a peccatore elici et formaliter in illo esse, ut iustificetur, vel, sufficiat aliquando elicuisse et non retractasse, sed virtualiter implicite, et quasi habitualiter in illo esse.

Sunt qui existiment eum semper requiri nihilominus tamen non probabilius est sufficere aliquando secundum, ultra Pater Suarez libro 8. de gratia capite 19. numero 4. Pater Granado contro versia 8. de gratia tractatu 4 disputatione 4. sectione 1a numero 5. Pater Valencia tomo 2. disputatione 8. questione 5. puncto 4. Pater Possesitus 1a 2ae questione 113a articulo 5. numero 43. ubi in item ex dictis, Vega, Dominicus, et Petrus de Soto apud Patrem Suarez nuper relatum numero 1. quibus adde Montesinos, et Enriquez, ut prætereamus alios. Unde Tridentinum loco supra citato licet semper requirat spem ad iustificationem non semper requiri explicitam, et formalem, sed vacare hanc et illam videlicet implicitam et virtualem vel explicitam et formalem.

Probatur. I quia actus perfectæ contritionis, et dilectionis Dei super omnia non pendent intrinsece ab actu formali, et obiecto spei formaliter proposito, sufficit enim ad actum contritionis, quod ex una parte proponatur foeditas peccati, gravitas offensæ Dei, et opposito, quam habet ex divina lege, et ex alia bonitas summa et infinita Dei offensi super omnia diligibilis, eiusdemque summæ, et infinitæ bonitatis propositio sufficit ad actum caritatis, quamvis nihil actualiter speremus, nec de venia peccati cogitemus. ergo haberi possunt absque tali actu formali, sed si habeantur dabitur iustificatio ergo videtur iustificatio non requiritur actus spei formalis.

Confirmatur ex Patre Granado, quia non est

ē cur multiplicemus actus frales ad iustificationem requisitos, quibus redderetur iustificatio difficilior, siquidem salvantur locutiones, quas Sacra Scriptura habet de spe cum sola virtuali, nam ut dicatur homo sperare, sperans, et expectans sufficit habuisse spem et non retractasse, sed quasi habitualiter in illa perseverasse, quamquam actu nullum actum eliciat. Sic Luc. 2°. dicitur, Simeon homo iustus expectans consolationem Israel. et cap. 23. Ioseph nobilis decurio erat, qui et expectabat regnum Dei; non enim semper in actu 2. id expectabant, sed quia precedentes actus non retractaverant, spem semel conceptam retinere tenebantur.

Dices spes ē medium nārium ad salutem ergo requiritur spes actualis, et fralis patet consequentia, quia medium nārium requiritur actu. ad hoc argumentum potest multipliciter resp. 1° spem fralem ēē quidem medium ad salutem, sed non requiri, ut medium nārium ad salutem semper actu sit, sed sufficere, quod aliquando fuerit, ut in multis ostendi potest. unde ad summum sequitur quod spes fralis debeat aliquando fuisse non quod debeat (ex conceptu medii ad salutem nārii) tunc ēē quando iustificatio ē. 2° sec. alionum ... spem fralem ēē medium nārium ad salutem aeternam consequendam, non vero ad iustificationem. unde solum sequitur ex hac necessitate medii, quod ante mortem debeat in vita aliquando haberi spes fralis, non ante iustificationem, satis erit quod tunc habeat homo spem in voto implicito, qualis continetur in perfecta contritione et caritate.

Hinc censent aliqui posse evenire in homine infideli iustificationem absque ulla spe fraliter precedenti, si videlicet immediate post conceptam fidem excitaretur

excitaretur in amorem Dei super oia raperetur ad martirium, aut concussus Dei timore prorumperet in perfectam detestationem peccati, in quibus oibus implicite continetur spes, nam qui Deum super oia diligit et propter Deum perfecte detestatur peccatum martiriumque subit, implicite vult facere, oia quae tenetur. tametsi addant hoc non fieri secundum colm providentiam, sed secundum specialem et extra ordinariam.

Petes quod sit obtum proximum et inmatum actus spei, quando haec formaliter concurrit ad iustificationem, ut frequenter concurrere solet, etsi, ut dixi, non requiratur, quod semper concurrat formaliter? Rhui esse ea, quae in ordine ad iustificationem promissa sunt atque ideo non est necesarium, quod eliciamus actum circa totum mam spei, ut comprehendit vitam aeternam et oia media ad illam consequendam promissa, sed circa remissionem peccatorum, si agamus poenitentiam et circa auxilia nasia, ut illam agamus et ad iustificationem disponamur. Sectio 5.a an requiratur etiam actus timoris et voti sacramenti.

Sectio. 5.a

An requiratur etiam actus timoris, et votum Sacramenti.

Duplex est timoris genus alterum filialis, alterum servilis, timor filialis est, quem filij erga parentes hent ob amorem scilicet et reverentiam erga parentes conceptam. servilis vero, quem hent servi erga herum ob metum videlicet flagellationis et poenae, unde in nostro casu timor filialis erit, quem concipimus de offensa in Deum commissa moti ex amore, et dilectione ipsius Dei

dei; servilis vero, quem concipimus ob metum gehen-
nae et poenae aeternae, de

De hoc posteriori timore loquitur Tridentinum sessione 6a de iustificatione cap. 6. et sessione 14 cap. 4 quem esse utilem ad consequendam iustificationem, multumque conferre constat 1° ex eo quod expellat peccatum iuxta illud Ecclesiastici 1. versu 38. timor domini expellit peccatum. 2°. ex eo quod sit initium verae sapientiae, quae consistit in hoc quod est invenire gratiam et amicitiam dei iuxta illud psalmi 110. initium sapientiae timor domini, et proverbiorum 1°. versu 7. idem repetitur. 3°. ex eo quod faciat deum, quem per peccatum amisimus inquirere iuxta illud Isaiae 26. versu 16. in angustia requisierunt te. et Ninivitae Ionae 3. timore poenae ad dominum conversi sunt. videri que potest psalmus 82us n°. 17. 4. ex eo quod faciat nos declinare a ruina mortis spiritualis animae iuxta illud proverbiorum 14. versu 27°. timor domini fons vitae ut declinent a ruina mortis.

Et ratio idem persuadet, nam peccatores adeo sordentes obsecati adeo que in sensibiles consuetudine peccandi, ut non nisi poenarum metu oculos aperiant nec sentiant divinam manum ultricem, et miserum suum statum tollere surgant, et necesse eos aeternae damnationis aculeis pungantur. Confirmatur per Suarez quia qui timet malum fugit rationem eius, ea autem mali aeterni, quod a deo timet peccator peccatum est. ergo si peccator concipiat verum timorem dei propter metum gehennae peccatum fugiet, et se ad iustificationem praeparabit. ratio est quia qui ab aliquo malum excellentim magnum timet, conatur illi placere, et nullam offensam

offensam infinitam; ergo haec ratione timor Dei est utilis ad iustificationem. unde dixit Augustinus lib. de catechizandis rudibus cap. 5. rarissime accidit, immo vero numquam, ut quisquam veniat volens fieri christianus qui non sit aliquo Dei timore perculsus; et S. Gregorius homilia 24. in evangelia: prava mens, si non prius per timorem concutitur ab assuetis vitiis non emendatur.

Propterque hanc veritatem definit Tridentinum adversus Lutheranos sessione 14. de sacramento poenitentiae canone 5°. his verbis: si quis dixerit eam contritionem, quae paratur etc. ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, et aeternae damnationis incursum cum proposito melioris vitae non esse verum et utilem dolorem etc. anathema sit. nec dicas utilitatem, quam definit Tridentinum non esse timoris, sed contritionis; nam difficultas non erat de contritione ratione sui, sed ratione timoris aeternae damnationis. Vide etiam caput 4um et sessione 6a. ~~canonem~~ de iustificatione canonem 8um.

Sed esse honestum praedictum timorem constat adversus haereticos ex auctoritate Tridentini, et ex Sacra Scriptura, quae suadet timorem, et suadere non potest nisi quae sunt honesta. psalmo 33. versu 16. timete Dominum omnes sancti eius. et versu 12. venite filii audite me timorem Domini docebo vos, et sane quamvis honestior sit timor filialis non ex inde probatur inhonestum esse servilem.

Hinc non controvertunt apud doctores an sit utilis, aut honestus timor Dei ob metum gehennae sed an sit ad iustificationem necessarius. Et communis sententia
docet

tract nonce simpliciter nasium: sed posse hom. absque illo iustificari. ita Pr. Suarez lib. 8. de gra cap. 29. Pr. Gonnalez Contin. lect. in 8 de gra tractatu 9. disp. 7. Albornoz ... n. 3. Montesinos p. l. disp. 34. questione 2. n. 80. Curiel ibi de ea questione 1. 2a articulo ... 2o Pr. Prepositus eadem quest. et articulo n. 38. et alij. imo addit hic ultimus autor non solum non requiri nasio timorem servilem detratum, sed nec vase, hunc aut filialem, quod etiam tenuerunt alij.

Ro autem e, quia perfecta contritio, aut caritas non pendet nasio a timore, et posita contritione aut caritate ponitur iustificatio. Inde cognito deo per fidem potest peccator sperare per christi merita, et dei misericordiam veniam peccatorum, qua spe concepta absque recordatione timoris potest deum super o'ia diligere, et ex dei amore, non ex timore detestari peccata.

Dices hec non stare cum ecclesiastico ... 1. versu 28. qui sine timore e non poterit iustificari ... enim sine quo non potest ... iustificari, nasio e ad iustificationem. Sed Rnt ... Pr. Prepositus ibi iustificari idem e ac iuste vivere, ut quibusdam placet, ad iuste autem vivendum requiritur timor, seu non posse contingere iustificationem saltem continenter ... Rnt aliqui 2o. ibi requiri disiunctive timorem fralem, aut virtualem, non detratum fralem. Rnt alij 3a requiri disiunctive timorem servilem, aut filialem, non detratum servilem, ancorautem virtualis caritate —

Petes qui actus sit magis nasius ad iustificationem, impius timoris, an spei, Ro magis nasium e actus spei, quia ut ait Pr. Suarez timor non tam exigitur

gitur propter ipsam iustitiam infusam, sicut spes Dei iam qua ratione hic requiratur] quam propter imperfectionem hominis qui ob affectiones, quam tale ad proprium commodum non tam move tur ex amore virtutis, quam ex timore poenae, unde spes requiritur quodammodo per se timor vero per accidens, atque ideo crescente caritate non minuitur sed perficitur, per minuitur vero servilis timor iuxta illud S. Joannis 4. perfecta caritas foras mittit timorem.

Circa votum sacramenti pauca sufficient. Dico cum omnibus Sa non requiri expressam et formalem voluntatem recipiendi sacramentum baptismi videlicet si peccator non sit baptizatus, et poenitentiae si sit, sed sufficere virtualem et implicitam quae continetur in actu perfectae contritionis et caritatis bene. Verum est speciale statuere, qui de novo accedit ad fidem, et cognoscit necessitatem baptismi, et dolet perfecte de peccatis, et novit necessitatem poenitentiae. Sectio 6a an requiratur detestatio peccatorum, et propositum novae vitae.

Sectio. 6a

An requiratur detestatio peccatorum, et propositum novae vitae.

Circa peccatum versari solent actus odii, volitionis, detestationis, seu abominationis, item fugae, doloris, et tristitiae, qui ut ad virtutem poenitentiae spectent debent tendere in peccatum quatenus est iniuria et offensa irrogata Deo, ita ut ~~illud~~ ideo illud fugiamus, abominemur, detestemur etc., quia est offensa Dei, ideoque de eodem ut malo praeterito doleamus, et tristemur, quia est iniuria Dei.

dei, ex quibus actibus, l. eorum aliquo excitatur voluntas, et nascitur propositum novae vitae, seu non peccandi de caetero, et impostenim servandi mandata ac bene vivendi. Resumimus ergo eam ad iustificationem, et odium, aut detestationem peccati requiritur, et insuper propositum novae vitae, seu correctionis vitae, etc.

Cum ac vera sacra charitas ... docet utrumque requiri, videantur P. Suarez tum alibi tum ... 8. de gratia cap. 20. Becanus 2. par. Summae tractatu 4. cap. 3. quaestione 3. P. Granado contro versia 4. de gratia tractatu 4. disp. 4. sectione 2a. et 3. D. ... 1a ... quaestione 113 articulo 5. Montesinos, Bellarminus et alij cum divo Toma insignius referendo, alijs ... patribus, quos ... brevitatis causa praetermitto. Adverte tamen actum odij et detestationis peccatorum, quem requiri dicimus, debere esse serium et efficacem, nec esse sufficere simplicem displicentiam, sicut nec sufficit velleitas, et superficialis voluntas emendandae vitae, atque ideo debet homo, quantum est ex parte sua, velle si fieri posset, peccatum infectum reddere et facere quod non fuerit. Inefficaces enim voluntates detestationis et propositi corrigendi vitam compatibiles sunt cum ipso peccato et offensa dei gravi, ideoque nequeunt reponi ...

... dispositionis, ad quam infallibiliter consequitur iustificatio et peccati destructio.

Pr 1o. conclusio ex sacra scriptura Luc. 13. versu 5. Si poenitentiam non egeritis omnes similiter peribitis; ecclesiastici 2. n.o 22. Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus domini. Ezequielis 18. versu 30. Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus

iniqui-

iniquitatibus vestris et non erit vobis in ruinam iniqui
tas. Jeremiæ 3. versu 22. convertimini filij reve
tentes, et sanabo aversiones vestras. et cap. 18. versu 8.
si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum
adversus eam, agam et ego pœnitentiam super malo, quod co
gitavi ut facerem ei, actorum 11° versu 18. ergo et gen
tibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. 2a ad corinthios 7. ver
su 10. quæ enim secundum Deum est, pœnitentiam in salutem
stabilem operatur. Apocalipsis 2. versu 5. age pœniten
tiam etc. sin minus etc.

Pr. 2. ex concilio tridentino ses
sione 6 de iustificatione cap. 6. ubi sic habet disponuntur autem
ad ipsam iustitiam, dum etc. moventur adversus peccata per
odium, aliquod et detestationem etc. et cap. 14. unde docen
dum est christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam
esse a baptismali eaque contineri non modo cessationem a
peccatis et eorum detestationem etc. et canone 3. si quis dixe
rit sine præveniente spiritus sancti inspiratione hominem
credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet
ut ei iustificationis gratia conferatur anatema sit. et ses
sione 14. de sacramento pœnitentiæ canone 5. si quis di
xerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, et de
testationem peccatorum etc. cum proposito melioris vitæ non es
se verum et utilem dolorem, nec præparare ad gratiam etc.
anatema sit. Vide etiam concilij florentini in decre
to Eugenij pro instructione Armenorum.

Pr. 3. ex D. Thoma 3. parte
quæstione 86. articulo 2. corpore ubi sic unde requi
ritur ad remissionem divinæ offensæ (in iustificatione) quod
voluntas hominis sic immutetur, et convertatur ad Deum

cum detestatione conversionis predictae ad creaturam per peccatum, et proposito emend. Vide eundem in praesenti quaestione articulo § et non semel alibi.

Prob. 4° ratione quia ut homini remittatur iniuria debet quantum in se est retractare illam, et quantum fieri possit satisfacere: sed peccator loquendo non conatur ad retractandum iniuriam deo illatam per peccatum, nec quantum fieri potest satisfacit, nisi de illa doleat illamque detestetur et proponat de cetero non peccare: ergo ut homini per iustificationem remittatur iniuria illata per peccatum requiritur peccati dolor detestatio, et odium cum proposito novae vitae, seu de cetero non peccandi.

Pr. 5° quia iustum videtur ut voluntarie avertenti se a deo per peccatum, et convertenti se ad creaturam non detur aditus ad divinam amicitiam, nec talis ei iniuria remittatur, nisi quantum fieri possit avertat se a creatura et ad deum se convertat, quod fit per odium et detestationem peccati cum proposito novae vitae seu de cetero non peccandi: ergo ad iustificationem tale odium, et propositum necessarium est. et quidem in humanis satis constat ita fieri remissionem iniuriae et admissionem ad amicitiam et gratiam offensi.

Probant alii 6° quia ad iustificationem requiritur dilectio dei super omnia (de quo sectione sequenti) nequit autem concipi quod deum super omnia diligamus, et quod non detestemur et odio prosequamur divinam offensam, quam per peccatum in eum commisimus ergo requiritur eiusmodi detestatio et odium. Confirmat quidam recentior 5°, quia non potest excogitari ullus alius modus aptior exprimendi, qua ratione homo cooperetur ad destructionem peccati. Confirmat. 2°.

quia

quia nisi fiat hec detestatio et retractatio sen cetus in estimatione prudenti perseveraret moraliter afectus erga peccatum, atque ideo here in dignitate et incapacitate ad recipiendam gratiam.

Dices 1º non oia que hic adducimus probare necessitatem propositi nove vite, sed doloris et detestationis, que stare optime potest absque recordatione aut cogitatione futuri eventus et vite posterioris. Respondetur 1º quod licet non oia id probarent, sufficeret quod probarent aliqua. Respondetur 2º quod oia probant, nam qui ex animo et eficaciter detestatur pecatum preteritum et serio dolet de ofensa commissa in Deum, necesse e ut saltem virtualiter proponat de cetero non pecare, sicut qui eficaciter intendit finem, virtualiter saltem vult media ponenda.

Dices 2. ergo non requiritur propositum nove vite formale et expressum, sed sufficit virtuale quale continetur in actu eficaci perfecte contritionis et doloris aut perfecte caritatis. Respondetur cum Pe. Praposito in 2 2 q. 113. articulo 5. Pe. Suario lib. 8. de gratia iam citato Pe. [illegible] nado ubi supra citatis apud Tortblanca lib. 14. iuris spiritualis cap. 7. nº 12. coique [illegible] concedendo consequentiam quamvis si dum eficaciter detestamur pecata se ofer[ret] non rarita et recordatio antiqua, dificille erit suspendere elicientiam talis propositi formalis.

Dices 3. ergo eodem mo nec requiritur detestatio formalis pecati, quia sufficit virtualis, cum dari possit casus in quo pecator iustificetur sine penitentia formali sed cum virtuali contenta in actu caritatis, ut eveniret in illo qui invincibiliter ignorans se here pecatum mortale nullus detestationis haret ellicere[t] vel actus dilectionis

tionis Dei super omnia et caritatis supernalis. Eo enim ipso quod peccator diligat Deum super omnia infunditur ei gratia, et iustificatur.

Restat concedendo, quod aliquando per accidens id contingat; ut in casu posito et quando subito rapitur ad martirium, ideo que in nostra conclusione diximus per se loquendo, ut denotaremus posse aliquando per accidens aliter evenire; in quo nobiscum sentiunt caeteri doctores videantur Suarez, Præpositus, Granado et alij.

Petes an defectu contritionis peccati per se requisita ad iustificationem debeat esse perfecta contritio, et sufficiat attritio. Pater Vasquez disp. 203. et 210. Pater Merasius tractatu de gratia disp. 12 sectione 25. a n. 6. et alij credunt sufficere attritionem, quia concilium id indicavit per parlam illam dimmentem odium aliquod, non dixit determinate odium perfectum, aut contritionem, verum Pater Suarez cum com. sententia docet oppositum; videlicet requiri perfectum odium, seu contritionem quod late probat et tum ipse, tum Praepositus, et alij explant autoritatem concilij, mihi que placet haec sententia. Sectio 7. an dilectio Dei super omnia requiratur ad iustificationem.

Sectio 7.a

An dilectio Dei super omnia requiratur ad iustificationem.

Affirmativa pars est communissima sapientium [illegible] inter alios Pater Suarez, Pater Granado, Pater Praepositus, Pater Becanus, Montesinos et Torresianus. Sectione proxima citati, quibus si placet adiunge Cajetanum 2.2. quaest. 113.a articulo 3. [illegible] omittamus alios. Dicimus

missimo

missimq et non dixi certe quia licet certe sit neque in amore non solo constat hunc amorem debere esse dilectionem dei super omnia, nam Pater Suarez Pater Vasquez Zigora et Pater Mera sius n.º 2, 3, et 4. credunt sufficere amorem concupiscentiae.

Pr 1º ex Sacra scriptura Luc 7 versu 47 remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum ecclesiastici 2. versu 10 qui timent deum diligunt illum et illuminabuntur corda eorum Joannis cap. 14. qui diligit me diligetur a Patre meo, et epistola 1ª cap. 3. versu 14. qui non diligit manet in morte, et cap. 4. versu 7. omnis qui diligit ex deo natus est. quae loca intelligenda esse de dilectione caritatis, et non de amore concupiscentiae facile colligi potest ex aliis locis, quibus Sacra Scriptura exprimit necessitatem caritatis ad iustificationem et peccatorum remissionem. ad Galatas 5. neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur. 1ª ad Corinthios 13 si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam, factum sum velut aes sonans aut cimbalum tinniens, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero nihil sum. proverbiorum 10º. versu 12. universa delicta operit caritas. 1ª Petri 4. versu 8. ante omnia autem mutuam in vobis metipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum non melabitur, duo postrema testimonia haec posse alium sensum ceterum non est insolitum eundem locum Sacrae Scripturae habere plures etiam literales, ut alibi observari.

Pr 2º ex tridentino sessione 6 de iustificatione cap. 6 ubi innumerans dispositiones ad iustificationem inter alias nominat dilectionem, uti: illum quae tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt. et tandem 3º

3. si quis dixerit sine praeveniente spiritus sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur anathema sit.

Pr. 3.e ex S.to Thoma 3a parte quaest. 85 articulo 6. corpore. Ubi sic habet, in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in deum (qui est actus fidei per caritatem formatus) et motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus poenitentiae; horum tamen duorum actuum sicut naturaliter praecedit 2um, nam actus virtutis poenitentiae est contra peccatum ex amore dei; unde primus actus est ratio et causa secundi.

Pr. 4.o ex S.to Augustino sermone 22. de verbis apostoli sic aiente: domus dei credendo fundatur, sperando erigitur, et diligendo perficitur, et sermone 7. de tempore (habetur tomo 10.) poenitentiam certam (quam dicimus esse proprie loquendo dispositionem ad iustificationem) non facit nisi odium peccati et amor dei; multa alia docet. Caeteri que patres disserte continent, quos per tempus iam non licet referre.

Pr. 5. ratione S.ti Thomae 1a 2ae quaest. 113 articulo 5. corpore per peccatum homo avertitur a Deo, et convertitur ad creaturam. ergo ut perfecte convertatur, et peccatum retractetur debet dari motus contrarius, quo non solum avertamur a peccato per illius detestationem et fugam, sed convertamur ad deum per dilectionem illius, et amorem super omnia contrahatur, quia congruum est ut amicitia dissoluta per peccatum, (quod inducit inimicitiam) restauretur et reintegretur connaturaliter in destructionem inimicitiae qualis est odium peccati, et in restaurationem amicitiae (qualis est dilectio) adde quod homo per se loquendo tenetur meliori modo, quo potest satisfacere Deo

deo pro offensa, et quantum in se fuit hanc infectam reddere: nullus autem melior modus est, quam detestando, et deum diligendo, seu propter deum summe dilectum detestando de commisso peccato. ergo.

Dices autem sicut per accidens potest contingere quod homo iustificetur cum actu formali caritatis absque formali poenitentia, ut si omnino invincibiliter credat se non habere peccata mortalia, ita possit cum formali actu poenitentiae absque actu formali caritatis, ut si solum cogitet de malitia peccati et non recordetur dei diligendi.

Fateor negantem, quia de facto, et secundum praesentem providentiam non potest contingere iustificatio adulti extra sacramentum, nisi ad sit formalis actus caritatis, seu perfectae contritionis, quia haec est ultima dispositio: contritio autem perfecta est realiter caritas, quia est propter deum super omnia dilectum quamvis formaliter tendat in peccatum illud detestando, atque ideo licet possit dari iustificatio sine formali actu poenitentiae, non sine formali actu dilectionis, seu caritatis; tamen si probabile sit non opus esse quod detur actus dilectionis realiter distinctus ab actu perfectae contritionis, et odii de peccato, etiam probabile, nam Suarez ... Thomas hic articulo 5. et ex eo alii vel qui volunt quod detur actus distinctus ... ratio 8. Haereticorum obiecta ad aliis suspradictas dispositiones.

Sectio 8.a

Haereticorum obiecta ad aliis supradictas dispositiones.

Haeretici multis scripturae testimoniis

nisi contendunt solam fidem sufficere, nec alios actus, seu motus absolute requiri ad iustificationem. quod etiam constat ex SS.bus et aliis operibus eorum, quibus opus est hic breviter respondeamus, longior enim disputatio alterius instituti est, debent ij qui controversias agunt.

1°. igitur obijciunt Sacram Scripturam in multis locis attribuere iustificationem soli fidei. Lucæ 7. fides tua te salvam fecit, et cap. 8. crede tantum et salva eris. Joannis 3. ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Mathei 9. videns Jesus fidem illorum dixit: confide fili remittuntur tibi peccata tua. Abacu 2. iustus autem in fide sua vivet. ad Hebræos 3 iustus autem meus ex fide vivit. ad Romanos 13. in hoc omnis qui credit, iustificatur. aliaque congerunt usque ad sacietatem.

2° obijciunt Sanctos Patres Sanctus Basilius homilia de humilitate, qui sic habet, hæc est perfecta et integra gloriatio in Deo, quando nec ob iustitiam suam quis se iactat, sed novit quidem se egerum veræ iustitiæ indignum, solam autem fide Christi iustificatum. Chrisostomus homilia de fide et lege naturæ cuius hæc sunt verba: latro autem credidit tantum et iustificatus est. et homilia 3a in epistolam ad Titum, si credis fidei, cur alia infers, quasi fides non sufficiat iustificare sola. Divus Ambrosius sermone 45. in hunc modum loquentem sicut sufficit sola ad scelera cripienda dimisse vita sufficit latroni ad sententiam domino credidisse. Item Leonem epistola 90a. ubi hæc dedit. sola fides iustificat, vivificat, et sanctificat. Item Augustinus contra duas epistolas pelagianorum ita aientem, non eos (antiquos iustos)

salvos

salvos fecit mediis decimi iudicis, alia quae nos ubique vide Theophilactum in caput 3. epistolae ad Galatas, eundemque Origenem.

3°. Obijciunt rationem, nam si aliud praeter fidem requireretur, ut praevia dispositio ad iustificationem certe essent opera, haec autem non requiruntur, nam iam iustificatio esset ex operibus, et non gratis, contra illud apostoli ad Romanos 11. Si gratia iam non ex operibus, alioquin gratia non esset gratia: et ad illud ex capite 3. iustificati gratis per gratiam ipsius, et contra illud ad Ephesios 2°. gratia estis salvati, per fidem, non ex operibus. confirmant 1°. quia possent homines gloriari, quod se ad gratiam disposuerint, et media dispositione gratiam consecuti sint. confirmant 2° quia esset volentis et currentis, et non solius Dei miserentis, quod iustificemur et tandem praedestinemur siquidem quod iustificemur nascitur ex eo quod disponimur, et a nobis est disponi, quamquam a Deo sit gratiam iustificantem infundi.

Respondetur ad summum tripliciter (omissis quae Pater Suarez libro 8. de gratia cap. 2. a n.° 4. per plures sequentes ostendit maiori ex parte loca alegata ab ipsis non esse ad rem) 1°. ibi sacram scripturam non loqui de fide haereticorum, qua quisque specialiter credit sibi esse remissa peccata, nec de vana illorum fiducia, et confidencia. respondetur 2°. in alijs locis, ut in summa, similem modum loquendi esse de caritate, de paenitentia, de spe, et timore, nec tamen ideo dicunt haeretici solam charitatem, solam spem, solam paenitentiam, aut solum timorem sine fide iustificare. Respondetur 3°. ex tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 8. non alio modo dicit nos per solam fidem iustificari

cari, nisi quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum et radix, nec alium sensum habent PP. atque ideo eodem pacto explandi sunt.

Ad 3um dixi supra quare iustificatio sit gratis, et qua ratione non possit esse ex operibus, atque ideo non oportet eadem repetere. nihilominus addo nunc ex Sto. Iacobo in sua epistola cap. 2. verum est quod fides sine operibus nihil prodest, atque ideo, ut ad iustificationem prosit debet operibus coniungi. audi, quid prodest fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, numquid fides poterit salvare eum? et v. 17. fides si non habeat opera mortua est in semet ipsa.

Ad 4am confirmationem constat ex ame dictis in materia de auxiliis, et nunc est propositum praesenti dico non posse hominem gloriari, quod ex se, et ex meris suis viribus, absque dei gratia se disposuerit ad iustificationem illam vel consequutus fuerit, quam gloriationem solum excludit Apostolus. ad 2am confirmationem etiam dixi in eadem materia, sed dic similiter de volentibus et currentibus merito per meras vires naturæ, et non cum adiutorio gratiæ. vide aliam explicationem Soto sitate ne eadem repetamus. quæstio 21a an ultima dispositio ad gratiam procedat efficienter ab illa. sectio 1a principium difficultatis et doctorum sententiæ.

Quæstio 21a.

An ultima dispositio ad gratiam procedat efficienter ab illa?

Sectio 1a.

Sectio 1a

Punctum dificultatis, et doctorum sententiae.

Non procedit dificultas de continuatione sed de 1a productione, atque ideo non rogamus an ultima dispositio ad gratiam aliunde 1o producta conservetur a gratia, sed an 1o nequeat esse ab ipsa gratia quemadmodum in philosophia rogari solet de dispositione ultima ad formam substantialem.

Secundus procedit dificultas non de iustificatione intra sacramentum, sed extra, quia dispositio ultima ad iustificationem intra sacramentum, videlicet attritio saepe praecedit tempore ipsam iustificationem, atque ideo, ut de se constat, requiritur producta aliunde quam ipsa gratia sanctificante extra sacramentum autem cum eo momento, quo ultima dispositio semper concurrat et existat gratia, non constat, esse, quod dispositio ultima aliunde producatur, ideoque inquiritur, an producatur a gratia. &

Duplex est sententia. 1a afirmat ita per Vasquez 1a 2ae disputatione 2ii 1a cap. 3o et sequentibus. per Torres 1a 2ae disputatione 77. dubio 3, et opusculo 5 de gratia disputatione unica dubio 1o. per Gaspar Hurtado disputatione 1a de inclinatione dificultate 1o § 2 n.o 39. Suarez lib. 7 de auxiliis disputatione 6a. per Valentia 1a 2ae disputatione 8. quaestione 3a puncto 4. et quaestione 5a puncto 4. quaestiuncula 2a Medina Caietanus et Conradus eadem 1a 2ae quaestione 113a articulo 8. Cano relectione de poenitentia parte 1a §. ad 2 um Sotus tum in 4. distinctione 14. quaestione 2a articulo 6o

et distinctione

et distinctione 17. quaestione 2a articulo 5. et in libro 2o de natura et gratia cap. 18. et alii intra tomistas qui credunt esse Divi Thome de quibus mente dicemus infra.

Aliqui vero ex tomistis defendunt hanc sententiam cum certa quadam moderatione distingunt enim in habitu gratiae sanctificantis duos conceptus partiales, seu formalitates, alterum qui se habet per modum auxilii, alterum, qui se habet per modum gratiae sanctificantis, et primum conceptum dicunt procedere dispositionem, et illius prius, secundum vero subsequi tamen secundum conceptum, quam ipsam dispositionem, unde dispositio non procedit a gratia ut iustificante, sed a gratia ut transiliante etc.

2a negativa Pater Suarez tomo 4. in 3am partem disputatione 4. sectione 7 n. 8. (quamvis ibi disputet speciatim de contritione) et libro 3. de auxiliis cap. 4 n. 9. Pater Praepositus 1a 2ae quaestione 113 articulo 8. Pater Molina 1a parte disputatione 46. in articulum 13um quaestionis 14. Pater Granados controversia 8. de gratia tractatu 10. disputatione 2a n. 3o Pater Belarminus libro 6 de gratia cap. 15. conclusione 12a et 13a. Pater Tannerus disputatione 6a de gratia quaestione 5a dubio 3 assertione 2a. Noster cardinalis Lugo tomo de poenitentia disputatione 5. sectione 7a. Vasquez hic quaestione 117a disputatione 5. 3. disputant 2o conclusione 1a Curiel, Maldonatus, et alii. Sectio 2a. Ultimam dispositionem ad gratiam non procedere efficienter ab illa.

Sectio 2a.

Ultimam dispositionem ad gratiam non procedere efficienter ab illa.

ita

Ita dictores sententiae, quae pr. 1°. quia causa efficiens debet prius esse quam illius effectus ergo si gratia sanctificans esset causa efficiens ultimae dispositionis prius esset quam sua ultima dispositio, et consequenter prius esset in subiecto quam subiectum dispositum, ~~et consequenter~~ atque ideo in subiecto non disposito, seu independenter a dispositione subiecti, quod quis dicat.

Pr. 2° a contrario prius est subiectum ~~esse~~ ultimo dispositum, quam gratiam esse in subiecto, siquidem ideo subiectum ultimo disponitur, ut illi gratia infundatur, et quia ultimo disponitur infunditur, ergo ultima dispositio ~~ad~~ gratiam non procedit efficienter ab illa, quia quod prius est nequit fieri ab eo quod est posterius, alias quod posterius est esset prius, vel produceret prius quam esset, quorum quodlibet est impossibile, consequentia, quia hae causales essent falsae, quia subiectum est ultimo dispositum gratia infunditur, et vera haec: gratia infunditur ut dispositum subiectum, cum tamen sit verissima, et maxime consentanea sit, ut colligi potest ex concilio Tridentino infra referendo.

Pr. 3°. si ultima dispositio ad gratiam procederet efficienter ab illa non esset in nostra libera potestate habere gratiam etiam cum auxilio Dei ad id postulato; quia tantum possit esse in nostra libera potestate habere gratiam sanctificantem, quatenus in nostra potestate est ultima dispositio ad gratiam, sed si ultima dispositio fieret a gratia daretur gratia independenter ab ultima dispositione et prius quam ~~esset~~ ultima dispositio (cum causa sit prior effectu, et ab illo independens); ergo cum ultima dispositio non esset in nostra libera potestate ratione dispositionis ultimae (quam praecedit) nec in se (siquidem a solo Deo produceretur,

absolute

absolute non est in nostra potestate. —
§. 33.
— Confirmatur hoc et declaratur amplius, quod est in nostra libera potestate, et conferetur dependenter ab illa spectat ad usum nostrae libertatis, ideo sit, non illum praecedit. ergo si gratia esset in nostra libera potestate, et conferretur dependenter ab illa, quatenus libere se ultimo disponit, expectaret usum nostrae libertatis ultimo se disponentis, ut conferretur, et non supponeretur collata, antequam ultimo disponeretur; atqui supponeretur, antequam disponeretur ultimo, si esset causa ultimae dispositionis, cum causa praecedat effectus ut dictum est. ergo non esset in nostra libera potestate haec gratia, si haec esset causa ultimae dispositionis. —
Hinc infertur et est 4.a probatio dispositionem ipsam ultimam futuram nobis necessariam, aut in nostra potestate esse, quod gratia sit absque ultima dispositione, quorum quodlibet est absurdissimum; ergo consequela [illegible] — dispositio ultima procedit a gratia, ita necessario ut [illegible] [illegible] efficientiam vel primam et physicam, [illegible]. [illegible] ergo dispositio ultima non est nobis libera sed necessaria. Patet consequentia, quia neque esset libera in se, cum non possimus illam suspendere posita gratia, neque etiam in causa seu gratia, cum ostenderimus hanc non esse in nostra libera potestate, quoniam supponitur ante usum illius. [illegible] ergo possumus facere quod gratia sit sine ultima dispositione. [illegible] probo consequentiam; quia possemus impedire productionem dispositionis ultimae non obstante quod sit gratia, et possemus facere quod gratia sit sine ultima dispositione; cum illa ~~absolute~~ sine dispositione ultima, non obstante gratia, impediretur productio ultimae dispositionis. Sectio 3.a alia argumenta magis theologica pro eius doctrinae fundamento. —

Sectio. 3.a

Sectio 3ª

Alia argumenta magis Theologica pro eiusdem doctrinae fulcimento.

Pr. rursus 1º gratia infunditur secundum uniuscuiusque dispositionem (iuxta tridentinum sessione 6. de iustificatione cap. 7.) sed quod idem est mensura et quantitas gratiae datur iuxta mensuram et quantitatem dispositionis, sed hoc non esset verum, imo potius e contrario dispositio daretur iuxta mensuram gratiae. ergo minorem probo, quia causa non dicitur dari iuxta mensuram effectus, sed potius e contrario effectus iuxta mensuram virtutis causae. neque quod prius est (ut est gratia, sic est causa dispositionis) iuxta mensuram posterioris.

Pr. 2º quia ultima dispositio ad gratiam non esset illius impetratoria, contra concilium Tridentinum sessione 14 cap. 4. ubi agens de contritione, quae est ultima dispositio ad gratiam dicit fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam veniam (utique per gratiae infusionem et iustificationem) pr. sequela quia contritio non potest esse impetratoria rei prius habitae, et possessae, sed habendae et possidendae; non enim impetramus quod iam possidemus, sed quod optamus possidere, gratia autem esset prius posita ante contritionem, siquidem ad illam eius causam ponitur, iamque possideretur. ergo.

Pr. 3º ultima dispositio ad gratiam esset ~~meritoria~~ meritoria de condigno eius gratiae, si ab illa efficienter procederet, quod est absurdum, pr. quia ut aliquod opus sit meritorium de condigno solum requiritur quod sit bonum moraliter supernaturale factum in gratia et ...

ex gra totum hoc heret ultima dispositio ad gram, si ab illa efficienter procedit, ergo esset meritoria de condigno ipsius gratie. Altero pro quia supponimus esse hominem opus morale supernale, de quo nunc non dubitamus, deinde esset opus ex gra auxiliante; item ex gra hoc non procedens a subiecto grato, ita habente in priori ad gratiam, siquidem in priori ad supponitur gra sanctificans, ut ab illo procedat opus illud.

contrarie; quia contritiones, et actus boni morales post iam iustificationem facti non alio ex capite sunt meritorij de condigno augmenti gratie, nisi quia procedunt ab hoie habente gram sanctificantem, sed id etiam heret ultima dispositio ad iam gram; si ab illa efficienter procedit: ergo esset meritoria illius de condigno, et non solum de congruo.

Pri. pro quia meriti caderet sub meritum, et sic esset premium eiusdem meriti, pro quia ultima dispositio est meritoria saltem de congruo ipsius gratie, et hec premium ultime dispositionis, ergo si ipsa gra est prius ultime dispositionis efficiens quidem et eandem, ad ultimas, et etiam dignificans ad eandem [illegible] precedentem prium, ne caderet sub meritum, et est premium eiusdem meriti, quod de lege ordinaria nemo concedit, et ulterius existimo etiam de poa absoluta repugnare.

Probat 3. noster Cardinalis Lugo, quia premium ex conceptu suo asserit, quod premians si vult premiare debet dare merenti pro proprio opere aliquid aliud a tra ea ea, que iam supponitur merens

vnis hic in suis bonis, antequam premietur, nam qui premiatur debet ditior fieri per premium, quam esset per solum opus, quod premiatur, sed Deus non daret pro merito ultime dispositionis aliud ultra ea, que iam habebat in suis bonis dando gratiam sanctificantem, si ab hac ultima dispositione procederet: ergo Deus dando gratiam non premiaret meritum ultime dispositionis. Minor probatur, quia cum ante ultimam dispositionem supponeretur gratia, utpote causa illius iam supponeretur gratia possessa ab homine, in illis que bonis adnumerata.

Aliqui producunt illud Luce 7: Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum: ergo ex mente Evangeliste non dilexit, quia remissa sunt ei peccata per infusionem gratie, et iustificationem, sed e contra: at dilexisset, quia remissa essent peccata per infusionem gratie, et iustificationem, si gratia infusa esset causa dilectionis, qua ultimo disposita fuit Magdalena ad iustificationem: ergo de mente Evangeliste gratia non est causa ultime dispositionis. minor probatur, quia illa est effectus, quia est causa. Huic argumento late respondet P. Vasquez disp. 211. cap. 5. ubi predicti loci plures refert expositiones, presertim ex Jansenio, quibus non est opus detineri.

Sectio 4a.

Adversariorum effugia precluduntur.

Tripliciter prentant adversarii viz nostram rationem eludi: 1° admittendo mutuam prioritatem inter dispositionem ultimam, et gratiam, ita ut haec supponatur dispositionem, ut dispositio est, et supponatur ab illa, ut effectus

ture non enim includunt repugnantiam in hac mutua priori-
tate praecertim in diversa genere ad quam stabiliendam
feruntur multa ex lege philosophia, ex qua quidem
difficultates et controversiae.

Venio ad hanc mutuam prioritatem,
secundum realem existentiam, quam habet dispositio ut talis,
et causa efficiens, ut talis, semper mihi visa est impossibilis,
et in terminis implicans. ideo multoties mihi fuit impugnata,
nunc quoque in speciali nostra materia breviter impugno 1°. sic arguo. ut forma habeat esse, quae debent praecedere
omnia, quae per se requiruntur ut forma sit. sed inter ea
requisita (secundum praesentem providentiam) est dispositio
ultima ergo haec debet praecedere ut forma sit. atqui non praecederet formam nisi haec ante illam iam praecessisset. ergo forma
et ultima dispositio non habent mutuam prioritatem.

Confirmatur hoc et arguitur amplius:
nullo modo potest dispositio praecedere formam antequam sit causa,
ex qua eius habeat esse. ergo si dispositio ultima habet esse a
forma nullo modo potest praecedere formam. patet consequentia quia si
aliquo modo prioritatis praecederet, utique praecederet antequam
esset causa ex qua eius haberet esse. antecedens probatur, quia si aliquo
modo praecederet antequam esset causa, aliquo modo esset ultra,
sine causa, atque ideo actu haberet esse non communicatum a causa,
quod in creaturis est impossibile.

2°. forma non potest praecedere dispositionem antequam ipsa forma 1° sit. sed praecederet ante
quam 1° esset si daretur mutua illa prioritas: ergo non
datur. maior est manifesta. minorem probo, quia forma non sit
est, nisi post dispositionem, alias 1° esset in subiecto nondum disposito: sed si daretur mutua prioritas 1° esset ante

dispositionem

dispositione, cum deberet supponi existentia dandae esse dispositioni. ergo [prius] esset antequam esset

3.° gratia se ipsam supponeret, seu esset se ipsa prior, probatur, quia quod est prius priori est prius posteriori. sed gratia esset prior dispositione ultima, quae est prior ipsa gratia, ergo esset prior se ipsa, quod si dicas dispositionem non esse simpliciter priorem ipsa gratia, sed cum mutua prioritate, instabo, eodem genere prioritatis debet esse prius posteriori, quo est prius priori. ergo si gratia est prior dispositione, quae est prior, mutua prioritate, quam ipsa gratia, gratia erit se ipsa prior mutua prioritate.

4.° adhuc data [licet] omissa mutua prioritate, non constatur quod dispositio ultima esset meritoria de condigno ipsius gratiae, neque quod pretium meriti cadat sub meritum, seu sit premium illius, ut patebit si argumenta, quibus id probavimus lectione precedenti, instaurentur.

5.° conantur aliter vim nostrarum omnium ellidere asserentes, quod in entitate gratiae dantur duae formalitates, altera quae gerit vices auxilii, et [actualis] est, altera quae est proprie et formaliter gratia sanctificans, ab harum [prima] dicunt produci dispositionem illam quae subsequi non [vero] [2.ª], quam praecedit, unde consequenter dicunt nec [2.ª]am formalitatem gratiae, quae est praemium ultimae dispositionis esse pretium meriti, nec [1.ª]am quae est pretium, cadere sub meritis, seu esse premium.

Contra tamen est 1.° quia auxilium intrinsecum est (ut alibi ostendi), actus intellectus et voluntatis, qui non identificatur cum habitu gratiae, ergo si dispositio ultima fit a gratia, fit utique ab illa, secundum quod formaliter [est] iustificans. atque ideo resurgunt omnia argumenta superiora

superius facta. ——

2° quia hic non inquirimus an ultima dispositio ad gratiam sanctificantem procedat efficienter ab auxilio, quidquid sit an hoc auxilium identificetur cum gratia, seu ab illa distinguatur] sed an procedat ab illo conceptu gratiae, ad quem est ultima dispositio, et contendunt argumenta non posse procedere hac ratione efficienter a gratia, neque eorum vis infringitur solutione data. ——

3°. denique conantur elidere alterum quod dispositio prius est considerari ex parte agentis et ex parte passi, sed ut respicit agens, et ut respicit passum, priori modo consideratur ut effectus et subsequitur gratiam, quae est causa et agens, posteriori consideratur ut dispositio et antecedit gratiam. § contra tamen est 1°. quia quando sic consideratur dispositio ut talis ex parte subiecti habet esse dispositionem ex ratione causae producentis, et dantis esse. ergo ex ratione gratiae, a qua producitur et habet esse. ergo si ut dispositio praecedit gratiam, praecedit gratiam ex ratione illius, quod est produci a gratia antequam sit gratia, quod est impossibile. ——

2°. quia quando dispositio habet esse a gratia et consideratur in ordine ad illam ut ad causam, non consideratur in ordine ad causam producentem extra subiectum cum non producatur accidens nisi in subiecto. ergo quando consideratur in ordine ad agens, simul consideratur ut dispositio siquidem simul consideratur in ordine ad subiectum in quo recipitur. ergo si ut effectus et in ordine ad agens subsequitur gratiam, etiam subsequitur ut dispositio. ——

3° gratia non potest agere, nisi existat in subiecto; atque ideo non prius agit quam sit in subiecto

subiecto ergo si ut agens praecedit dispositionem quatenus haec se tenet ex parte subiecti, ut agens praecedit subiectum sine dispositione, aut aliter; ut gratia sit in subiecto supponit dispositionem ex parte subiecti. Sed ut agat debet esse in subiecto: ergo ut agat supponit dispositionem ex parte subiecti, ex quo inde est dispositio non solum est prior gratia, ut se tenet ex parte subiecti, et ut dispositio est, sed etiam ut respicit agens et efficientem. Sectio 5.a obiectiones quae pro parte opposita ex autoritate petuntur.

Sectio. 5.a

Obiectiones pro parte opposita ex autoritate petuntur.

Obijcitur 1.o illud Ioannis 15. v. 4. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, et in illius: quia sine me nihil potestis facere. Ferret autem fructum non manendo in Deo, qui ultimo disponeretur ad gratiam si ultima dispositio a gratia non procederet sed aliunde iam producta praecederet. Probatur quia antequam gratia sit non manemus in Deo in quo solum manemus per gratiam sanctificantem, et tamen haberemus dispositionem ultimam, quae fructus optimus est, antequam essemus in gratia, ergo et antequam essemus in Deo diceremur ferre fructum.

Respondetur sensum illorum verborum esse quod sicut palmes non potest ferre fructum perfectionis vivum et vitalem, nisi manserit in vite, ita nec nos possumus ferre fructum vivum et vitae aeternae dignum, nisi manserimus in Deo per gratiam, non quia haec sit prius producens fructum sed dignificans, et veluti informans. Praeterquam quod sunt

sunt, qui existiment cum P.e Granado ita exponendum esse ... ; ut sicut palmes non potest ferre fructum nisi dum est in vite, ita et nos, nisi dum a Deo per auxilia gratiae iuvabimur.

Obijcitur 2º illud ad Galatas 5. versu 6º: in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per charitatem operatur: ergo fides operatur dispositione, quae aliquid valet ad iustificationem, per charitatem habitualem, seu gratiam, quod est a gratia produci dispositionem. Respondetur longe aliam esse mentem apostoli, qui agit ibi de charitate actuali, non de habituali primarias quae est gratia, et docet fidem per actualem dilectionem operari disponendo ad iustificationem, quatenus per dilectionem ultimo praeparat subiectum ad gratiam, sine qua dispositione neque circumcisio, neque praeputium aliquid valent, siquidem non habent vim inducendi gratiam, ut subiectum mundetur a peccato, quae expositio est iuxta mentem Augustini de spiritu et litera cap. 32º.

Obijcitur 3º illud primae Joannis 4º versu 10: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: ergo prius nos Deus dilexit, ut eum diligeremus, et quia nos Deus diligit, nos illum diligimus, at nos Deum diligere, est nos disponere ad gratiam, cum dilectio sit ultima dispositio, Deum autem nos diligere supponit nos esse in gratia, vel in gratia nos constituit: ergo vel quia sumus in gratia, vel a Deo in illa constituimur, Deum diligimus, et consequenter a gratia oritur, quod Deum diligamus.

Respondetur 1º Deum eatenus dici prius dilexisse nos, quam nos illum, quatenus prius dilexit incarnationem

ad nostrum

ad nostrum remedium (in qua maximus amor elucet) qua nos il-
lum diligeremus. 2° quatenus vocavit nos excitando, ac inci-
tantibus congruis, id est electione actuali, qua illum diligimus, et dis-
ponimur ad gratiam sanctificantem prius quam nos amorem erga
illum exercueremus, ut sic vocemur, et excitemur, neutro
autem modo gratia habitualis supponitur ad producendam dilectionem.

Objicitur 4°. illud concilii Arausicani 2°. canone
4°. per infusionem, et inspirationem Sti Spiritus in nobis fieri, ut
purgari velimus a peccato, at velle purgari a peccato est dis-
positio ad gratiam, et Spiritum Sanctum infundi est infundi gratiam: er-
go a gratia praevenit dispositio. Vide etiam canonem [illegible] et 8.
Respondeo sermonem esse de infusione, quae fit per auxilia interna
sanctae cogitationis, et divinae inspirationis, et dicit volunta-
tem, qua purgari volumus a peccato esse effectum sanctae cogi-
tationis, et divinae inspirationis, ab illisque oriri, et nasci.

Objiciuntur 5° aliqui SS. Patres, et in primis Sanctus
Gregorius homilia 3a in evangelia, ubi sic habet, qui
mente integra Deum desiderat profecto jam habet, quem amat;
neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum, quem
diligit non haberet: ergo de mente Sti Gregorii debemus De-
um habere, ut illum diligamus, habemus autem per gratiam:
ergo habere debemus gratiam, ut diligamus, quare dilec-
tionem oriri a gratia. Deinde Sanctus Augustinus in Enchiri-
dio cap. 2°. amat Deus, ut ametur, amat autem infunden-
do gratiam, ex quibus lucem accipiunt quae proxime retuli
ex Sto Gregorio, vide, quae habet lib. de Spiritu et litera cap. 3°, etc.

Resp. Ut autoritate Gregorii respondeamus, suppone prius dupliciter
nos posse Deum habere, 1°. ut motorem, et inspiratorem, 2°. ut inhabitantem,
seu habitatorem, dicit ergo Gregorius, quod qui integra mente Deum habi-
tatorem desiderat, jam habet motorem, et inspiratorem, cum a Deo moveatur ad illud desiderium, nec posset

possit deus diligere, si eum quem diligit non habeat prius motorem ad diligendum ad S. Augustinus dic deum amare inspirando, movendo et inclinando, ut ex tali motione, et dilectione delati et inclinati deum diligamus. diligit autem deus, modo dicto, infundendo gratiam auxiliatricem, seu auxilium internum gratiae. et quamvis frequens et magis proprius sit deus infundi, sit in habitibus, quam in actibus, talem PP. aliquando usurpant in actibus et ita accipit ecclesia in ea petita deo ut nobis infundat supernaturalis affectus. Sectio 6a. aliae obiectiones petitae ex ratione

Sectio 6a.

Aliae obiectiones petitae ex ratione.

Obijcitur 1o ex ratione non est implicatio in quo quod ultima dispositio ad gratiam procedat efficienter ab illa. ergo congruentius dicetur quod procedit ab ipsa, quia non implicat ex defectu virtutis productivae cum ad dignitatem gratiae pertineat vis productiva dispositionis, praesertim quod cum contradistincta immediate habitus et actuum virtutis infusarum habet vim producendi actus poenitentiae, et charitatis, qui sunt virtutis infusae effectus; et disponunt ultimo ad gratiam sanctificantem. deinde non implicat ex defectu existentiae nam cum eo ipso instanti, quo est ultima dispositio ad gratiam existat gratia, habet existentiam requisitam, ut tunc producat. aut dic cur non producet cum existat tunc et habeat vim producendi?

Respondetur negando antecedens ad probationem dicendum non ostendi posse, quod causa univoca possit produci a suo effectu, quia non implicat ex defectu virtutis cum effectus habeat virtutem de se productivam causae, neque

ex

ex'i effectu existentiae, cum existat tunc quando a causa producitur. Resp. 1°. negando minorem, quia licet tunc realiter existat, non existit prius natura quam dispositio ultima, ut supponebat; causa enim prius est et existit quam effectus, sed gratia licet simul realiter sit cum ultima dispositione, non prius natura sed posterius.

2°. causa naturalis sufficienter applicata naturaliter operatur: sed gratia est causa naturalis dilectionis, et ultimae dispositionis, sufficienterque applicatur in illo instanti, quo simul est cum dispositione: ergo illam naturaliter producet. Respondetur hoc etiam argumentum instari posse in causis univocis. Respondetur deinde concessa maiori negando minorem quoad 2am partem, nam sufficiens applicatio causae ut operetur importat et exigit praeexistentiam in actu primo, antequam prorumpat in actum 2um, quam praeexistentiam non habet gratia respectu ultimae dispositionis, quin potius haec supponitur ad gratiam, ut dictum est.

Dices: gratia potest conservare ultimam dispositionem, ergo et illam 1° producere, probo consequentiam, quia eadem virtus sufficit ad suam productionem, quae ad conservationem, etiam haec instantia potest instaurari in aliis causis, ut gratia ignem potentem conservare calorem, qui subtum dispossuit, et non potentem illum 1° producere ut disponeret; in aqua potentem conservare frigiditatem, et non potentem 1° producere ut disponeret ad illius aquae introductionem, sicque de aliis. Respondetur igitur omissa instantia negando consequentiam, quia non sunt latera paria; nam ad conservationem praeexistit gratia ad suam productionem, dispositio praecedit et gratia sibi subsequitur, ut autem possit 1° producere, debebat ante talem productionem praecedere, sicut praecedit ad conservationem.

obijcitur

Obijcitur 3.º actus ultimo disponens ad infusionem gratiae producitur modo improportionato et non connaturali, si non producitur a gratia, ergo dicendum est produci a gratia; antecedens probatur quia modus proportionatus et naturalis productionis actus supernaturalis est per habitus, nam habitus supernaturalis est virtus potentiae, et praeternaturale est quod Deus suppleat vices habitus ad id quod specialiter applicet suam omnipotentiam, ut concurrat cum voluntate illam elevando, sicut est praeternaturale quod Deus applicaret suam omnipotentiam, ut actus naturalis produceretur a voluntate non concurrente potentia naturali.

Resp. Pater Granado dando et concedendo quod praedictus actus producatur modo sibi improportionato, ad id tamen hunc modum improportionatum requiri ex institutione Dei, qui sic optimo voluit ad illos [illegible] medijs actibus liberis tanquam dispositionibus. Resp. 2.º alij quod licet magis connaturale sit actum supernaturalem produci ab habitu, non tamen est improportionatus modus producendi, aut non connaturalis, quando procedit a Deo mediante auxilio gratiae, quia [illegible] supernaturalis Deus est [illegible] principalis [illegible] et propria, atque ideo in ordine supernaturali non est praeternaturale, quod ad eum ut causam adaequatam elevatur. Et tum 3.º ad summum probare quod debeant praecedere habitus poenitentiae et charitatis ut connaturaliter et proportionate producant proprios suos actus, qui ultimo disponunt ad gratiam, non quod debeant produci ab illa. Ultimo 4.º [illegible] posse instari in actu 1.º fidei, qui nec producitur a gratia, nec supponit habitum a quo producatur, sed producitur ab intellectu cum auxilio Dei. ergo eodem modo dicendum est, quod dispositio ultima non procedat ab habitu, sed a voluntate

cum

cy auxilio Dei.

Objicitur 1° ultima dispositio ad gratiam contritio ante caritas non produceretur a gratia sanctificante non esset meritoria de gloria, quod non est dicendum propter decretum tridentini sessione 6ª de iustificatione canone 32. Probatur sequela, quia ut opus sit meritorium debet procedere ab homine iusto, et subiecto grato, ut docet communis sententia cum Sancto Thoma. Ubi negatur sequelam. Ad probationem dicitur ut opus sit meritorium etiam de condigno, non oportet quod procedat efficienter a gratia, sed quod ab illa dignificetur, dignificatur autem ultima dispositio in ordine ad gloriam per gratiam, quae gloriam praecedit, non in ordine ad eam gratiam, cum gratia non se ipsam praecedat. Sectio 7ª. mens Divi Thomae explicatur.

Sectio 7ª

Mens Divi Thomae explicatur.

Plura testimonia congerunt adversarij (sed praecipue tria hic a nobis expendenda) ut demonstrent Sanctum Thomam docuisse gratiam sanctificantem esse causam ultimae dispositionis, et ex parte causae efficientis prius esse gratiam, et illius infusionem, quam dispositionem esto dicere ... ex parte subiecti ... . Attenim eiusmodi testimonia non convincere, sed habere facilem solutionem, aliaque pro nobis esse maioris ... hic monstrandum erit.

Igitur 1° opponunt illa verba ex 1ª 2ª quaestione 113ª articulo 8 in corpore: in iustificatione impij non est successio, ut dictum est, sed ordine naturae ... quae ad iustificationem ... requiruntur, et naturaliter

iat) ē prius altero, et in tali naturali ordine sum gratiæ in-
fusio. Secundum, motus liberi arbitrij in deum, hoc ē amor
illius] 3um ē motus liberi arbitrij in peccatum (hoc é
odium, et detestatio illius facta per contritionem] 4um (hoc é
remissio culpæ. Vide prius eē infusionem gratiæ et poste-
rius amorem et contritionem, quæ ad illam disponunt.

2° opponunt illa ex 3a parte quæstione
89a articulo 1° ad 2um eodem modo pœnitentia destruit vir-
tutes, per quam non ē causa gratiæ ista ē autem causa gratiæ
inquantum ē Sacramentum, nam inquantum ē virtus ē ma-
gis gratiæ effectus: Vide virtutis pœnitentiæ, seu contritio
quæ ē ultima dispositio ad gratiam eē effectum illius et
non ē contra.

3° opponunt doctrinam quæstionis
28 de veritate articulo 8. Ubi docet quod attenden-
do naturæ ordinem, secundum rationem causæ materialis contritio
præcedit gratiam gratum facientem (seu sanctificantem) atten-
dendo vero secundum ordinem secundum rationem causæ formalis,
gratia gratum faciens præcedit contritionem. Utique vera
illorum

Hæc sunt quæ magis urgent propar-
te adversa pro nostra autem sunt alia tria testimo-
nia, quæ, ni mea mens errat, longe efficaciora et
apertiora sunt, nam 1a 2æ quæstione 109a articulo 6. in cor-
pore hæc habet dicendum quod duplex ē præparatio
voluntatis ad bonum. Una quidem qua præparatur ad bene
operandum, et ad deo fruendum: et talis præparatio
voluntatis non potest fieri sine habitualis gratiæ dono,
quod sit principium meritorij operis meritorij. alio modo
potest intelligi præparatio voluntatis humanæ ad consequen-
dum

dei ipsius gratiæ habitualis doni. ad hoc autem quod præparet se homo ad susceptionem huius doni non oportet præsupponere aliquod aliquod donum habituale in anima quia sic procederetur in infinitum; sed oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum dei interius animam moventis sive inspirantis bonum propositum. Vide quam specialiter sanctus Thomas distinguit operationem per merita de condigno vitæ æternæ a præparatione per dispositionem ad gratiam habitualem, et ad illam requirit hanc, ad hanc vero solum requirit auxilium?

Nonminus perspicue idem tradidit 3a parte quæstione 62a articulo 2o ad 3um. audi: triplex est conversio in deum, una quidem per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ iam deo fruentis; et ad hanc dilectionem requiritur gratia consummata. alia conversio est, quæ est meritum beatitudinis: et ad hanc requiritur habitualis gratia, quæ est merendi principium. 3a conversio est per quam aliquis præparat se ad gratiam habendam, et ad hanc non requiritur aliqua habitualis gratia sed operatio dei [illegible] est auxilium ad se animam convertentis. quid generalius.

Denique 3a parte quæstione 89. articulo 1o ad 2um sic ait: actus autem pœnitentiæ, scilicet ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet contritio: alii vero sequentes actus pœnitentiæ procedunt iam a gratia, et virtute. en sanctus Thomas contritionem dicit esse ultimam dispositionem ad consequendam gratiam, non vero gratiam esse consecutam ad producendam contritionem, quæ est ultima dispositio. Insuper dicit alios actus sequentes actus pœnitentiæ procedere iam ex gratia, non vero dixit pœnitentiam

tis ipsam, seu actus ipsos penitentiae a gratia procede
re; aliaqui non esset ponenda distinctio, sed e-
qualiter de omnibus loquendum. Vide etiam in 4 dis-
tinctione 17 quaestione 1a articulo 4 quaestiuncula 2a et
quaestione 24 de veritate articulo 8. etc.

Et licet clarissima haec testimonia
possent nobis sufficere ut crederemus Sanctum Thomam a
nobis esse, et quae nobis opponuntur vi carere, tamen ad sum
venimus per gratiae infusionem non intellexisse infusio
nem gratiae habitualis, sed auxiliatricis, et actualis,
de illa quae asseruit quod sit prius, et deinde cha
ritas, ac postremum odii, et detestatio peccati naturam
ex charitate. quod autem Sanctus Thomas per gratiae in
fusionem intelligat infusionem gratiae auxiliatricis, qua
deus immobilitat dispositionem subiecti procedendam. patet
ex ratione a Sancto Doctore subiecta: quia in quolibet
motu naturaliter prius est motio ipsius moventis, secun=
dum autem est dispositio mobilis. Et post pauca, ipsa motio
Dei motio est gratiae infusio. infusio autem gratiae ha
bitualis non est motio, sed infusio gratiae auxiliatricis,
seu actualis.

Ad 2um dico quod penitentia in
quantum est virtus est habitus in quantum autem est pars sa
cramenti est actus. dicit ergo Sanctus Thomas, quod ac
tus penitentiae est a gratia, habitus vero penitentiae
est effectus, quia actus est causa dispositiva ad gratiam, habitus
vero virtutis oriuntur ab illa. unde cum habitus non
sit dispositio ad gratiam non docet Sanctus Thomas, quod
penitentia secundum quod est dispositio seu actus dis-
ponens procedat efficienter a gratia, sed secundum quod est

virtus

virtus.

Ad 3ᵘᵐ dic Sanctum Thomam ibi solum velle quod contritio secundum quod habet rationem dispositionis materialis est prior gratia habituali, secundum autem quod habet rationem formalem meriti de condigno est posterior, quia ratio contritionis, ut est dispositio se habet gratia sanctificans ut effectus, ratio vero contritionis ut meritum de condigno est, se habet ut prius, non producens, sive efficiens, sed formale et dignificans, ut patet ex locis pro nostra sententia citatis. Quaestio 22ª. an iustus possit certo cognoscere se esse in gratia. Sectio 1ª supponuntur certa, et referuntur sententiae.

Quaestio 22ª

An iustus possit certo cognoscere se esse in gratia?

Sectio 1ª

Supponuntur certa, et referuntur sententiae.

1ᵘᵐ certum est non procedere quaestionem quando Deus alicui revelat speciali, et privata revelatione statum gratiae, ut colligitur ex Tridentino sessione 6. de iustificatione canone 16. nam tunc non minus certum illi erit quod sit in gratia, et amicitia dei, quam nunc est sanctum Petrum habuisse iustitiam, et fuisse totius ecclesiae caput utrumque enim habet certitudinem divinae autoritatis, et revelationis.

2ᵘᵐ certum est non procedere de cognitione

nitione alienę gratię, sed proprię, nam licet de cognitione proprię gra-
tię non possit eē certitudo, de cognitione alienę potest. Si enim quis
aquâ naturali, quam hauserit ex fonte, baptizet infantem certo cog-
nosceret illum eē in grā, nam certo scit oēm rite baptizatum eē
in grā, cuiusque certo cognoscit illum a se eē rite baptizatum,
siquidem evidenter sibi constat de sua intentione, de prolatione
legitima verborum, et de legitima mā; certo igitur cognoscit in-
fantem eē in grā. ad quod breviter concludendum fieri debet hic sy-
logismus: oīs rite baptizatus ē in grā, ille infans ē rite baptiza-
tus. ergo ē in grā. maior, et [illegible] ē certa fide, minor
certa certitudine evidentię nālis ipsi baptizanti. ergo et consa ē illi certa.

3°. certum ē non eē quęstionem de cognitione certa, cuius
certitudo non nascitur ex fundamentis motivis debilibus ex se et fere
nullius momenti; quę potius ex pertinaci adhęsione cognoscentis,
quam ex vi sua provocant ad assensum, ut evenire solet in hęreticis,
qui suis imaginationibus maiori firmitudine solent adhęrere, quam
rebus evidentibus, cum has ignorare solent, ne illas retractent, aut aliquan=
tulum recedant.

Est igitur difficultas de triplici certitudine 1°. de certitudine
fidei seclusa speciali revelatione dei. Secundo de certitudine evidentię. 3. de
certitudine probabilitatis, et perinde ē ac si rogaremus, an seclusa priva-
ta revelatione possit quis fide divina cognoscere se eē in grā; si
non possit cognitione fidei, saltem cognitione evidenti; si neutra
habeam, saltem ad minimum cognitione absolute probabili.

1a Sa: Hęreticus manifestus error docet posse quemqun-
que certa fide cognoscere se eē iustum, et habere grām, ita Lutherus in
assertionibus citatus, articulo 10°. et 11°. Calvinus in antidoto concilij
Tridentini sessione 6a. ad caput 10, 13, et 14, et ad canones 14. 15.
et 16, et lib°. 3 institutionis cap. 2°. §. decimo 6, et sequentibus, Bucerus
in lib°. concordię articulo de iustificatione. Chemnitius in examine con=
cilij

cilij Tridentini sessione 6ª. Melanton in apologia confessionis articulo 4, et 26. alijque citati quaestione 1ª. sectione 1ª versu 3us error.

2ª sa Chatolicorum, neminem posse sine speciali revelatione scire se esse in gratia. Ita Pater Vasquez 1ª 2ae disputatione 200ª cap. 4. Pater Suarez lib. 9 de gratia cap. 9. nº 13. Becanus 2ª parte tomo 1º tractatu 1º cap. 2º quaest. 11ª et cap. 3. quaest. 11ª Pater Bellarminus lib. 3. de iustificatione a cap. 2. Pater Meiatius tomo 2. tractatu de gratia disputatione 8. sectione 2ª. Castro de haeresibus verbo gratia haeresi 3ª. Pater Praepositus 1ª 2ae quaest. 112ª articulo 5. dubio 1º nº 34. alibi supra proposita Pater Granado controversia 8ª de gratia tractatu 7. disputatione 1ª. sectione 2ª nº 7. et coeteri alij.

Sed, et de certitudine evidentiae, seu nata ex evidentia causarum et motivorum natium cois sa docet cum Sto. Thoma 1ª 2ae quaest. 112ª. articulo 5 non posse ab hoc in hac vita haberi, inter alios Pater Praepositus nuper citatus dubio 2º nº 43 Pater Valencia cap. 9. Pater Suarez nuper adductus cap. 11º nº 9. de cognitione probabili frequenter admittunt doctores posse evenire, quod iustus cognoscat se esse in gratia ita Pater Granado supra sectione 1ª numero 3. Pater Suarez cap. illo q. nº 3. Pater Praepositus dubio 3º nº 45. Bonaventura in 1º distinctione 17ª articulo 1º quaest. 3ª. Andreas de Vega, Sotus, et Ricardus Taped, apud Patrem Vasques, imo hi tres eam certitudinem credunt posse comparari de existentia nostrae gratiae, quam hemus de eo, quod Roma sit.

Sectio 2ª.

Citra speciale revelationem nemo potest scire certitudine fidei divinae se esse in gratia.

Ita doctores 2ae sententiae adversus errorem illorum primo ex sacra scriptura in locis adductis initio tractatus quaest. 1ª sectione 4. v. accedit, quibus addi solet id proverbiorum 20, quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato, et cap. 28. Beatus homo, qui semper est pavidus ob incertitudinem suae iustitiae et id Ecclesiastici 5. versu 5. de propitiato peccato noli esse sine metu, et cap. 7 versu 5. noli te iustificare ante deum, quoniam agnitor cordis ipse est, et Job nono, etiam si simplex ~~fuero~~ fuero

[illegible] fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. quamvis sciam haec testimonia in alium sensum exponi a multis ~~

§. Pr. 2º ex Tridentino sessio 6ª de iustif. cap. 9 cuius verba retuli quaest. 1ª sec. 4. versu ad verbum 3º nunc addo alia ex cap. 16 quae sic habent: et quia in multis offendimus omnes unusquisque sicut misericordiae et bonitatis, ita et severitatis et iudicii ante oculos habere debet, neque seipsum aliquis etiam si nihil conscius sibi fuerit iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, et iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, facultque cap. 17.

§. Pr. 3º ex SS. Patribus, nam 1º. Sanctus Augustinus lib. de perfectione iustitiae cap. 15. sic ait, quoniam tali iustitia sit praeditus homo cogitare debet ne aliquid in illo, quod ipse non videt inveniat esse culpandum cum Rex iustus sederit in throno cuius cognitionem fugere delicta non possint nec illa de quibus dictum est delicta quis intelliget, unde quae habet in id psalmi 4. abyssus abyssum invocat.

§. Deinde Sanctus Chrisostomus super epistola 1ª ad Chorinthios homilia 11ª exponens verba Pauli, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, ita loquitur, si in quibus ipse peccavi, inquit Apostolus, nihil certo mihi conscius sum, quo pacto dignus fuero, qui de aliis ferrem sententiam, qua autem ratione, si res meas non satis exploratas habeo, alia potero iudicare. quod si Paulo haec contingebat, longe magis, et nobis.

§ Praeterea Sanctus Gregorius epistola 1. 8 6ª ad Gregoriam, quae eum interrogaverat, num illi fuisset revelatum, quod pertinet ad numerum praedestinatorum, haec habet: rem, et difficilem etiam, et inutilem postulasti, difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui revelatio fieri debeat, inutilem vero, quia securam de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae plangere eadem peccata minime valueris. vide Innocentii 3º cap. accepimus extra de purgatione canonica per iuramentum.

Pr. 4.

Pr. 1° ex eo, nam de iustificatione contingit intra Sacramentum, vel extra, neutro modo potest quis certitudine fidei divinae cognoscere se esse in gratia, ergo absolute id certitudine nequit cognosci. maior est clara, non enim potest aliomodo homo iustificari. minorem probo quoad priorem partem, nam ut constet iustificatio intra Sacramentum debet constare illud fuisse rite et valide administratum, rite et valide a iustificato receptum, at nequit sciri fide divina a iustificato rite et valide fuisse administratum, rite et valide receptum, ergo nequit certitudine fidei esse intra Sacramentum iustificatus; maior patet quia iustificatio intra Sacramentum pendet maxime ex valore Sacramenti. minorem probo quia non constat iustificato certitudine fidei, quod administrans Sacramentum habeat intensionem rite et valide administrandi, et quod adsit legitima dispositio, et in multis Sacramentis non constat de legitima potestate conferendi, quia non constat de valore ordinationis a qua pendet, ut in Sacramento poenitentiae, eucharistiae etc.

Quoad posteriorem etiam quia extra paenitentiam non contingit iustificatio nisi per vel eam contritionis aut charitatem dei super omnia dilig[end]i autem, nec constat de ea certitudine fidei, nisi quis speciali dei revelatione, cum facillime falli possimus existimantes esse actum supernaturalem, et esse pure propter deum super omnia, cum saepe sit proprius amor et concupiscentia, quae ab alto illo motivo ut fine fecerit degenerare.

2.° Haec ratio potest aliter proponi, et quidem verbis P. Granad. nihil potest esse certum certitudine fidei, nisi ei fuerit a deo revelatum. ergo nullus iustus potest cognoscere fide divina se esse iustum nisi a deo

idei revelletur. credentia est bona, et tamen est, quia fide di-
vina nititur divina revelatione, et autoritate Dei revelan
tis: ergo quod revelatum non est, nequit cognosci, et credi
fide divina.

Confirmatur, quia obiecta sub conditio
ne, et non absolute revelata nequeunt absolute credi per fi-
dem divinam, nisi certo constet positam esse conditionem:
sed seclusa speciali revelatione revelationes generales
quae stant de iustificatione, et remissione peccatorum nostrorum
sunt sub conditione, si recipiatur rite sacramentum, si ri-
te et sufficienter conteramur, et disponamur non potest
autem certo constare de positione conditionis: ergo nec credi
fide divina nos esse iustificatos seclusa speciali reve-
latione.

Confirmatur praeterea specialiter impug-
natione certitudinis fidei hereticorum. certitudo divinae
fidei talis est ut nequeat illi subesse falsum: certitudini
fidei, quam habent heretici de sua iustificatione, potest
subesse falsum: ergo heretici non habent certitudinem fidei di-
vinae de sua iustificatione. maior supponitur, quoniam Deus
nequit fallere, mentiri aut dicere falsum. minorem
probo; quia Lutherani credunt se esse iustos, et Calvi-
nistas falli; idem est contra de se credunt Calvinistae
et credunt se esse iustos, et Lutheranos falli: ergo cum
nequeat utrumque esse verum, fidei alterutrius ut mi-
nimum subest falsum.

Multa alia argumenta sunt quae directe
militant adversus specialem fidem hereticorum circa
propriam iustificationem, quorum aliqua ex superioribus di-
rigimus reliqua dabit Pallavicinus tomo 1°. disp. 8.
quaestione

quest. 7. puncto 4 ubi etiam refert et solvet objectiones quas heretici desumunt ex SS. Patribus, asde at studiossus, nos iam tempus coartat, et solutionem non admodum difficilem habent, si quae diximus, et dicentur, re te teneantur. —— Sectio 3ª. hereticorum argumentis occurritur quae ab autoritate petuntur.

Sectio 3ª.

Hereticorum argumentis, quae ab autoritate petuntur occurritur.

Multa congerunt heretici pro suo perverso dogmate stabiliendo, praesertim ex Sacra pagina; nam primo objiciunt illud ad Romanos 8. n. 16. ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei; testimonium autem spiritus Sanctus omnino certum est, et fidei divinae; ergo habemus certitudinem fidem divinae propter testimonium Spiritus Sancti, quod sumus filij dei. Respondet Dominus Meratius dupliciter posse intelligi praedicta verba, 1º. ita ut sensus sit spiritus Sanctus testimonium reddit, id est facit nos reddere, 2º. ita, ut spiritus Sanctus testimonium reddat per opera non per fidem. Respondet deinde quidam recentior sensum Pauli esse spiritum sanctum testificari per fidem nos moveri à deo ad bene operandum, ad petendum, et sperandum ab eo tamquam Patre cum fiducia filiationem. ————

Sed melius dicendum cum Divo Thoma 1ª. 2ae. quaestione 112ª. articulo 5. Spiritum Sanctum reddere testimonium per bona opera, piam vitam, et studium rerum caelestium, quod simus filij dei; testimonium autem per haec signa operum bonorum est tantum probabile non omnino certum, et fidei divinae; quod autem possimus habere testimonium probabile, et ex eo

probabi

probabilem cognitionem nostrae iustificationis, et dignae satisfa-
tionis, ostendemus inferius.

2° obiiciunt illud d. Pauli ad Romanos capite
8. versu 38. *certus sum, quia neque mors etc. poterit nos
separare a charitate dei*: certitudo autem haec non potest aliun-
de oriri nisi ex fide; certitudo autem de non separatione a cha-
ritate dei est certitudo coniunctionis cum deo, quae fit per gratiam.
Respondeo posset 1°. cum Estio Apostolum loqui de cha-
ritate non qua nos deum diligimus, et ultimo disponimur
ad iustificationem, sed qua deus nos diligit; atque ideo sen-
sum esse, certus sum, quod dilectio qua deus nos diligit
tantae virtutis, et efficaciae sit, ut nulla tentatio, aut diffi-
cultas sit sufficiens nos ab ea separari, si cum ea cooperari
volumus. Respondeo posset 2°. loqui Paulum de praedes-
tinatione in universum, (qui non separabuntur, nec ex suppo-
sitione separari possunt a charitate finali, seu perseve-
rantia in gratia) non de quibuscumque iustificatis. Respondeo posset
3°. illud *certum sum* non designare certitudinem fidei, sed pru-
dentem coniecturam. Respondeo posset 4°. loqui de certitudine fidei
quia loquebatur de se, qui revelationem specialem habuerat. ut
vide Vasquez disp. 200a. cap. 5.

Verius Thomam credo cum S.to Hiero-
nimo in epistola ad Algasiam et S.to Ambrosio in hunc locum.
illud *certus sum* intelligendum esse non de certitudine fidei divi-
nae, sed de insigni confidentia, quam apostolus habebat, et de ab-
soluta, ac resolutoria voluntate, qua decreverat quantum ex
se erat propter nullum periculum, laborem, aut persecutionem
separari a deo, sed illi semper adhaerere.

Obiicit 3°. illud Ioannis 14. versu
17. *vos autem cognoscetis eum* (spiritum sanctum) quia apud
vos

vos manebit, (per gram̃) et in vobis erit. cognoscere autem dicit certitudinem. Respondetur S. loqui de immanentia, et perseverantia Spiritus Sancti per auxilia gratiæ, l. de immanentia per gram̃ sanctificantem in tota ecclesia. credi autem per fidem divinam possumus utramque, at quod quilibet iustus, hic et nunc credere possit fide divina se esse in gr̃a nonunquam dixit Evangelista eodem m̃o exponenda sunt verba illa eiusdem Ioannis epistola 1ª cap. 4. n.º 13. in hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.

Obijcitur 4.º illud Pauli 1ª ad Corinthios 2.º versu 12.º nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo ē, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. ergo sentit accepisse spiritum Dei, ex quo credi, et fide divina cognosci possint dona, et iustificatio accepta. Respondetur multipliciter 1.º loqui non de certitudine fidei divinæ sed de maxima probabili ex pio aliquo affectu, quem iō sentit et inde accepit fiduciam, et persuasionem de sua sanctificatione, sæpe enim dicimus nos scire, quæ magna probabilitate cognoscimus, internoque impulsu sentimus. 2.º Paulum velle, quod misteria Dei, quæ credimus occulta fuerint sapientibus huius sæculi, nec rone humana, et nali potuisse ab eis comprehendi, sed à fidelibus sciri per spiritum Dei, quem habent, et qui illis nota facit, quæ à Deo donata sunt. 3.º cum Valencia, et Granado, Paulum loqui de cognitione fidei, non qua credimus, gram̃ in nobis actu existere, sed qua cognoscimus generalia beneficia fidelibus præparata, et quibus afficiuntur ij, qui Deo cooperantur, ex quibus unum ē remissio peccatorum.

Obijcit 5.º illud 2.ª Petri c. 1. versu 10.º satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem

f

et ellectionem faciatis. ergo cum de fide sit, quod quisquis perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, possumus per bona opera facere, ut certa fide constet nostra ellectio, et iustificatio. etiam finalis. Rnd. loqui Petrum de certitudine ex parte ad Deum, non de certitudine actus in credente, atque ideo Apostolus hortatur, ut faciamus bene operando, quod nostra ellectio sit certa, et infallibilis coram Deo, quamvis nobis certo non constet per certam certitudine fidei, talem esse, sed timere debemus. mitto alia loca, quia ex tractatis dictis facile exponi quoquam possunt. in sectio 4.a occurritur etiam argumentis, quae petuntur ex ratione.

Sectio 4.a

Occurritur etiam argumentis, quae petuntur ex ratione.

Objiciunt 1.º certum est fide divina homini vere contrito, sive diligenti Deum super omnia conferri gratiam sanctificantem, sed potest evidenter constare homini se esse vere contritum, seu se diligere Deum super omnia, ergo potest certe constare fide divina, quod habeat gratiam. Respondetur cum Suarez posito negando minorem. nec evidenter, nec certo credi potest homini constare, quod habeat veram, et super naturalem contritionem aut dilectionem Dei super omnia ex ratione, qua requiritur ad remissionem peccatorum, et iustificationem. nam possunt talem inter multa subrepere, quae per se veraliter eorum actionum vitient; neque enim omnia certo potest discernere an ita vere sit contritio, aut dilectio propter Deum, ut nihil misceatur ater humanam vi ... ut proprie utilitatis, et commodi, nihil velamus pro poenarum, cum enim nostra commoda naturaliter amemus, et quasi ex habitu

tu, et nativo pondere ad illam feramur, et non advertimur an cum videmur, dumamare nos amemus. Praeterquam quod adlo siles sunt contritiones nales, et supernales, ut nil certum sit, unde certo possint dicerni, nam quod una habeat pro motivo bonitatem supernalem Dei, altera nalem, non e certum distinctivum cum plures censeant posse per actum nalem atingi obtum, et motivum supernale.

Possumus certo cognoscere nos habere actus fidei, et spei supernales: ergo et certo possumus cognoscere nos habere gram. patet consntia, quia non e vmy difficilius ratio. Ans pr ex Sancto Augustino Libo 13 de trinitate, capite 1o et epistola 112a cap 3o ex Divo Thoma tum 1a parte questione 87a articulo 2 ad sum. tum 1a 2ae questione 112a articulo 5o ad 2um. ubi sic quicunque habet scientiam, l. fidem, certus est se habere, et colligitur ex verbis Pauli 2a ad Chorintios ultima versu 5o, vos met ipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vos met ipsos. Potest que ratione confirmari, quia nos habere fidem experientia ipsa deprehendimus, et in nobis ipsis sentimus; quod sit supernalis, facille possumus colligere, ex eo, quod credamus propter divinum testimonium, et tanta firmitate ac constantia, ut omnia alia negemus, quod credimur.

Respondetur negando antecedens, nam licet possimus certo deprehendere nos habere actum fidei, quod sit supernalis deprehendere non possumus ad probationem ex Sto Augustino, et Sto Thoma, dicunt aliqui eos loqui de fide, ut abstrahit ab infusa, et acquisita. 2o pos[set] dici eam fuisse mentem Sancti Thomae et Augustini, ut dicas tamen non facere, quod certo constare possit, quod actus fidei

actus fidei sit supernalis, quoniam authoritas horum Patrum quanvis talis ac tanta non reddit eum dictum infallibile sed maxime probabile, cum plures doctores sentiant oppositum. Rdri posset 3° negando colntiam, quia actus experimur non, vero habitus nisi dent facillitatem ut acquisiti letrones, quae probant cognitionem actus fidei supernalis, non probant ... qualitate de cognitione forma.

Ad Paulum dic 1°. eum non velle quod cognitione sic certa probemus, et tentemus, an simus in fide supernali interna, vt ad salutem oportet, hoc enim sciri ca-tione non potest citra revelationem, sed cognitione probabili ex motivis, et coniecturis prudentibus, ut infra dicemus. dic 2°. Paulum monere, ut despicerent, an crederent omnia, quae essent credenda, atque adeo viderent, an quantum est ex parte talis fidei christi esset in illis, vel non, sed propter infidelitatem essent reprobi.

Ad rationem, quae tandem adducebatur, concedimus nos deprehendere posse, quod habeamus fidem quia certo constare nobis potest, quod credamus propter dictum, et autoritate Dei dicentis, quod autem haec fides supernaturalis sit, et ut oportet, nequit constare certo propter ea quae supra diximus de contritione, et charitate supernaturalibus.

Obijciunt; 3°. quoties aliqua veritas particularis continetur sub universali de fide credi potest divina fide, si morali certitudine constet sub illa contineri, sed quod recipiens sacramentum aut elliciens actum contritionis, et charitatis sit in gratia est veritas contenta sub universali quae fide est; potest cum morali certitudine constare, quod contineatur sub ea recipiens sacramentum, seu elliciens actum contritionis, possunt fide divina credere se esse in gratia ma-

iore reo

ior ex eo constat, quod aplicatio revelationis, cum morali certitudine ad aliquam veritatem credendam est sufficiens aplicatio, et eo ipso quod morali certitudine constet aliquam veritatem particularem contineri sub universali de fide, veritati particulari applicatur sufficienter generalis revelatio. nec aliunde credi potest, hunc numero Pontificem esse verum Pontificem, hanc numero hostiam continere christum Dominum, et sic de aliis. nisi quia de fide est omnem rite electum esse verum Pontificem, omnem hostiam rite consecratam continere Christum Dominum, et morali certitudine constat has veritates particulares contineri sub universalibus, v.g.a. sub his omnis rite electus est verus Pontifex, et omnis hostia consecrata continet Christum Dominum.

Minorem probo, quia sub hac universali de fide, omnis rite recipiens sacramentum, licet se ultimo disponens ad gratiam per contritionem, aut charitatem est in gratia continentur hae particulares: hic rite recipiens sacramentum, et hic se ultimo per contritionem ad gratiam disponens est in gratia et morali certitudine constat rite receptum fuisse sacramentum a recipiente, et verum actum contritionis, et charitatis elicuisse, qui se ad gratiam disposuit: ergo quod recipiens sacramentum, et elliciens contritionem sit in gratia est veritas contenta sub universali de fide, et morali certitudine constat sub illa contineri.

Retenta omissa maiori: forsan nihil aliquis non esset contentus morali certitudine ad assensum fidei divinae circa veritates contentas sub universali, et negando minorem de morali certitudine qualis requiritur in hac veritate, Roma est, quae utminimum requiritur ad assensum fidei divinae, licet enim probabiliter possit cognosci sacramentum rite fuisse receptum

a recipiente

à recipiente, et actum contritionis fuisse ellicitum, ut oportet, non potest cognosci tanta certitudine, quanta opus est, et in ultima illa veritate: Roma est, et ob defectum huius certitudinis moralis nequit fide divina credi, quod haec numero hostia contineat Christum Dominum, non enim est moraliter certum, eam fuisse rite, et legitime consecratam.

Objicient 4: ex nostra sententia sequitur peccare mortaliter, qui recipit eucharistiam absque revelatione speciali de sua iustificatione, quia cum debeat esse in gratia, et certo constare id non possit absque revelatione accedet dubius de sua dispositione ad quam sub lethali culpa tenetur, et exponeret se periculo indigne, et male, recipiendi sacramentum, quod est mortale. Respondetur negando sequelam, et probationem non accederet dubius, quamvis non accederet cum certitudine fidei divinae, aut cum maxima illa morali, quia haberet possitque iudicium probabile de recta, et legitima sua dispositione, quod sufficit, nec maior requiritur, ut autem quis accedat dubius, et peccet mortaliter non sat est carere certitudine fidei, et maxima morali, sed opus est, quod careat iudicio probabili.

Objicient 5: certa fide constat sacramenta conferre gratiam non ponenti obicem, sed omnino certo possumus cognoscere, nos non posuisse obicem cum sacramenta recipimus: ergo certo, et per divinam fidem possumus cognoscere nos habere gratiam. Respondetur negando minorem, ut bene negat Propositus, et satis constat ex dictis, cum ostenderimus non posse certo constare nos habuisse legitimam dispositionem, praeterquam quod unde constare nobis potest ministrum sacramenti habuisse legitimam intentionem? sine qua neque sacramentum valet, neque gratia ab illo confertur.

Ex hactenus dictis liquido constare potest neminem citra specialem revelationem posse

se cognoscere certitudine Theologica se ee in gra. Probatur, quia ut certitudine Theologica cognoscant se ee in gra debet hēre unam premissam de fide, et alteram saltem moraliter certam certitudine maxima, unde fere evidentem scientiam inferat se ee in gra. talis certitudo moralis nequit ee in premissa, que non ē de fide, et infert existentiam proprie gratie: ergo nemo cognoscere potest certitudine Theologica se ee in gra. Minor pr, quia illa premissa certa moraliter debebat ee, que afirmaret particularem contineri sub universali de fide, aut adesse conditionem requisitam a divina promissione ad collationem gratie, eiusmodi autem premissa nequit ee moraliter certa, ut requiritur iuxta supra dicta. ergo.

Sectio 3a

Neque certitudine evidentie cognosci posse, quod simus in gratia.

Vidimus nullum posse cognoscere per fidem divinam se ee in gra addimus nunc, cum cōi, et recepta sententia, nec id posse cognosci per actum evidentem, qui non sit fidei; probatur 1°, quia nos ee in gra non ē per se notum, ut claret, nec evidenter constat ex divina revelatione, nam supponimus nulli talem specialiter factam, nec ex aliquo medio evidenti, aut argumento demonstrativo, ergo nullus potest evidenter cognoscere se ee in gra.

2°, quia motiva, que iustus hēre potest ad colligendam suam gratiam, sunt bona opera, actus pii interni, et observantia mandatorum, sed ex his non potest evidenter colligere, quod sit in gra: ergo nequit evidenter cognoscere, quod sit in gratia. Minor probatur, quia eatenus ex predictis operibus, et ceteris colligi

potest gra, quatenus fiunt, ut oportet. sed quod fiant, ut oportet non potest evidenter cognosci: ergo neque evidenter potest cognosci a iusto, quod sit in gra. minor probatur quia iusti quisque sciri debet, ne fallatur. ... sunt ... ut oportet, cum non fuerint ita facta ... Sanctus ... dixit, nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum ...

... iuxta concilium Tridentinum sessione 6ª cap. 9º quilibet iustus de sua gra formidare, et timere potest, ait enim: sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute, et efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, et indispositionem respicit de sua gra formidare, et timere potest. sed non posset formidare, et timere, si evidenter cognosceret se esse in gra: ergo nequit id ita cognoscere. ...

... 1º nemo potest certo, et evidenter iurare sibi remissa esse peccata, ut colligitur ex Innocentio Tertio cap. veniens, sed certo, et evidenter iurare posset, si certo, et evidenter cognosceret se esse in gratia: ergo nemo certo, et evidenter potest cognoscere se esse in gratia, quod semper intelligo extra divinam revelationem, nam si ea adesset praesens quaestio cessaret. ...

... 1º qui pro Christo vitam carnifici exponit, et mortem subit charitatem summam ostendit, et per martirium infallibiliter gratiam consequitur iuxta id Ioannis 15. maiorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: sed potest quis evidenter cognoscere se vitam exponere, et mortem subire; ergo potest evidenter cognoscere se esse in gratia.

Resp.

Resp. 1°. hoc argumento non [illegible] concludi, quod evidenter cognoscat ille se esse in gratia, cum maior illa non sit evidens, sed obscura, licet certa. Respondetur 2°. constare evidenter non posse de intentione carnificis, aut Tyranni mortem inferentis, licet enim exterius indicaret, se propter odium fidei vitam eripere, potest interius non ex eo motivo, sed ex odio, et humana vindicta, alio vel fine interficere voluisse. Resp. 3°. cum Valencia eiusmodi hominem solum posse cognoscere evidenter se facere id, quod est opus summae charitatis, non vero quod habeat summam charitatem, et ideo oportet ad salutem consequendam; nam potest eiusmodi opus nasci ab imperfecto aliquo amore erga Christum dominum, qui componatur et consistat cum mortali occulto, quemadmodum contingit multis haereticis, qui usque ad ita charitate mori voluerunt pro Christo, unde Apostolus 1ª ad Chorinthios 13ª recte dixit: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Quare Valencia verba Joannis exponit, ita, ut eo loco dicat maiorem charitatem pro maiori effectu charitatis.

2° Potest iustus certo, et evidenter cognoscere neminem posse ad longum tempus vitare omnia mortalia sine gratia sanctificante, et iustus potest certo, et evidenter cognoscere se ad longum tempus vitare omnia mortalia; ergo potest certo, et evidenter cognoscere se esse in gratia, nam quando praemissae sunt mihi certae, et evidentes, conclusio quoque est mihi certum, et evidens.

Argumentum non urget, nam omissa maiori (quam aliqui negaret Resp.) quia non est evidens, licet demus esse certum, 2um quia non est certum sine gratia habituali

habitualis non posse vitare omnia mortalia; licet enim vitari ad longum tempus nequeant sine auxilio gratiæ, probabile est posse vitari absque gratia habituali, negando minorem probabiliter quidem possumus id cognoscere, certo, et evidenter non possumus.

Sectio 6.a

Posse iustum probabiliter cognoscere se esse in gratia.

Etiam hæc sententia colligetur ex ea non nullos retuli sectione 1.a et constat ex locis scripturæ, quæ ex maiori parte procedunt de cognitione probabili, et sancti Patres id etiam, ut dominum persuadent. Vide Nazianzenum orat. in plagam grandinis, Augustinum in Psalmum 88, et sermone [illegible] de verbis Domini, item Bernardum sermo 3. de septem sacramentis, S.tum Cyprianum sermone de mortalitate, et S.t Hilarium cap. 5 in Mathæum, dixi, ut minimum, quia temperandi sunt ne plus probent, quam hic contendimus.

Ratio autem, quæ ad rem præsentem specialiter facit est, quod id potest iustus probabiliter cognoscere, ad quod habet prudentia indicia, coniecturas, et motiva, quibus ducatur ad assensum, seu ad sibi persuadendum, quod sit in gratia; habere potest iustus plura indicia, coniecturas, et motiva; ergo potest probabiliter sibi persuadere, quod sit in gratia. Minor probatur, quia potest advertere se [illegible] potest non invenire culpam mortalem; habere [illegible] conscientiam absque gravi aliquo remorsu, tranquillitatem, inclinationem ad pia opera [illegible] promptitudinem ad exercitia virtutis, affectum ei[...] ita, ut promitta[t] se velle potius mori gravite[r] offendere Deum [...] de [...] peccandi, hæc omnia [...] probabilitatem

generant

generant in iusto de possesione gratie.
Sed cum non de[s] cognitione sint æque probabiles, sed alie alijs probabiliores, equalem habebit probabilitatem de sua iustificatione, sed maiorem, l. minorem pro maiori, l. minori cumulo indiciorum, l. pro maiori, l. minori eorum efficacia. sæpe enim contingit motivum aliquod ee eficax, et coniecturam a deo vehementem, ut pluribus equivaleat, imo, et ea supperet.
An autem habens possit aliquos iustus tot, tamque vehementia motiva adiudicandum se ee in gra ut de ea reddatur certus moraliter tanta certitudine, quanta habemus de hijs veritatibus, Roma est, Matritum est. Sunt qui afirmant; sed verius credo, non posse ni deus revelet, idque videtur conformius concilio Tridentino asserenti, quemlibet iustum posse de sua gra timere, ac formidare non autem prudenter timere posset, si tam certum esset habere gram, quam certum est Romam esse.
Dices, qui solum probabiliter cognoscit se ee in gra, potest formidare, et timere, an sit in peccato, sed qui autem formidat dubius est, ergo qui solum probabiliter cognoscit se ee in gra, dubius est, quod in peccato sit, atqui sic dubius non potest licite accipere sacramentum vivorum: ergo si solum probabiliter potest iustus cognoscere se ee in gra non potest licite accipere sacramenta vivorum, quod nullus dicat; debet ergo concedi, quod ut minimum habeat certitudinem moralem de sua iustificatione.
Reter negando minorem, non est idem formidare, et timere, atque ee dubium, ut recte Pater Vasquez; nam dubius in neutram partem habet assensum determinatum, at cum formidine, et timore potest stare assensus probabilis

probabilis detrahis, et quidem arguitis probat, si quid probat nunquam esse licitum operari cum opinione probabili; sed requiri semper, ut minimum iudicium moraliter certum tanta certitudine, quanta inest huic propositioni, Roma est, patet; quia qui solum habet opinionem probabilem timere merito potest de extremo opposito, quod est; ut vis dubium esse. Multa de hoc dixi in materia de conscientia, ubi etiam explicui dubium practicum, et speculativum, dubium proprie, et improprie acceptum, quando, et quomodo liceat opinionem probabilem sequi, et comparari absque omnimoda certitudine de veritate rei; videat, qui vult, ne eadem repetamus.

Sed iam conclusi, verba sunt Augustini, enarrationum in Psalmum 150 in fine, ad Dominum deum, Patrem omnipotentem puro corde ei, quantum potest parvitas nostra, maximas, atque veras gratias agamus precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoque a nostris actibus, et cogitationibus sua virtute expellat, nobis fidem multiplicet, mentem gubernet, speciales cogitationes concedat, et ad beatitudinem perducat, per dominum Nostrum Iesum Christum. (Adde, et Purissimam, atque ab omni labe immunem eius Matrem) qui cum eo vivit, et regnat etc.

Amen.

Finis, quarto Chalendas Iulias, anno Salutis domini. 1644.



P. [illegible]

Lopez

P.a